





GALENUS
DE LOCIS AFFECTIS
VENETIIS









2

GALENI

DE LOCIS AFFECTIS LIBRI SEX:

Cum eruditissimis commentariis Ioannis Francisci Duratii Medici clarissimi.

IN QVIBVS TOTVS FERE *medicinæ thesaurus reconditus est.*

Cum indice rerum præcipuarum locupletißimo.



Venetijs ex officina Iordani Zilleti, 1557.

ILLVSTRISSIMAE ET EXCELLENTISS. DONNAE IOANNAE ARAGONIAE de Columna:

Ioannes Franciſcus Duratius, Phyſicus Neapolitanus, ſalutem & priſtinã fortunam precatur.





VVM primum ex laudatisſimorum viꝛ rorum ſcriptis & ſerꝛ monibus percepi, cum corporis tum animi tui egregias dotes, cœpi & nomen, & numen tuum excolere:at poſt quam iniquis fortunæ telis quæ bonis pasſim inſidiari ſolet, elatio coꝛ lumnio regno profecta, ſuperis auſpicibus te reꝛ cepiſti in hãc celeberrimã ciuitatem Neapolim: vbi tot Regũ auorum, & proauorũ tuorũ moꝛ numẽta venerantur, & illorũ tot regiæ uirtutes celebrantur, aſpexi te non minus prudenter & fotiter aduerſam ferre fortunam, quam modeſte proſperam tuliſſe audiueram, teq; honeſtisſiꝛ

mis fœminis præferri, heroidibus æquari, & deabus omnibus comparari posse cognoui: quapropter gratiam tuam inire, & me familiarium tuorum numero addendum curaui, quodque tua fuit singularis humanitas, tum facile, tum cito fui consecutus & quæ tua fuit benignitas, me annuo medendi munere honestasti. ideoque ingenii mei neruos magis intendere, & diurna, nocturnaq; manu artis medicæ libros accuratius versare consilium fuit. Et quoniam diuini Galeni libello de locis affectis in scripto mihi opus fuit pro corporis tui dignissimi curatione, & conseruatione frequentius impendere studium, nec is hactenus fuit alicuius medici expositione locupletatus (etenim difficilis & nodosus est) ego statui illum interpretari, moxq; me operæ paraui: & opus te duce, & auspice aggressus fui: non equidem laudis & gloriæ cupidus: sed causa testificandæ obseruantiæ in te meæ. Præterea quia non ostentationibus motus, & elatus neq; arduas quæstiones, neq; lōgas allegationes subiicere volui (nam dialecticorū non medicorum, vt ipse Galenus in horum librorū primo, com. viiii. testatur, tantus est labor) fortasse me aliqui liuore affecti in crimen vocabunt, quod tantum oneris subire ausus fuerim, nec electorum verborum concinno venustoq; contextu doctis auribus melodiam afferri studuerim.

Etenim vero animus fuit & tibi gratificari, & studiosis prodesse, & doctos allicere, & prouocare ad idem certamen: si quidem Auicenna eruditissimus vir Galeni interpretatorem esse profitetur, ac tot alii dignissimi viri eundem exponere insudauerunt. propterea omnes huius æui eruditissimos etiam atque etiam rogo, vt talem prouinciam subire non dedignentur, cum huiusmodi vigiliæ et lucubrationes auctori qui suis doctrinis splendescit, auctoritatem persæpe addant. & inde certius maiusque commodum ægri mortales expectent & sentiant. Denique hoc meum commentum quantum, & quale sit in officii mei perpetuum testimonium amplissimo numini & patrocinio tuo nũcupare & offerre constitui, & quod vt qui tuus est mos benigne accipias, & animum meum perpendas iterum atq; iterum oro, optime diutissimeq;. Vale Neapoli, ab orbe redempto, Anno sesquimillesimo quadragesimo octauo, Die XVIII. Augusti.

Ad artis medicæ peritissimum Ioannem Franciscum Duratium, Neapolitanum, Ioannis Thomæ Cimelli, carmen.

Clara hac in patria tu reddis moribus almis
Te clarum, medicis consiliisq; tuis.
Corpora restituis nanque hic affecta saluti,
Affectos animos, lætitiæq; cito.
Sed tua scripta magis te clarum notum & vbiq;
Reddent docta, Deæ sacraq; Aragoniæ;
Seruabuntq; tuum, serues quum corpora nomē,
Qui facis vt valeant corpora nostra, vale.

INDEX RERVM PRAECI-
puarum, quæ in hisce commentariis
continentur.

LIBRI PRIMI.

A

Libri secundi.

Libri tertii.

Libri secundi.

Libri tertii.



F Libri primi.

Libri sexti

I Libri primi.

Libri secundi.

Libri tertii

Libri quarti.

Libri secundi

Libri tertii

Medici







FINIS.

IOANNIS FRANCISCI DVRATII MEDICI NEAPOLITANI, IN SEX LIBROS GALENI DE LOCIS AFFECTIS EXPOSITIO.





ON SOLVM recẽtiores medici, ſed veterũ quoq; non pauci, corporis particulas, locos nominare cõſueuerunt: ac quã diligẽtiſſime, affectus ipſis euenire ſolitos, dignoſcere ſtuduerũt: quippe pro locorum differentia, curationem quoq; variari cõtingit: Sed quã vtilis ad curationẽ ſit huiuſmodi notitia in eo libro, quem de curandi via & ratione cõſcripſimus, videre eſt. Nã in p̃ſenti opere, quomodo affectæ particulæ poſſint diſcerni, explicare duntaxat propoſuimus. Igitur partes in ſuperficie conſti-

tutæ, vna cum affectuum suorum proprie tate, facile sensibus deprehenduntur: Quæ vero in imo corpore latent, exerci tatæ cogitationis virum desiderant, quũ in partiũ & actionibus & vtilitatibus, tum maxime atq; in primis in anotomice, id est arte secandi corpora.

COMMEN: I.

DE Loci prouisione affecti in interioribus hoc in tractatu rimaturus Galenus, bis gemina ꝑ fiteri sine dubio videtur, exordialiter: quare de locis & non de particulis affectis potius sit titulus, causam quippe referat, cuncti re vera medici locum affectum, & non particulam af fectam pro cõfesso habuerunt. ¶ Pro eximio ri supradictorum illustratione, quid Galenus instanti in oratione sentiat, animum adhibe re institui: quum affectus nec vnice, immo in dicationibus binis, vt eius expromulgatis in compendio de emissione sanguinis cap. 3. de- cerpi permittitur. ¶ Primo generaliter pro voce hac (affectus) taliq; excogitato sensu, ꝑ omni eo a quo aliquid quodamodo afficitur, ꝓdicari fertur: atq; sic a verbo affici dicitur, q̃ similiter etiam affectus de multis verificatur, sanis nẽpe, ægris, neutris & inanimis, cantu

quoq; videlicet, harmonia & oratione, vt af fluentius cap. primo de sinthomatum dfis orsus est princeps: & hanc secundum coniecturam ad pñs minime sermocinari persuasum habetur. Alio vtiq; modo omni ꝑ in habitũ preter naturam mutatione perpendi potest ac taliter author de affectu fari elucet: ita vt liber de locis ꝓhibeatur affectis. i. de locis, seu particulis ab habitu naturali ad habitum ꝑter naturam conflexis. ¶ Secunda in parte quā diligentissimæ) codicis huius necessitatē pandit quum locorum abhorrētia, curationũ absurditatem subministare cōcitat, idem. 4. libro metho. med. cap. vltimo &. 5. cap. pri: aliis in locis obseruare liquet. ¶ Tertia in parte (nam in presenti opere) suam hoc in volumine intentionē exponit, silicet ꝙ particulas obluctatas intus noscendi semitam exprimere adoritur. ¶ (Quarta in parte) quodam cōceptatur proditum, quod quidem de rationibus libri huius comodum vna portendentibꝰ adaptari potest: cũ.n. externæ corporis sedes sint refragatæ, leuiter sensibus inexcantur: q̃ vero in alto corporis compaginantur: nō nisi viro q quotidianis insudauit exercitationibus sciendi potestas committitur.

Quippe hæc nos docuit, quum alia permulta, tum cuiuslibet partis essentiæ ꝓprietatem. Sic enim corpus quoddam cartilagineum est, secundum asperã arteriam, bronchion appellant, cuius proprietatem hi dũtaxat qui ipsum viderũt, cognoscere possunt. Id si aliquando tussiendo expuatur, maximum vlcus vel ab erosione, vel putredine in pulmone esse existimamus. Quamuis enim in tota ea parte quæ per collum inter guttur & pulmonem media est, eiusmodi naturæ corpus inueniatur, tam grandis tamen vlceratio, in ipsa haud quaquã fieri potest, quin prius mors animal præoccupet: In pulmone vero talis fieri potest, vt potẽ qui ob humiditatem, & facile putrescere & a vitiosis humoribus prompte erodi consueuit, atq; bronchia in ipso exigua admodum sunt. Quo circa pars ipsorũ putrescere non potest, quin potius totũ bronchium reiici necesse est: menbranosis vinculis quæ ipsum cum aliis coniũgunt, a sua continuitate absolutis, quippe quæ suis bronchiis multo celerius affi ciuntur. Hæc enim & cartilaginea, & du

ra, & crassa sunt, membranæ vero quæ ipsa coniungunt, tenues & infirmæ: Sane frustum quoddam vasis, haud ita paruũ tussiendo reiici videmus, quod ex pulmone fuisse eductũ, plane intelligebãt, dissectoriæ artis haud imperiti professores. Quotquot enim ad asperam arteriã in collo perueniunt vasa omnia capillorum fere speciem referunt.

COMMEN. II.

SEDES internas affectas viam agnoscendi aperire ꝑquirens: ab exeuntibus auspicari haud irrationabiliter ei apparet, quũ hæ aliis, & vniuersaliora, & facilius certiusq; a sensibus comprehendi videntur: quare gemina ꝑsenti in textu, primo quædam de corpore cartilagineo, secũdo vlcus in pulmone esse, nec in canna pulmonis .i. bronchion dicto dilucidare nititur: & ex hoc, pulmonis inter substãtiam, & bronchion alietatem subinfert. Pro principalis sciẽtia attendere cogitur, quod ꝑ corpus cartilagineum bronchion dictum arteriam cannæ pulmonis sentit, vt septimo de anthomicis in principio, & septimo de vsu partium cap. septimo olfecit: vbi autũmat ꝙ natura arteriæ canne pulmonis, quæ ex bron

chiis conflata est, sic.n. appellare eius cartilagines medici assueuerunt, quemadmodum & ipsam totam asperam bronchiō & caput ipsius summa larinx: & cætera, quæ lege. Quantū secundarium ad intentum, pandere intendit ꝙ si aliquis quoddam tussiendo cartilagineū expuat; vlcus in pulmone vel erosione, vel a putredine esse: existimandum videtur. Qđ quidem hoc verificat medio, qm̄ tale cum tussi eiectum, vlcus indicat, aut in canne pulmonis arteria bronchion dicta: aut in pulmonis substantia innatum erit: cum minime alia permittitur particula, a qua decidi possit: nec primum pluribꝰ de causis: Prima quia tota ea in parte quæ per collum inter guttur & pulmonem media est: eiusmodi naturæ corpus inueniatur: tam grandis tamen vlceratio in ipsa haud quaquam moliri pōt: quin prius mors animal præoccupet, Secunda quia pars bronchiorum putrescere nec potest: quin totum bronchium reici sit necesse. Tertia quia hæc & cartillaginea, & dura, & crassa sunt: membranæ vero quæ ipsam coniungunt tenues, & infirmæ: quare vlcus nec in bronchion, sed in pulmone congeri potest. Et per aduersas supradictis, verificat causas: cum in pulmone fieri tam grandis vlceratio possit: vt pote qui eius ob innatam humiditatem a putredine sub

tiliter detineri:& vitiosis a succis prompte erodi consueuit, secundo quia bronchia in ipso exigua admodum sunt, tertio membranosis vinculis idest anulis paruis q̃ ipsum cũ aliis coniungunt: a sua continuitate absolutis, ac se iuntis suis bronchiis multo celerius afficiũtur. Et ex his duo nobis innotescere vidẽtur, & pulmonis a bronchion discrimẽ: quum ipse eius ob humiditatem apte ad putredinẽ, brõchion vero suæ siccæ naturæ duram obtineat promptitudinem. & cur vlcus in pulmone ortum, difficile: in canna vero facile curatu existat: vt etiam quinto in methodo medẽdi cap. xii. ac variis in locis prolixius canere apparet. (sane frustum) de suprarecitatis vlcus esse in pulmone aperientibus, nec reiectus Galenus: aliam explicat notam: q̃ existit: si aliquis sane frustum quoddam vasis. i. venæ: haud ita paruum tussiendo reici videmus, quod ex pulmone eductum fuisse medecinæ periti intelligebant: quotquot. n. ad asperam arteriam. i. brõchion incollo perueniunt vasa seu venæ: omnia capillorum speciem referunt idest extensæ ita subtiles sunt quasi capilli vel pili.

Ex his notanda resecantur: ¶ Per corpus cartilagineum bronchion dictum, cannæ pulmonis arteriam percipere oportet.

¶ Cum bronchiorum pars ad putredinẽ du-

rum habeat lapſum: pulmo vero aduerſum: ic circo in illa vlceris ortum difficilem: in hoc aũt facilem homines, confiteri videntur.

proinde nõ ſolum eſſentiæ proprietas, ſed magnitudo quoq; ſæpenumero affectum locum haud obſcure indicare poteſt: Sic enim quum inteſtini tunicam per dyſenteriam deiectam conſpexeris, ſitq; & latitudine & craſſitudine iis quæ a tenuioribus ſoluuntur, multo maior, non ab re coniicies vlcerationem in craſſis inteſtinis conſiſtere. Ita quum adoleſcentulum tuſſiendo, tunicam viſcoſam craſſamq; reiicere videremus, coniecimus eã ex interna gutturis parte vbi ligula, græci epiglottida vocant, conſiſtit, fuiſſe reſolutam, ac ſanatus eſt adoleſcentulus, quamuis id non admodum ſperaremus, manſit tamẽ vox vitiata: Præterea peſſentiæ proprietatem, a veſicæ vlceribus, ea quæ in renibus cõſiſtunt, diſtingui poſſunt. Scripſit enim in aphoriſmis Hippocrates, Si ea quæ cum vrinis excernũtur, lamarum ſpeciem referunt, in veſica vlcus eſſe ſcire licet: ſi vero caruneulis ſi-

milentur, id erit in renibus.

COMMEN: III.

CVM locus affectus in interioribus per eiecta nec vnico medio, immo pluribus, vt per essentiæ proprietatem, & per magnitudinem, & per contenta in particulis, & per res adherentes, & per contenta pter naturam aliena in particula discerni possit: quare cũ superiori in textu primaria si quidem via, sedem dignoscendi, affectã instruxerit princeps, consequenter secũdarium, ac primarium consequi videbit: vbi tria refert: primo suam antecedit intentionem (pro inde) secundo sic n. in dissinteria laborante, eam examinat, corticis ratione: ipsam vero in tali passione perpendere oportet. si. n. latior, crassiorq;, eaq; in tenuibus locatur intestinis apparet, vlcus crassis in visceribus esse considera: vt latius sexto in libro com. secundo indicabit: cuius causa sic formari põt: qm̃ omne, quod ab aliquo, tanq̃ a sui substantia separatur, debet esse eiusdem substantiæ cum eo, vt. v. huius vol: com. xiiii. pandere vr: quare quũ cortices ab intestinis absoluuntur, si crassæ a crassis, si subtiles a subtilibus tenẽdum. Sed princeps adhuc sua de verificatione ĩ dissinteria insatius, in adu-

lescente tunicam viscosam, crassamq; cum tussi reiciente exēplificat, quæ ex interna gu cturis parte, vbi ligula consistit, quam (græci epiglottida appellant) resolutam fuisse, & vox vitiata permansit, & hoc partis diminutione, imbecillitateq;, qm̄ eo modo & tunica illa afficitur, vox innascitur: si immoderate exiccatus: vox clangosa ab Hippocrate nominata, si ex supuacui copia fortiter humecta tur, rauca: vt septimo de vsu partium Gal. describit. Tertio, Preterea) renū vlcera a vesicæ vlceribus discerni per essentiæ proprietatem per colem exclusa explicat, quādo.n. quæ cū vrinis distribuuntur: si lamarū speciem.i.squamarum habent, vesicæ: si vero caruncolis similenſ, renū vlcera portendunt: qm̄ frusta carnis ptes renū inde dissolute exiſtūt: vt sexto in libro huius com. iii. & Hippocrates quarta ī parte aphoristica com. lxvi. & lxvii. exclamāt.

Ex his hæc emergunt notanda.

¶ In dissinteria latarum crassarumq; tunicarum cum profulgatis apparentia, vlcus crassis in visceribus congestum esse enunciat.

Vti squamæ cū vrina associatæ, ī vesica, pari passu carūculæ, vlcera ī renib⁹ indicare videnſ.

¶ Quemadmodū ex ligulæ forti siccitate quā epiglottida græci dicunt, vocem nasci canglosam: ita ex superuacuorum redundantia

in eam ruentium, raucam insinuare oportet.

Neq; non a rebus in particulis quibusdam contentis, creberrime sedes affecta deprehēditur: Nā Mitylenis adulescens quidā secundum sedem vulneratus gladio, vulnere satis profundo, tribus primis dieb⁹ neq; cibum neq; potum ingessit, quarta vero die, adhibitis, prius remediis cibū sumpsit, ac bibit quoq; deinde occidente sole, iterum adhibita curatione, vrinæ tres heminas per vulnus excreuit, quum antea ex quo vulneratus erat, nihil vrinæ reddidisset, Tum vero ab onere quo circa pubem grauabatur, se perfecte liberatum esse dixit: Itaq; proculdubio constabat vesicam fuisse vulneratam: Quemadmodum vbi stercus per vulnus excernitur, intestinorum alicui vulnus esse illatum, haud dubium est: sic etiam quū cibus egreditur, in ventriculo vulnus esse manifestum est: Iam ortum supra inguina pauum ac suppuratum quum medicus incideret, stercus subsecutum, in colo abscessum esse declarauit: Atq; in hoc genere continetur, spiritus efflatus vul-

nerato thorace, & sanguis ab arteria profluens. Nam quum interdum vulneratũ corpus sensu deprehendi nõ potest, exactam ab his consequimur notitiam: Igitur vt ex thorace efflatus inter respirandum spiritus, membranã costas succingentem vulneratam esse significat, ita sanguis saliendo eiectus, arteriam: sed hic protinus eo qui ex venis erũpit, & calidior, & magis tenuis, & flauior esse dignoscitur. At veluti horum non incertæ sunt notæ, sic eodem modo si aliquando omentũ, aut intestinorum aliquod excidere per vulnus videatur, peritonæum discissum esse nemo ambigere debet. Si vero pulmonis aliqua fibra, extremam sui partem a vulnere exerere videatur, thoracem confossum esse ostendit. Atqui nihil refert siue succingentem membranam vulneratã, siue thoracẽ confossum esse dixeris.

COMMEN. IIII.

POstq̃ superius sua de intẽtione per essentiæ proprietatem, magnitudinisq; ratione colloquiũ habuit: concomitanter per residentiã in particula, nec vnica, ac eadem in sede idem exe-

qui conatur, vti si ex illato vulnere vrina defluit, vesicam incisam esse affirma, si stercorale superuacuum, aliquod viscerum, si alimẽtum in ventriculũ: sicuti in pane. i. apostemate supra inguina suppurato, laborante etiam testatur, quod cum incideretur stercus, pullu lauit, & hoc si quidem inditium apostema in colon genitum esse dilucidauit. Et nõ modo locis in ignobilibus, immo etiam in nobilib⁹ author verificat: nam aer seu spiritus in terre spirandum egrediens, membranam costas succingentem a sui continuitate absolutam esse significat. Et sanguinis cum saltu emanatio, calidior, tenuior, flauior eo qui ex venis repellitur: arteriam secatam esse arguit. Et si omentum. i. zirbus, aut intestinorum aliquod per vulnus excludi apparet, peritoneum. i. siphac eructum esse censendum: quum ipsũ supradictorum egressum denegat. Et si aliqua fimbra pulmonis. i. frustum, extrema sui pars a vulnere excidi conspiciatur: thoracem esse perforatũ firmiter tenemus. Sed aliquis circa hæc ambigere posset, quomodo tenet pulmo vlceratus, igitur thorax, vt princeps innuere vr: eam his sub verbis extinguit, at quĩ nihil refert, siue succingentem membranam, siue thoracem confossum esse dixeris, quare quũ a pulmone aliqua sui extrema pars absol

nit, quũ eius postremæ partes quũ membra na succingente costas alligatæ extant, authoris enunciatum recte currit.

Et ex his vnicũ tantum decerpo notandũ quod ex in particula locatis, locum affectum agnoscere possumus.

Ex adhærentibus etiam rebus affectæ sedis notæ petuntur. Quippe res adherentes essentiæ proprietatem obtinent: quemadmodũ fungi, si fracto capite, meninx, id est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Atque rursus alia proprietas conspicitur, osse particulæ cuiuspiã vitiato: huius præterea generis est ramentũ, ephelchis græce vocatur, quod eius particulæ, a qua excerni videtur, vlcerationem portendit, vt vrinæ meatuum, si cum vrina, spiritalium instrumentorum si tussiendo gulæ, ac ventriculi, si vomitione excernatur, quẽadmodum si cum alui excrementis deiicitur, intestinorum aliqđ vlceratum esse significat. Est præterea ex indicis quibusdam alius notitiæ modus, quum videlicet in alieno spatio aliquid ꝑter naturam continetur, vt

In rẽibus aut vesica lapis, aut pus in thorace, aut sanguinis grumus, Græci thrõbos, vbicunq; contineatur, aut alius quidem humor molestus in animalis corpore, genitus vel extrinsecus ei aduueniens. Vnde iuniorum medicorum complures quæstionem ad medicæ artis opera nihil conferentem, sed dialeticam potius habentem contẽplationem, mouere solent. Vtrum huiusmodi res in nobis præter naturam genitæ, ex affectis sint sedibus, aut loco nequaq̃ affecto, animal a causa præter naturam molestetur? Sed quod inutilis, vt dixi, sit huiusmodi quæstio, cognitu facile est, si consideraueris eas notas, quæ ad artis vsum pertinere videntur.

COMMEN. V.

DE partis internæ affectæ scientia tribus ex prioribus supra recitatis viis: sermone pacto: consequenter per postremas videlicet. res adherentes, & per contenta preter naturã aliena in parte eandẽ seminare proponit: vñ primo illustrat q̃ fungi apparitio in capitis vulnere, fracturam in ea, aut membranam cerebrum tuentem, affectam esse portendit, pro cuius dilucidatione scire nos oportet, q̃ quo

tiens capitis os frangitur, si panniculus super cerebrum indutus, apatis vitium pati aggreditur, in eo, qđ medici fungum appellant, emanabit: & est qđ eleuabitur ad superiora, & intumescit, donec egreditur per craneum in modum fungi, si ossis ammotio effecta fuerit: & quotiens os capitis frangitur, ac pānicu lus super cerebrum circumlocatus, a chirugico ex fallacia, vel inaduertentia coartatur, laboranti ex eo, animi, sensusq; defectus occurrit: & simile vt fungi in ossis alterius corporis parte fractura accidere solet: & ex his chirugicales medici fructum nō modicū decerpūt.s. vt quantam diligentiam, curamq; habere debent, quando ossis in capite denudationi indulgent. ¶ Huius p̄terea generis est) quodā ad quemcūq; locum interiorem vlceratum discernendum, vniuersale enunciat indicium, qđ ramentum quacunq; ex vlcerata particula decisum, refertur: vt si cum vrina associat, vrinæ meatum vlceratum, si cum tussi aliqđ spiritualium instrumentorum, si vomitu, ventriculum, ac gulam, si cum alui excrementis intestinorū quoddam ab vlcere detentum esse significat. Sed pro in medicina introducendis annoto, q̄ ramentum nihil aliud est nisi aliquod piectum purgamentū. ¶ Est p̄terea ex indiciis) quō sedes affecta, per cōtenta alia
in parte

in parte sciri possit, examinat, vti lapis in corpore retentus renes, aut vesicam morbidos esse, vt plm arguere necessitas: consimiliter pure, aut gruma cruoris in thorace locata, nec non aliis in locis insinuandum. ¶ Vnde iuniorum, recentium sententiam medicorum de qstione ab eis cōmota inutilē esse & malle ad dialeticū q̄ ad medicū spectare recitat.

Ex his quatuor pullulant notanda.

Fungi fractura in cranei excidentes, pannicu'um cerebrum succingentem a pane corripi auspicantem indicant.

Proiectum purgamentum quo in loco vlcus residet, portendit.

Lapis in corpore congest⁹ vt plurimum vesicam, aut renes affectos esse significat.

Questiones inutiles, nec ad medicū, sed ad dialecticum spectare videntur.

SVBIICIAMVS ergo aliquem tribus diebus nihil vrinæ reddidisse, nonne protin⁹ in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa inuestigabimus, an in renibus, aut vreteris, aut vesica, aut vrinæ fistula? Neq; enim in hepate, pulmone, liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsam quærem⁹: quod

nulla ipsarum sit vrinæ instrumentum: Etenim nisi nouerimus primam vrinæ secretionem in renibus fieri, deinde eam per vreteras ad vesicam peruenire, ac demum inde excerni, quemadmodum iam antea in libris naturalium actionum ostẽdimus: nihil huiusmodi inuenire poterimus: Verum hucusq; processisse haud satis esse videtur, quin potius perpendere oportet, quænam sit causa, propter quam vrina supprimitur. Est autem via cõtemplationis hæc. Intueri oportet omnia, tũ præterita, tum præsentia accidentia, præsentia quidem ipsemet medicus inspicere debet. Præterita vero non solum a laborante, sed etiam ab ipsius familiaribus interrogando perdiscere.

COMMEN: VI.

QVONIAM partis affectæ agnotio, nec excie ctorum exitu solum, immo cum ipsa ad eorum egressum denegantur, adipisci solet: quare de primo exacto exordio, non ab ratione de succedente disputare, auspicatur: principaliter enim aperit, q̃ si aliquis tres per dies ab vrinæ defluxu, penitus priuatur: vt non me

dicum excludat: quæ ſtranguria nuncupatur: tunc duo:& locum inquo ſuppreſsio locatur: & cauſam eius perpendere cogit: ¶ Quantum ad primum præſupponit, ꝙ vbi obſtrutio ſit innata minime quærenda videtur, niſi in locis vrinæ inſtrumentariis:& iccirco nec in iecore, nec in pulmone, quũ ad vrinæ actionem nec minimum elaborant: ſed in renibus, aut poris vritidibus, aut veſica, aut vrinæ fiſtula, cum hæc & non alia, vrinæ inſtrumenta fabricantur: ex quorum commodo, ac incõmodo vrinæ excluſio, naturaliter, innaturaliterq; emergit. ¶ (etenim niſi) quibus vacare, debet q, quã partẽ vrinæ ſuppreſsio poſsidet, ſcire optat: princeps præcipit: & bina eſſe vt actionem vrinæ naturalem haud latere, ꝙ in renibus reſecatur:& per poros vritides ad veſicam decurrit,& demum ad extra repellitur, & cauſam vrinæ obſtructionis annumerat, huiuſcemodi autem perſcrutatio contemplatiua a, Galeno deſcribitur, quæ in præſentia, elapſaq; accidentia perquirendo, pergere apparet.

Ex his notanda inſurgunt:

Vrinæ penitus ſuppræſsio aliquo in inſtrumentorum eius, cauſam inbibitam eſſe enunciat.

Qui cauſam, ſedemq; denegatæ vrinæ agnoſcere cupit: vrinæ ſpontaneam actionem, ad

præsens, & ante passa accidentia indagare committitur.

SIT igitur (exempli gratia) tumor alicuius in pube, satis euidenter in circũscriptione vesicam impletam esse ostendens, nihilq; excernatur: nunquid plane constat aut excretoriam vrinæ actionem necessario resolutam, aut vrinæ fistulam esse constipatam. In primis igitur considerandũ est, num fieri potuerit, vt resolutæ facultatis nomine id acciderit, si prius meminerimus, quomodo per bonam valetudinem volentibus nobis vrina excernatur. Musculus ceruicem vesicæ circundans, ab actione quiescit, fungente tum vesica suo munere. musculi autem actio, voluntatis nostræ imperium imitatur, at vesica naturaliter agens, volũtati haud quaquam obedit. Namq; in commentariis de naturalibus falcultatibus iam declaratũ est, in omnibus fere corporis particulis esse vim qua excrementa secernãtur. Hæc quãuis semper ipsis adsit, non tamen vtuntur ea, nisi quum molestantur ab excrementis. Quæ si aliquãdo fue

erit affecta: fieri poteſt, vt vrina ſupprimatur. Proinde ſi hominem ita figuraueris, vt decliuis ſit ceruicis veſicæ poſitus, ac manibus tumorem præter naturam compresſeris, expelletur vrina. Quod ſi ita faciendo nihil profeceris, a cauſa qua reſoluta vis eſſe putabatur, deſiſtere, atq; vrinæ fiſtulam conſtipatam eſſe ſuſpicari oportet: quippe muſculus ei circundatus, ſi reſoluatur, ipſæ non cohibitæ ſed præter voluntatẽ emiſſæ vrinæ cauſa eſt. Itaq; quotmodis contingat vrinæ meatũ (quem vrethram, id eſt vrinæ fiſtulã vocant) ſtipari, deinceps conſiderandum eſt. Equidem trifariam eos accipiendos cenſeo. Aut enim corpus ipſius in tantũ tumorem præter naturam attollitur, vt meatus inde occupetur. Aut aliquid ei præter naturam, vt vel caruncula, vel callus innaſcitur. Aut a re quapiam obſtruitur meatus. Corpus ipſius ad inſignẽ tumorem attollitur, ſi vel inflammatione, vel ſcirrho, vel abſceſſu, vel alio quouis tumore fuerit affectum. In meatu caro quidem oritur, ſi præceſſerit vlcus, alia vero res longo temporis ſpatio ex craſſo

forte adde ... Bonſine ... arg: hist

lentoq; humore paulatim nasci potest. Obstruitur meatus, vel a lapide, vel grumo, vel pure, vel crasso lentoq; humore. Igitur hæc omnia distinguere oportet, non solum ex præsentibus accidẽtibus, sed etiam ex iis quæ præterierunt. Age igitur subiiciamus vt puer laboret, apparuerint vero antea lapidis indicia, vrina quidem aquæ similis, in qua subsident sabulosa quædam, ipse insuper assidue pudendum scalpat, idq; vel laxum, vel intẽtum præter modum, postea vrina derepente supprimatur, nunquid optima ratione conieceris, huic lapidem in vesicæ ceruicem incidisse? Itaq; supino, figurato puero, vt crura reliquo corpore sint sublimiora, multifariam ipsum cõcuties, sic enim feceris, vt lapis ex meatu recedat. Quibus peractis, iube vt puer vrinã reddere tentet. id si bene successerit, profluatq; vrina, præter exactam causæ notitiam, curationis quoq; modum inuenisse te, haud dubia erit coniectura. Quod si nihilominus vrina supprimitur, rursus concute, sed vehemẽtius, atq; si sic quoque permanserit, tum demissa ænea fistu

la, Græci catheterum vocant, simul & lapidem a vesicæ ceruice repelles, & vrinã euocabis. At nulla lapidis nota retentã vrinam præcedente, si sanguis effluxerit, par est, vt grumus vrinæ fistulam obturet. At fieri potest vbi vlcerata est vesica, vt paulatim in ipsa grumus concrescat, vel non præcedente sanguinis fluore. Accidit autem vt sanguis ex renibus per ureteras in vesicam defluens, grumũ efficiat. Atque veluti ad has coniecturas, ita vbi vel pus, vel crassus lentusq; humor meatũ obstruxit, haud inutilis est ænea fistula. In huiusmodi vero coniecturam, ex pcedentium notitia inducimur. Etenim siue vesica, siue renes, antea affectu aliquo laborauerint, per quem tale tantũq; pus colligi potuerit, vt par sit ab eo meatum fuisse obstructũ, pbabiliter cõiicies hanc ob causam vrinam supprimi, etiam si in parte aliqua renibus superiore fuerit abscessus, quo erupto haud absurde pus in renes transsumptum esse putaueris. Quod si nihil huiusmodi præcesserit, victus rationẽ inquirere oportet, an in ocio educatus, multis cibis crassos vi-

ſcoſosq́ humores generare potentibus, fuerit vſus. Sic etiam vbi ob carunculam aliquam ab vlcere innatam veſicæ ceruicem obſtructam eſſe putamus, & ex præcedentibus vlceris notis, & ex eo quod demiſſa ænea fiſtula, vrina vacuatur, intelligere poſſumus. Nam & hunc affectũ aliquando vidimus: quippe demiſſa fiſtula dolorem mouet, in ea videlicet meatus parte, vbi antea vlcus eſſe coniiciebamus, fractaq́ ſub fiſtula carne ſequuntur cum vrinæ excretione, & cruor, & carnis fragmenta. Hæc diximus ad inſtitutum proprie opus pertinere. Conſtat autem, vt paulo ante citata a nobis quæſtio Dialectica duntaxat ſit, quæ nihil ad artis opera conducat. Id enim vtile fuerit, vt cognoſcamus meatum eſſe obſtructũ a grumo, ſi ita contigerit, aut lapide. At quærere vtrum affectum eſſe meatum, an cauſam ſuppreſſæ vrinæ in meatu contineri, dicendum ſit, nihil ad artem vtilitatis cõferre poteſt. Itaq́ non poſſum non mirari, quo pacto Archigenes in huiuſmodi conſideratione tantum temporis collocauerit, quippe conſcripſit quædam de

his rebus, ſed adeo obſcure vt intelligā-
tur a nemine.

COMMEN. VII.

CVM ſedem, cauſamq; ſtranguriam fouentem, ante expoſita in litera, ſemitam ſciendi, præbuerit princeps conſequenter eam bifariā ex veſicæ, ac fiſtulæ parte illuſtrare elaborat: vt ſi aliquis ab vrine denegatione fuerit inuaſus: tumore circulari in pube, vel vt lucidius pro tirunculis in pectine vigente, qui veſicam aquoſitate redundare, portendit: tūc cauſam ſupprǽſsionis geminam eſſe, aut expulſiuam veſicæ facultatem ſuo a, robore deſtitutam eſſe, aut vrinæ fiſtulam obſtructam, cenſere oportet: Sed priuſquam numeratas ad cauſas perpendendas curſum dirigat, complura præſcire ſupponit. ¶ Primo annotare oportet, quomodo in corpore ſua fungente valitudine, vrina excludatur: ¶ Secundo muſculus ceruicem veſicæ circundans, ab actione quieſcit, veſica ſuo vtente munere: quoniam ipſum natura intempeſtiue effuſionis cuſtodem creauit, vt Gal. quinto de vſu partium refert. ¶ Tertio muſculi autem actio noſtre voluntatis imperium immitatur, at veſica naturaliter agens, nequaquam voluntati paret.

¶ Quarto librum de naturalibus atteſtatur, quod (vt ibi annotauit) omnis fere particula corporis vim habet, qua excrementa ſecernantur: & virtute expulſoria membra, minime funguntur, niſi quum a, ſuperuacuis moleſtantur, quæ ſi affecta euaſerint, vt vrinæ addit⁹ obſtruatur, quod rationabiliter fieri ſolet: Hoc idem ipſe de regimine victus com. xxviiii. teſtatur, quod inteſtina ad feces repellendas non niſi a, mordicatiua qualitate, multitudineq; ſtimulata, excitantur: his relatis ex quo medicus diſcernere valebit, ſi vrina ex veſicæ facultate defecta ſupprimatur, modum pandit, & taliter exemplificat: Si fuerit homo veſicam vrina repletam retinens, & quũ hoc nihil ipſius repellit, tunc ad ceruicem decliuis, manibus tumor præter naturam eſt cõprimendus, ſi vrina non defluat, minime vim reſolutam eſſe, putandum: Sed potius vrinæ fiſtulam obtuſam eſſe: probat hoc, quum id ex muſculi imbecillitate ei concomitati, eſſe credere haud poſſumus, quia ſi ipſius debilitate: non ſtranguriam, ſed diſſuriam potius .i. præter voluntatem vrinæ emiſsionem generabit: quare quum non ex veſicæ laxitudine ideſt eius facultatis, nec muſculi ipſam ambiētis innaſcatur: tertium, ac poſtremum vrinæ exilem, quem (vrethram ideſt vrinæ fiſtu

iam obstructam esse, confiteri oportet. q tribus de causis germinare potest, aut quia meatus ipse in tantum tumorem ascendit, vt fistula ipsa inde occupetur, & hoc ex quolibet tumore præter naturam, vt recte consideranti apparebit: aut quia aliquid præter naturam ibi prodit, vt caruncula, vel porrus, vt latius in textu. disseruit: aut meatus a lapide, vel grumo, vel pure, vel crasso, lentoq; succo stipãt, sed ex quo horum innascatur, discursu contemplatiuo, vt per præsentia, elapsaq; sint homata, nec non instrumentali operatione sicut ænea cum argalia, quemadmodum in litera apertius describitur, excogitandi facultatẽ habes. Sed circa lapidis in vesica argumenta a principe in textu asserta, haud nos fugere, opus est, quoniam talia minime super lapidis dissolutionem vt non nulli inique sentierunt, sed malle ipsius congelationem coniecturant, cum refert, q vrina principio fabulosa meitur, & post modum aquæ consimilis &c. (constat autem) quod ad medici laudes salutare, insalutareq; cognitu existat: scilicet qua ex causa fistula vrinæ obturatur: ei fructus inest: sed vtrum meatus afficiatur: aut causa in eo imbibatur inane esse explorat, & quũ hoc archigenem de nõnullis damnat &c.
Ex his hæc notanda assumo.

Vesica aquositate exuberans suaque actione orbata, aut vesicæ vim desertam, aut vrinæ foramen obsitum esse, testificatur.

Musculi autem actio voluntatis, vesicæ autem nature, commissum insequitur.

Vrinæ calamum trifariam, a tumore, ab orto præternam, a re qua piam abditum tegente, abscondi posse enodatur.

Vrinæ continentiæ causam, vtrisque ex accidentibus videlicet. passis, patientibusque, ac æneo instrumento nobis innotescere, Galenũ confiteri elucet.

Expultrix facultas non nisi cum membra ab excrementis cruciantur, insudat.

IGITVR rursus propositum sermonem resumendo, cõsequentia tractemus: quomodo scilicet, tum ex præcedentibus, tũ præsentibus accidentibus causa, cur vrina reddi non possit, deprehendatur. Percussus ergo quidam in ea parte, quæ femen appellatur (Græci perineon dicũt) inflammatione suborta in vulnere, vrinam reddere non potuit: ac vesica ipsa, vt pote plena, manifeste secundum conscriptionem intenta videbatur. Huic, ne

irritaretur inflammatio, æneam fistulam adhibere noluimus, sed calida aqua fouere, ac oleum circunfundere, satius esse putauimus. quumq; tribus horis sic eum tractassemus, tumore non parum relaxato, ac dolore, vt ipsemet fatebatur nõ ita grauiter infestante, iussimus vt vrinã reddere tentaret. interim quum nos vesicæ tumorem ad inferiores partes impellendo sensim præmeremus, iuuenis vrinam reddidit. Atque in his qui sic afficiunt, causa suppressæ vrinæ, facile deprendit, quamuis in aliis quibusdam non adeo manifeste dignoscatur. In quibus artificiosa coniectura ab omnibus vocata, nobis perquam utilis est, vtpote quæ inter exactam notitiam, & omnifariam ignorãtiam, media quodam modo putatur.

COMMEN. VIII.

QVVM ab eo excogitanda, qui vrinæ coartationis causam prospicere expetit, supra promulgauit author: in præsentiarum eandem percurrere censet: quare eius prodita, quum perplexa minime extant: iccirco eorum dilucidationem vberrimam esse institui.

Sed vnum solum memorabile scribo:

¶ Artis discursus qui efficacem inter agnitionem, & penitus latentiam mediat, medico ingentem præstare fructum affatur.

PROINDE fieri non potest, vt in omnibus morbis colligantur notæ, quibus vt emperici id est experimenta iactantes sentiunt, euidenter quisquis affectus discerni possit. Sed verissimum est id quod Erasistratus dicere solebat. Oportet, inquit, hominem exercitatissimæ considerationis esse, qui voluerit non solum affect⁹ ipsius qualitatem, sed affectũ quoq; locum probe dignoscere. Verum ut ad huiusmodi exercitationem decenter perueniamus, haud quaquam quærendum est, an dicere oporteat vesicæ ceruicẽ, si vel a lapide, vel grumo obstruatur, affectam esse, aut ipsa non affecta, actionem ipsius lædi. Igitur in huiusmodi quæstionibus ad artem omnino superuacaneis Archigenes versari consueuit. Alii vero vltra hæc procedentes, ne lædi quidem actionem dicunt: fieri enim videtur, musculo scilicet qui vesicæ ceruicem ambit

laxato, ipsa vero vesica contentam in se vrinam exprimente sed concurrente musculorum suminis auxilio. Quum itaq; & vesica citra noxã munere suo fungitur, & musculi voluntatis imperio sic obediunt, vt superiores intendantur, is vero qui ceruicem circundat, laxetur: quo modo, inquiunt, recte poterit aliquis suspicari, noxam esse actioni illatã? Quapropter supprimi vrinam dicere coguntur, non læsa, sed impedita meiendi actione, tãquam arti medicinæ opem ferant, si vocabulum lædi transmutantes, impediri dixerint. Sed huiusmodi quæstiones (vt diximus) ad Dialeticam pertinent: ac ad mentis exercitationem magis, q̃ vel ad affectus ipsius dignotionem, vel sedis affectæ inuentionem accommodantur. Verum ea, quam nuper proposuimus, ad institutum opus proprie pertinet.

COMMEN. VIIII.

TRIBVS tectis questionibus (vt conspicietis) hac tempestate satisfacere apparet: Quarum principalis exponitur. Si quocunq; in

morbo testimonia decerpi possunt: Quibus passionis cuiuscūq; aperte scientiam nācisci, valeamus: (Proinde) debitum reddit Galen⁹ silicet: Quod emperici de hoc fateantur, minime confiteri oportet. ❡ (Sed verissimum) alteram de Erasistrati sententiā tractat questionem: ꝗ qui morbi conditionem, ac morbidum locum satis eloquenter attingere perquirit, hominem qui iam diu perpetuæ considerationi insudauit, esse oportet; vti efficacissime Erasistratus disputauit. ❡ (Verum autem) Postremam dilucidat questionem, ꝗ qui supra nominatam exercitationem probe adipisci optat; precipit autem ꝗ in ambitiosis discussionibus, nec indulgendum vti si vesicæ collum ab aliquo: silicet, vel cruore, vel lapide occultatur; aut si ipse egrotet, vel nō, laborandum videtur (vt Archigines studuit.) ❡ (Alii) quorundam in stranguria actionē, nec affici annuentium; explicat votum. quorum vero sermonem tali pacto verificantes; quoniam ad vrinæ actionem complura concurrere referunt: Et lacerti collum vesicæ ambictis mollificatio; & vesicæ compressio: silicet, vrinam in ea locatam exprimens; & huiuscemodi compressionem non vesicæ solum: sed musculorum p̄cordii suffragio fieri autumant; His p̄missis probāt; ꝗ retentione vrinæ cōmorante,

næ commorante actio vrinæ minime suscipiat lesionem, Cum vesica citra incõmodũ suã exerceat operationẽ, expulsionẽ: scilicet, & musculi suminis superiores, iussui voluntatis obtemperant, Et lacertus qui ceruicem circum amplectitur, laxetur, Inferunt, q̄ vigente stranguria nec vrinæ actio sit affecta, Sed meiendi actio impedita, Quasi artem medicinalem aliquo iuuãtes. Si hoc verbum ledi, commutari inimpediri enunciauerint. Sed huiusmodi, lectorem reddit attentum, q̄ talibus in argumentationibus non medicus, sed potius dialecticus occupari debet, sicut Galenus causam illustrat.

Ex his hæc notanda emergunt.

¶ Nec omni in affectu inditia, quibus morbus decenter agnosci potest, reperiri posse, refert

¶ Qui egritudinis naturam, sedemq; egrotam recte non ignorare desiderat, hominem continuis in considerationibus versari decet:

¶ In infructuosis vero questionibus tanq̃ ad mẽtis studium excitantibus, non medicus, sed dialecticus insudare tenetur.

INTELLIGITVR autẽ ex ipsa; quod in primis per artem secandi corpora accurate cognoscere oportet, qualis sit cu

iuslibet partis essentia: deinde vero, &
actionem & societatem quam cum proxi
mis habet, quæ etiam in positionis voca
bulo comprehenditur, intelligere. Quip
pe cuiuslibet partis vsus, ad affectorũ lo-
corum inuentionem magnifice condu-
cit. Actio enim motus est partiũ factiuus.
Vsus vero omnibus insunt, vel nihil agẽ
tibus. Ergo quod ad vrinæ redditionem
pertinet, excretionis actio fit a vesicæ cõ
pressione, concurrente interdum muscu
lorum abdominis auxilio, quum videli-
cet admodum exiguã continet vrinam,
aut vesica ipsa infirma est, reliquæ vero
partes omnes, vtiles sunt ad actionem: ni-
si enim vesica ipsa cum toto spatio sic fi
gurata fuisset, ac ceruix ipsius tota fuisset
pforata, descendissentq; obliquæ in ipsã
vreteræ, frustra habuisset comprimendi
motum. Ex horum itaq; notitia, & affecta
rum partium & affectuũ ipsorum notitia
deprehendi potest, non ex ea quæstio-
ne, qua inuestigatur, vtrum dicere opor-
teat, obstructum instrumentum esse affe-
ctum, an omnino noxa carere.

COMMEN. X

QVVM precedenti in textu hominem & affectum, sedemq; affectam, agnoscendi facultatem habentem: nec non, & quæ ad eorum scientiam denegant, vt insalutares quæstiones disseruit princeps, impresentiarum quæ pro morbi, ac loci morbidi decenti agnitione, rursus excogitare cogitur: Paucis verbis promulgare videtur; Ait enim q̄ ad hoc vt medicus supradictorum efficacem obtineat lucem; Quatuor .s. anothomiam; actionem, societatem, iuuamen, perpendere debet.

¶ Per artis secationem quum eius suffragio, cuiuscumq; membri essentia indagatur.

¶ Per actionem, quoniam ipsa elementum, & fundamentum in partem affectam discernendam a Galeno in subsequenti ascribetur: vnde pro maiori huiusscemodi dilucidatione complura aperit; Primum quid sit actio, & cum hoc ipsam a iuuamento deducit: Nam actionem ad partes factiuas, iuuamen vero ad vtrasq; .s. factiuas & non factiuas referre videtur; Quoniam quæcumq; corporis particula, & si nullius extet actionis alicuius tamen iuuaminis constituitur; ¶ Secundum, actio exclusionis vrinæ quomodo tractetur, enar-

rat: Quia a vesicæ compreſsione, concurrente muſculorum abdominis præſidio innaſcitur: Et princeps ſe ipſum exponit; Nam tale præſidium minime perpetuo ad actionem vrinæ concurrit; non niſi in geminis; aut quũ veſica modicam continet vrinam, aut quum langueſcit; ¶ Tertium cæteras partes ad actionem fructuoſas eſſe; ¶ Quartum ꝙ actio veſicæ quæ eſt omni ex latere cõſtringẽda conſtringere, inanis extitiſſet niſi ipſa figurata fuiſſet, Ac ceruix eius tota perforata, & vritides pori in eam oblique perueniſſent: Hæc ergo medicus tamq̃ ægritudinem, locumq; ægrotum illuſtrantia, & non innutiles quæſtiones perquirere debet:

Ex his hæc prodeunt notanda.

¶ Diſſectio; actio; ſocietas; ſuccurſus; ad morbum locumq; morbidum comperiendum, mirifice ſubuenire videntur.

¶ Veſicæ actionem quum compræſsione, interdum muſculorum abdominis ſuffragio; fieri exclamat.

¶ Si veſica, a natura minime concaua, eiuſq; collum perforatum producti fuiſſent, ipſius actionem inutilem eſſe; confiteri oportet.

HAVD abſimilis huic eſt alia quæſtio, & quidem de affectis iam partibus, ſed qui

bus nondum inest propria dispositio. Vocant autem propriam dispositioné, q̃ separata causa quæ ipsam fecit, permanere potest. Hac igitur consideratione rursus dicunt nonnulli, nequaquam affici caput, per eos capitis dolores, qui a bilioso humore in ventriculo contento, p-ueniunt: quod per vomitum eiecta bile, ꝓtinus capitis dolor quiescat. Quemadmodum si post vomitum nihilo minus ꝑmanserit, tum affici caput. Idq; multo magis, quum similia suffusioni accidentia oculos infestant, cumulatis in ore ventriculi excrementis: hæc enim veluti vmbras quasdam esse affectuum. In omnibus his quæstionibus plurimum occupati ꝓcessores nostri, perquampauca de affectorum locorum notitia scripserũt. Nos vero diuersa incedentes via, exercebimus, aut (vt dixerit quispiam) instruem studiosos, vt sedes affectas dignoscere possint.

COMMEN: XI:

QVANDAM locis de affectis quæstioné, excitat princeps, videlicet si sedes per consen

ſum compatiens, eam affectam depopulari cõmittitur: quam bifariam, primo aliorum ex ſententia & hoc præſenti in litera, ſecundo propria officina (vt in ſubſequæntibus) per quirit: ¶ Quantum ad præſens ſpectet, nonnulli enim partem per colligationem cruciatam, nec infirmam cognominari arbitrantur: vt ex diſpoſitionis facultate, verificare nituntur: aiunt enim propriam diſpoſitionem eſſe, quæ cauſa eam gignente extincta, ad huc ipſa ſuo in vigore permanet, quare caput, adoloribus, bilioſos obſuccos a ventriculo eleuatos, dilaceratum, languidum eſſe ſm̃ eos minime inſinuandum: cum ad eorum a, ſtomacho, vel per vomitum, vel per ſedem inferiorem depoſitionem, triſtis ſenſatio, caput deſerere videtur, pari paſſu de oculorum ſuffuſionibus ſeu iniquis imaginibus, con ſimili de cauſa innatis, ſentire oportet.

Ex his vnum de aliorum voto aſcribitur.

¶ Locum per conſenſum laniatum, haud affectum eſſe, pro firmo confiteri videntur.

IGITVR quemadmodum paulo ante ꝓpoſitum eſt, quod intenta veſica homo vrinam reddere non poteſt, ita in præſentiarum ſubiiciatur, citra veſicæ tumorem

vrinam supprimi: ergo necesse est, quum sic retenta est vrina, vel vreteras, vel renes esse obstructos. Qua propter rursus hic intueri oportet, num antea quam supprimeretur vrina, aut lapidis, aut alterius cuiuspiam mali præcesserint accidentia, neque negligenda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus quo ad artificiosa coniectura permiserit, distinguere, vtrum in ipsis renib⁹ a lapide, vel crassis humoribus, fuerit obstructio: an in vocatis vreteris, id est meatibus, qui a renibus ad vesicam protẽduntur. Atq; sunt quædam q̃ ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulo ante dicebamus, de his quæ affectæ essentiæ proprietatem declarant. Alia artificiosa quadam coniectura deprehenduntur. At quia Sophistæ compendioso sermone confutari non possunt, idcirco Asclepiadem in præsentia præterim⁹: vtpote absurda scribentem, atque iam alibi de vrinæ in vesica collectione detectũ Porro ea quæ de principe animæ vi scripta sunt, omnes dissectores dãnare solẽt existimantibus quibusdam ipsam in corde cõsistere. Quippe Archigenes ab hac

opinione haudquaquam dimoueri potuit, quãuis detegeretur, quum per alia multa, tum maxime per ea, quæ in phreniticorum lethargicorumq; curatione videntur: verum tum sursum, tum deorsum sermones suos conuertit, vt modo hoc dicat, modo illud, nihil omnino declarans. Atque huius generis est tertius Archigenis liber, quem de locis affectis cõscrisit. Nos vero principẽ animæ vim, in libris de Hippocratis Platonisq; placitis, magna ex parte absoluimus. Proinde hac veluti demonstrata, affectarum partium cõtemplationẽ perficiamus, atque id quod omnibus affectis tum partibus, tum locis commune est, non in dialecticam: sed necessariam quæstionem porrectũ, iam enarrare aggredior: quæ scilicet sit propria particula, per quam quæq; corporis animati pars, actionem suam perficiat.

COMMEN. XII.

QVVM vrinæ cohibitionis causam, aliquo in instrumentorum eius, & præcipue vesica, cãnæq; fistula inherere, enodasset Galenus:

concomitanter de cæteris .f. pro vt renibus, porisq; vritidibus residet, disputare insudat: principaliter gemina molitur, primo vrinæ suppressionis, distractiuum inditium, quando superiorum instrumentorum .f. renum pororum vritidorum, & quando inferiorum videlicet: vesicæ, cannæq; fistulæ erratu germinat, exponit: quod vesica, vrinæ copiam haud continere figuretur tunc si vrinæ exitus denegatur aut poros vritides, vel renes obumbratos esse arbitrandum, cum non aliud superiorum vrinæ istorum decidi potest. ¶ Secundo quod instrumentum vrinæ in superiobus afficitur, bina consideratione videlicet: exquisita, & coniecturali diiudicari docet: ¶ Primam vero per ea quæ proprietatem essentie dilucidant: exequitur: vt latius sermocinatum extitit superius, quod squamæ cum vrina, vesicæ vlcera: carunculæ vero renum referunt.

¶ Alia item, quæ secunda in ordine situatur, vt artificialis coniectura, duppliciter, & elapsa accidentia ante vrinæ suppræssionem indignoscendo, si lapidis, vel cruoris, aut alterius iniqui succi emissio præcessit: ex quo exiles renum, aut pororum vritidorum tetionem suscipere valuissent, ¶ Secundo vniuersi dispositionem corporis indagando perficitur: nam quædam siquidem corpora .f. carnosa,

epatica, constipata, ocio fruentia, libidini ante primæ, secundæq; concoctionis extremum incumbentia: quum calorem in renum exuberantem labuntur, huiuscemodi occasione in his arenulæ, aliis copiosiores redundant: quoniam lapides in renibus, adusto in eis succo crasso, lentoq; congeruntur: vt ipse etiam Galenus decimo quarto metho. med. ostecit: nec non & corpora, a natura renes cum meatibus nimis angustis obtinentia, anephretica passione frequenter dilacerari videntur. ¶ (Atqa sophiste) sophistas & nominaliter asclepiadem de vrinæ in vesica collectione lacessit. ¶ (Porro ea) quosdam de principali facultate idest regitiua, eam incorde locari annuentes, & præcipue in hoc archigenē esse problematicum criminatur: quum eius sedes cerebrum pro certo habetur, vt in phrenetica, litargicaq; passione laborantibus, liquidissime elucet: quoniam depositiua præsidia in cerebri, & haud cordis regione inhibentur: sicut magna ex parte in Hippocratis, Platonisq; scriptis annotauit. ¶ (Proinde vero) & sua iterum memorat dicta, & cum hoc, quæstionem ad medicum, & non ad dialecticum oportunam, inuestigandam enunciat: Scilicet si vnius cuiusq; actionis corporis animati, vnaquæq; particula ꝓpria est, per quam ea actio

fiat:& sic legitur in textu græco, quam in sequentibus communicabit.

Ex his hoc nascitur notandum.

¶ Vti vrinæ compescentia, vesica ea exuberãs, vesicam, aut cannæ fistulam affici, pari filo ex aduerso renes, aut poros vritides, proculdubio indicare videntur.

QVIPPE actionem lædi necesse est, instrumento ipsam efficiente quomodolibet affecto. Atq; interdum facile affectus soluitur, adeo vt simulatq; opifex causa fuerit separata, ipse quiescat. interdum tãta est soluendi difficultas, vt diutius permanere possit, causa etiam ablata. Accidit autẽ nõnunquã vt efficiens cã ptrãsiẽs nõ firmũ in particula faciat affectum, quẽ Archigenes vmbram affectus vocare consueuit. Veluti quum suffusioni similia quædam oculi imaginantur, collecto in ore ventriculi tenui excremento vnde vapores quidã subleuati, deinde circunuẽti a visifica facultate, similes imagines mouent, quales per suffusiones apparere cõsueuerunt. Idq; maxime euenire solet iis, quibus oculorum humor exquisite pu-

rus est, aut visifica facultas quã facillime sentit. Eandem ob causam, vbi sanguinis fluor, aut vomitus per morbos expectat, huiusmodi accidẽtia interdum apparẽt, de quibus Hippocrates in præsagiis, hũc in modum scripsit: Si cuipiam, inquit, in non letali febre, caput dolet, aut ante oculos obscura quædã obuersantur, aut cordis dolor accidit, is bilem euomet. Ac paulo post: Quibus vero ĩ huiuscemodi febre caput dolet, oculi vero obscuras illas imagines nõ vidẽt, seu caligatione hebetantur, aut splendentia quædam ipsis obiiciuntur, ac pro cordis dolore, in alterutra parte præcordia tenduntur, neque dolore neque inflammatione infestante, iis pro vomitu sanguis e naribus effluet. Hæc est verborum Hippocratis series, q̃bus docuit sæpenumero contingere, vt ab humoribus inuẽtriculo collectis, imagines quædam oculis obiiciãtur. Quod si nihil omnino ab humoribus ascendat ad oculos, nullum huiusmodi accidentium euenire solet. quemadmodum vbi vel ad aurium, vel narium meatus, vel ẽt ad linguæ corpus, id quod ascẽdit trãs-

fertur. Vnde manifestum est quod oportet oculos participes fieri eius dispositionis, quæ ventriculum infestat, si videndo debeat animal errare. Quum itaque rursus dicat Hippocrates: Quibus deiectiones biliosæ exeunt surditate superueniente finiuntur, & quibus surditas præcesserit, desinit si deiectiones sequuntur biliosæ. Quis est autem adeo demens interpres, vt omittat in hui⁹ sermonis enarratione, aurium affectum? Aut tum dicat nasci surditatem, quum bilis, quæ antea per aluum vacuari consueuerat, ad oculos efferatur.

COMMEN. XIII.

SEMITA locum sciendi languidum, ex plerisq;, videlicet: ex eiectis, & hoc non vnico, medio, vt ex essentiæ proprietate, sicut quodam cartilagineum cum tussi depulsum, pulmonis substantiam esse affectam. ¶ Per magnitudinem essentiæ, quemadmodum in dissinteria corticum crassarum, latarumq; occursus, vlcus crassis in visceribus innatum esse. ¶ Per, in particula locata, vti alimentum ex

congesto vulnere defluens, sedem infirmam esse ventriculum. ¶ Per, res adherentes, vt fungi in cranei fractura emanatio, membranam cerebri apostemate laborare. ¶ Per aliena in parte contenta, vt lapis in corpore repertus, renes, aut vesicam, morbidas esse a Galeno instructa. Hoc vero tempore quæstionem indagandam implorat Scilicet, si sede affecta, vel per essentiam, vel per consensum etiam eius peculiarem actionem ledi cogatur: & partem refert affirmatiuam, quod quum cuicumq; corporis particulæ, a natura propria in sita sit actio, quando ipsa afficitur, etiam & actionem affici oportet, quoniam actio suo, a proprio instrumento suppeditatur: verum hanc siquidem ambiguitatem lucidius in huius tractatus postremo com. xxxiiii. satisfacit: quam per te ipsum perquire, cum prolixitatē repellere censuerim. ¶ (Atq; interdum) de affectus alietate diiudicat, qui duplex annotatur, quidam facile solubilis, ita q̄ causa delata, affectus etiam abit. Alius vero dimotionis duræ, itaq; ad causæ deductionem, adhuc affectus commoratur, vt de febre fixa, sedet animo. ¶ (Accidit aūt) de causa efficiente etiam attendit, & hoc tanquam ad quæstionis lumen necessarium, quoniam causa effectiua bifariam reperitur, quæ-

dam locum inuiolatum, per viam status affectum esse porrigens: ¶ Alia vero per viam cursus, vt in oculorum imaginibus author dilucidat, quem Archigenes vmbram quassationis intitulat: nam oculi quandoq; a contemplatione consimilia, suffusioni seu cataracte, tenues ob succos in ventriculo connexos corripiuntur, & hoc nec alia ex occasione, quam propter vapores ad cerebrum delatos, visifica a, facultate circum repertos, oculos ad cataracteam imaginem compellentes. ¶ Quare ex his gemina insinuare liquet, & eclipsationis oculorum causam per transitus viam esse.

¶ Quum oculi labefiunt, eorum actionem scilicet visiuam affici oportet, eo quod eius instrumenta afficiuntur. ¶ (Idq; maxime) in quibus oculorum humores nitidissimi residēt nec non & eorum visifica potentia, haud modica affluit sensibilitate, hi si quidem (vt princeps affatur) ab oculorum in imaginibus frequentius instigantur. ¶ (Eandem ob causam) oculorum obumbrationes in passionibus nec letalibus de Hippocratis præcepto quid præsagiant, enarrat, vt certum habetur. ¶ (Hæc est verborum) de Hippocratis regulis iam ad præsens commemoratis, complurā sub infert, primum vt plurimum oculorum tenebrosæ imagines, ex succis in stomacho

locatis germinare solent: quod si nihil ab eis ad oculos mitteretur nec aliquod supradictorum pullularet sinthomatum. ¶ (Quemadmodum) sicut alias ad partes corporis, vt aurium, vel narium foramina, aut linguæ corpus, vapores a ventriculo distribui videntur, parifilo de oculis sentire oportet. ¶ (Vnde manifestum est) abdite satisfacit quæstioni, videlicet si in imaginibus oculorũ in præsentiarum exploratis, oculi afficiuntur: refert enim quum ipsi a dispositione ventriculi compatiuntur, eos etiam proculdubio ægrotare, promulgare oportet, vt de Hippocratis sententia comprobat, quod biliosa eiecta surditatem deponunt: si per sedem inferiorem profulgantur: si vero ad superiora rapiunt, fluxu, bilioso vigente, eum extinguere cogunt: vnde quis tanta laborabit dementia, vt aures esse affectas non consentiat, quamuis per consensum dilacerentur: consimiliter etiam de oculis excogitandum elucet. Sic igitur ex his excitate quæstionis debitum facillime decerpi potest.

Et hæc colliguntur notanda &c.

¶ Quum actionis productiuum instrumentum dissipatur, & eam etiam dissipari Galenus existimat.

¶ Oculi quasi perpetuo, a ventriculi incommodo, vt

modo, vt in imaginibus laniari videntur.

¶ Affectum per viam motionis pariens causa a principe ascribitur.

¶ Vbi oculorum succi serenissimi, facultasq; visiua, sensus copia redundans, comperiuntur: ibi oculorum imagines frequenter moliri apparent.

¶ Virtutis auditiuæ priuatio, biliosum defluxũ excludere, opposito ex latere Hippocrates autumat.

IGITVR sẽper incipere oportet a læsæ actionis instrumento, deinde quærere qs sit noxæ modus, vtrum videlicet dispositio permanens, an adhuc fiens, ita vt perseuerare nondum nata sit. Quod si nunc quoq; fiat: vtrum causa quæ affectũ efficit, in ipsa parte contineatur, an per ipsam transeat, inuestigandũ est. Etenim arefacto ĩmodice humore, quẽ crystalloiden vocant: perseuerãs erit noxa, & essentiæ ipsius proprius affectus. Si vero, crassus humor in pupilla constiterit: essentia quidem nondum læditur, verum accidẽtis causa in oculo ipso continetur: sed tũ per ipsum transire dicitur, quum euapo

rans humor consistit in ventriculo. Qui vero partem quampiam tunc solum arbitratur esse affectam, quum in essentia ipsius permanens fuerit dispositio, legislatoris munere, qui patriis nominibus, ꝓpria significata instituit, fungi videtur. Nam vbi vehemens dolor intestinum infestat, firmato in vna quapiam parte dolore, vt quasi perforari videatur: quo pacto, vel nequaquã affici intestinum, aut affectum in ipso non esse quis dixerit? quãuis interdum huiusmodi dolores excreto vitreo quodam humore, vel vnico temporis momento finiantur. Neque alia ab hac doloris causa tunc credi potest, idq; ob naturale quoddam axioma (id est enunciatum) quod ex seipso ad huiusmodi dignotionem, fidem habere videtur. Id enim quo tangente afficimur, & quo separato quiescit affectus, causam esse, apud omnes homines in cõfesso est. Sic enim & ignem vstulationis, & gladium sectionis causam esse credim⁹ atque de singulis aliis similiter dicendũ est. Ergo vacuatum humorem, infestantis mali causam fuisse, quo tẽpore in par-

ticula continebatur, putandum est. Sed an ob id quod vehementer infrigidat, aut calefacit, aut in totum per intemperaturam locum molestat, aut quia per continuas partes transit, eas ad excretionem vi quadam excitãs, aut ob flatuosum spiritum ab eo exortum, qui continentem partem extendere potest, aut quia violẽter impactus est, aut quia erodit & mordet, nondum ex euacuationis ope manifestum est: quippe id solum cõstat, quod quum continebatur, molestiã inferebat.

COMMEN. XIIII:

SVPERIORI agitate, alienoq; ære exolute quæstioni, præsenti in sermone, debitũ sua ex sententia pensitare elaborat. ❡ Inuestigatio si quidem extitit, si locus per contensum affligens, affectus ascribendus, psentaneum videtur. ❡ Et priusq̃ eam decidat, aliqua ad questionis illustrationem compendiosa perpendit. ❡ (Igitur semper) inquit q; nostra in perscrutatione primũ actionis instrumentũ agnoscendum apparet, si affectus sciẽtia nobis innotescere debet: vt ipsemet Ga-

lenus secundo meth.med.testatur. ¶ Secundo qs noscēdi modus extat, se princeps exponit.i.aut incommodum actionis sede in affecta perpetuationem obtinet, aut commorationem aliquam possidere, verum non perseueraturam exordirur. ¶ Tertio si noxa hac tēpestate in oculis gigni auspicatur, denuo alia prodit exquisitio, videlicet. vtrum causa quæ affectum edidit, ille si quidem affectus membri in infirmi essentia congestus extet, vel ille percurrens, exempli gratia christallina vberrime consumpta, eius essentiam perpetuo confirmare, liquidissime apparet. ¶ Si vero in oculorum pupilla crassi cumulantur succi, essentia oculorum minime cōtristatur: licet sinthomatis causa in oculo reperiatur. ¶ (Sed tum) causam affectus per viam cursus, vaporem ex succo in ventriculo locato, ascendentem esse enarrat. ¶ His p̄uisis questionis veram claudit semitam, & hoc(qui vero) quod sedem solam affectam esse cum eius in essentia in commodum perpetuatur differere, legis latoris vice, qui patriis nominibus propria constituit significata, vti elucet. ¶ (Nam vbi) suum in viscerum passionibus iudicat propositum, cum. n intestinorum aliquod a dolore dissipari fatetur, qua ratione intestinum minime affici iactat, etiam q̄ suc-

co excluſo vitreo, affatim dolores deleant, magna igitur admiratione ducitur Galenus, ſi quis ex aduerſo gloriatur. ¶ (Neq; alia) quod ſuperuacuum in inteſtinorum triſti ſenſatione deiectũ, doloris extitiſſet cauſa: quodam ex cõmuni theoremate, teſtimonium perhibet: (id.n. quo tangente afficimur &c.) quare cum ex vitrei ſucci præſentia, dolor viſcera ſuo cruciabat vigore, & ex eius ad extra repulſione, ipſum exolui, eum doloris effectiuam cauſam eſſe, etiã ꝙ nec permanentia fungeretur, oſtentare oportet: vti de igne, gladioq; teſtatur. ¶ Sed modum quo iniquus ille ſuccus inteſtina, an ex intemperiei, aut ſolute vnitatis; aut halitoſi ſpiritꝰ, vel alterius vitio frangeret, minime rimari impellitur: Sed eũ in viſceribus coniunctum, corrumpere, tãtummodo indicatur.

Ex his hæc procreantur notanda.

¶ Quæcũq; corporis pars lacerata, vel per eſſentiam, aut per conſenſum affectam eſſe teſtificari oportet.

¶ Id n. quo tãgente vexamur, & quo abſoluto, affectus periit, cauſam eſſe apud omnes procerto habetur.

¶ Per eſſentiam affici, cum ad cauſæ priuationem affectus ſiſtit, vt chriſtallino humore areſacto, & per conſenſum, vt in pupilla craſ-

ſus ſuccus impactus determinatur.

IGITVR non ſolum putare oportet, huiuſmodi humorem eſſe cauſam doloris, verum partem quoque in qua continetur, tantiſper eſſe affectam, quoad ob humoris præſentiā dolore cruciatur. Sic ēt affici aliquē dicimus quū aliquid extrinſec⁹ incidit: vel calfaciēs vt ignis: vel refrigerans, vt nix: vel contundens, vt lapis, quo ſeparato protinus finitus fuerit affectus, nemine propter hoc dicente, partē non fuiſſe affectam, quod in ipſa nulla ſit derelicta diſpoſitio. Igitur tāq̄ ſic ſemper vtamur & nomine affectus, & verbo affici, dicendis animum adhibe, quo vtilitatem, tum in præſagio, tum in curationis ratione conſequaris. Quippe nonnū quam a cauſa quapiam oritur affectus, ſed ita oritur, vt ſeparata cauſa, haudquaquam permanentem habeat diſpoſitionem. interdum autem partim iam factus eſt, partim etiā dū fit. Sæpenumero, quāquam fieri deſinit, ablata cauſa, perſeuerans tamen manet diſpoſitio. Veluti in dyſenteria, mordax humor cauſa eſt affe-

ctus, vtpote qui ab initio & absterget, & abradit, deinde tẽporis tractu vlcerat intestinum. Quod si anteaquam vlcus induxerit, egredi desinat: affectus ipse non dum dysenteria dicet̃. Si vero vlcere p̃occupet intestinum, quanuis humor finiatur, non tamen simul finitur affectus. At vero nihil nos molestat in præsentia sermo paulo ante præmissus, quem etiã soreten, id est acerualem, vocant. quippe multa ad vitam haud inutilia, cõmunem ex ipso sortiuntur dubitationẽ, de quibus priores, tum medici, tum philosophi locuti sunt. proinde superuacaneum esset ea nunc percurrere, mihi præsertim, qui ꝓposui hanc ipsam artis particulam ostendere dubiam.

COMMEN. XV.

QVVM anteriori in textu questionem, vt si parti sui in essentia contristatæ, p̃cise affect? cõferendus extitisset, disceptauerit princeps: in præsentiarum eandem percurrere conatur: ¶ Et in exordio non modo succum in sede locatum, sed etiam locum ipsum, dolorem excitare probat: & hoc minime a ratione alienũ,

vt ipse met. septimo met. med. cap. xi. promulgauit: q cum plures iam dies per delata in membrum, aliquid vicii ex malitia eorum con traxit. ¶ (Sic etiam) partem ab extra vt ab igne calefactam, vel a niue refrigeratam, etiã q causa deiecta, nulla in sede dispositio deseratur, affectam intitulari constituit.
¶ (Igitur tanq̃) nomen affectus, ac verbo affici, taliter pro præsagiorum, cum rationisq; profiguo, fungendum esse pcipit. ¶ (Quippe) affectum tres in differentias diffundit, q. dam. n. est, quod cum causa seiungitur, affectus etiam distraitur: vt supra, sedet animo: ¶ (Aliquis. n.) partim molitur, & partim est molitus. Tertius vero ascribitur, q causa eius quãuis dissociatur, ipse tamen commoratur: vt de dysenteria examinat: vbi nec singulare de ea, cum & succum mordacem per viscera multoties decurrẽtẽ, eam gignere, & dysenteria cum ab vlcere corripitur, depopulari sermocinatur: & hoc veriori modo de ipsa sentiendo: vnde in ipsa tres machinantur gradus vt Galenus quarto aphorismorum in com. si (a dysenteria habito &c.) vbi lege. ¶ Et si im proprie de ipsa colloquium habeatur: dysenteria nuncupari potest. quocunq; in tempore varia per sedem deiiciuntur, vt de alieno voto secundo in libro huius voluminis olfecit.

Ex his hæc emanant documenta:

¶ Sedem ab extra quassatam, affectam intitulari committitur.

Affectum triplicem esse p̃dicare oportet:

¶ Mordacem siquidem succum, per viscera decurrentem, viscositatem in eis congenitam, abstergentem, & abradentem, ea vero nihil viscositatis, qua tueantur habentibus, ex acumine materiei sæpius decoriata, vulnerationem adipisci compelluntur.

¶ Dissenteriam vulnus intestinorũ esse asserit.

INTERIM enim quũ domus fit, nondũ est domus, sed tum domus est, quum tota facta est. An vero de quolibet morbo, dum fit, sed nondum factus est, eodem modo dicendum sit, haud ab re quærit. Neq; enim omnium quæ fiunt eadem ratio est, quippe res similares, nullam naturalem figuram requirentes, protinus ab initio eadem constant essentia: dissimilares vero, & quibus varia est forma, essentiam generatione posteriorẽ habere possunt. Neque enim quum domus cõstruitur, simul fiunt fundamenta, parietes, fastigium, tegulæ, ianuæ, fenestræ: ex qui-

bus omnibus quodammodo compositis, atque in vnam formam redactis, domus ipsius essentia cōposita est. Morbus vero & calidus, & frigidus, & humidus, & siccus, protinus ab initio, quum primū corpus, temperaturæ quæ bonæ valitudini debetur, limites excesserit, eandem sibi ipsi naturam habet. Quāuis enim interdum adeo sit exiguus, vt neque a nobis cognosci, neque laborantium sensu percipi possit, nihilominus tamen propriam habere speciem censetur: Haud aliter inflammatio quoque in quacunque animalis parte cōstiteterit, siue maxima, siue minima fuerit, vnus atque idem erit affectus, non specie quidem, sed magnitudine varius. Cæterū quod possint aliquæ affectiones in corpore consistere, adeo exiguæ, vt non appareant, argumēto est gutta longo temporis tractu saxum excauans, de qua recte carmen hoc proditum est, Mollior assiduis saxum cauat ictibus vnda. neque enim vel vnus, vel duo vel tres, vel quatuor, aquæ ictus saxum ferientes, ac ne centesimus quidem, sensibiliter videtur saxum excauare. Neque

etiam fieri potest, vt primo nihil efficiente, alter aliquid faciat, quippe qui habet eandem, quam primus habuit, ad saxum rationem. Ergo si secundus ictus in saxũ quippiam effecerit, ipsum a primo ita mutatum fuisse necesse est, vt non omnino idem, quale ab initio fuerat, permanserit Etenim si ipsum vndequaq; idem permaneat, atq; agens quoq; in ipsum causa nempe aquæ stilla, necesse est, quemadmodum a primo ictu nõ affectum est, ita neq; a secundo. quod si fateare, neq; tertius quoque ipsum afficiet (quippe de omnibus eadem ratio est) haud secus de quarto, & quinto, & reliquis deinceps omnibus, dicendum est. Etenim quoad eodem modo se habẽte saxo, eadẽ quoq; causa accesserit, nihil amplius efficietur. Quod si a millesimo ictu, sensibilis videat in saxo cõcauitas, ad singulos ictus affectus in saxo nũc primum sensibiliter apparentis, millesima pars referenda est. Quum itaq; causæ agunt in corpus species affectus ab initio est eadem tamẽ ob exiguitatem non apparet. At vero huiusmodi affectus qui adeo sunt exigui, se

paratis causis facientibus, illico finiuntur, natura videlicet ipsos sanante. Quippe illi duntaxat externo egent auxilio, quos ob magnitudinem natura vincere non potest.

COMMEN. XVI.

QVODAM hodierna in litera ambiguum scilicet: si vti de domo fertur, quod minime domus perhibetur, nisi tota molita fuerit, pari passu de morbo sentiendum monet: hoc.n. in primis subministrat. ¶ (Neq; enim) quæsitũ terminare dirigit; quod nõ sicut de domo, ita de affectu iactandum videtur, & hoc non simpliciter indicare pergit. ¶ Et ex similium dissimiliumq; partium ratione, nam in consimilibus, in quibus morbus machinatur, nullam naturalem exigentibus figuram, ab exordio vsq; ad postremum, vnica in essentia consentiunt: Sed partibus in abhorentibus, in quib⁹ diuersa inest forma, essentia posterior in generatione instituitur. quemadmodum in domo, nam prius fundamenta situantur, postremo vero forma domus perficitur: sed quicũq; simetriæ rationem transcendit, vel perturbationis calidæ, vel frigidæ, vel alterius vitio, a

primordio cunctæ siquidem passiones eadẽ natura, essentiaq; lineãtur, etiam ꝙ exiguæ adeo extent: vt cubans haud lacerari glorietur: semper consimilem speciem, sed non molem claudere clucet: & pariforma de apostematibus, vel eximiis, aut aliter annuendum. ¶ (Cæterum quoq;) ꝙ non modo affectus summi, immo exigui, ab initio vnicam custodiant speciem, testimonium reddit, vt de lapidis perforatione, aquæ æternum ob defluxum coniecturare erudit: vnde tali ex filo gemina Galenus induere videtur, ꝙ si ex ictibus centum lapis non perforetur, minime etiam ex quatuor. ¶ Secũdo ꝙ si prima lapidẽ haud percutit, nec etiam subsequens: & si consocia primæ aliquid assoluerit, necessario prima lapidis qualitas concitata extitit: & si secundæ antecedentem lapis exterminaret, pari via & secundam, & ita de cæteris: Et quemadmodum de lapidis vulneratione, consimiliter de morbo prædicare impellitur: nam vel sit in errabilis, aut iocundus, vt minime liqueat, ab initio perpetuo eadem gaudet natura: cuius aduersum in domo, certum habetur. ¶ (At vero huiusmodi) qui affectus subsidia exposcunt, muniit:

¶ Ex his hæc denudantur notanda.

Morbus affatim qui in lucem datur, taliter inti-

tulandus apparet.

¶ A deo lenes in corpore reperiri turbationes, vt lenitatis causa, esse insensibiles princeps testetur.

¶ Natura suffragari nec excipit, nisi cum morbum sub imperio habere nequiuerit.

IGITVR eadem quoque ratione, quum primum mordax humor, aliquod intestinorum eroserit, quanuis id quod factum est nondum videatur, nihilominus dispositio ipsa sub dysenteriæ specie comprehenditur. Sed vt natura, parua quædam vlcera, quæ nonnunquam eueniũt, ita & intestinorum abrasiones, nullo adhibito medicamento, sanare potest. Hac ergo ratione, falsum omnino est quod a quibusdam dicitur: Nullũ per huiusmodi symptomata, in corpore relinqui affectum. Quod si verum esset, tamen intestina tum fuisse affecta haudquaq̃ negandũ est, quum ab acredine excrementorũ ipsa rodentium dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc igitur ad omnia quæ posthac dicturi sumus, veluti elementum quoddã, obseruare debetis. sitq; hoc ini-

tium viæ, qua inueniri debent sedes affectæ: Nullam actionem lædi, nisi pars quæ ipsam facit afficiatur. Si enim quum vel dolor, vel tumor aliquis eam infestat, omnino affici dicitur: multo magis eam affici, læsa actione, fatendum est. Igitur iam supradictum est, quod ab excrementorũ natura, affectæ sedis coniecturam facere possumus. Id vero bifariam fieri constat, vel ab excretæ essentiæ ꝓprietate, vel ab his quæ in ipsa parte continentur. Similiter diximus ab innatis interdum rebus, de locis affectis coniecturam sumi posse: idem ab accidentium quoque genere, q̄ quidem non mediocrem habent inter se differentiã, sed hãc postea explicabim⁹.

v ut vivum irritabile sensile vide hallers vide Stahl. v ut mixtum textum, compositum vide 28ª huj:

COMMEN: XVII.

PRO eximiori supra percuntatorum enitentia nonnulla concipit. ¶ (Igitur) ꝙ dispositio licet ita mediocris extet, vt sensum deneget; vti succus mordax, cum aliquod viscerum consauciauerit, quãuis id quod genitum est, oculos effugiat, tamen sub dysenteriæ essentia constitui debet. ¶ (Sed vt) ꝙ naturam vt quasdam exiguas percussiones occurrentes

absq; alterius medicamenti auxilio, ita intesti norum abrasiones integrare scribit. Et ex his quorundam falsitatem, annuentium paruis in accidentibus nullum in corpore deseri affectũ deducit: nam si hoc verificaret, q̃ post causæ exclusionem, locus haud conquassatus destituitur, saltem in dysenteria minime negãdũ, q̃ tunc non afficiebantur, tempore quo dolor dilacerabat. ¶ (Hoc igitur) fundamentũ partem in labefactam diiudicando subministrat, scilicet, q̃ nulla siquidem actio laceretur, nisi sedes affectiua perturbatur: attestatur hoc Galenus si tristi ex aliqua sensatione, aut tumore aliquis affici profitetur, quantomagis de actione lesa p̄dicandum, cum morbus doctrina ex galenica exponatur, qui est, quo immediate leditur actio. ¶ (Igitur iam) quæ superius intimauit, ad præsens repetit animo vt lege &c.

Ex his hæc afferuntur notata.

¶ Viscerum abrasiones, iocundasq; dispositiones, solius naturæ p̄sidio sanari nũciat.

¶ Lumen sedes erudiendi affectas, actio læsa refertur.

NVNC vero rursus ad principium sermone reducto, in singulis partibus tẽtemus inuenire notas, affectus earum indicantes

dicantes, tum eos qui in ipsarum essentia consistunt, tum illos, qui ipsis veluti instrumentis accidunt. Rursus separem⁹ & discernamus a factis iam affectibus, eos qui etiamdum fiunt, & qui nondum pertinaciter inhærent. item causas quæ in affecta parte continentur, ab iis quæ ea tanquam via duntaxat vtuntur. Quod vero ex iis alii componantur modi, satis constat. Præterea distinguere oportet eos, qui per consensum accidunt, a propriis. nam magis proprium fuerit idiopathian, id est proprium affectum, quam (vt medici solent) protopathian, id est primarium affectum, nominare, veluti ex aduerso diuiso affectu per consensum a proprio. Ergo q proprie vocabulis vti voluerit, primogenio quidem affectui, secũdarium, aut posteriorem opponet· ei vero qui per cõsensum infestat, proprium. Quanquam sæpenumero contingere potest, vt aliquis simul & per consensum, & propria affectione laboret, quum in affecta particula permanens sit dispositio. Neque enim primario, sed secundario & proprie, ipsam tũ affici dicimus. Id vero haud obscu

re in partibus externis videri poteſt, quemadmodum in corpore pleno, oborto ingenti pano ab vlcere, quum inductum fuerit vlcus cicatrice, permanet etiam dũ panus, vel in ſuppuratam inflãmationem tranſiens, vel durum tumorẽ quem chœrada, id eſt ſtrumam, appellant. At nemo primarios dixerit huiuſmodi morbos, q̃ ob alium præcedentem euenerunt: quippe per conſenſum facti ad huiuſmodi p mutantur idiopathian, perinde ac ſi protinus ab initio protopathia, id eſt primaria affectio, ipſis accidiſſet.

COMMEN. XVIII.

GEMINA vt exquirenda, necnon & vſumq; abhorrentiamq; nominum quorundam, præſenti in textu princeps ſcribere aggreditur: & ſuæ indagationis in initio, quatuor purganda profitetur. ¶ Et inditia cuiuſcunq; partis affectum detergentia: ¶ Secundo qui in innata eſſentia, & qui in ſede vti in inſtrumento compaginantur. ¶ Tertio abſolutos, a non abſolutis dirimere pollicetur. ¶ Quarto ſuccos in eſſentia cõnexos, ab eis qui in parte, tanq̃ in via copulantur, qui licet: concita-

biles extent, tamen sedem afficere videntur: de his igitur certamen habere denunciat.

¶ (Præterea) de affectu non vniformiter sermocinari testatur, cum & proprius, & per consensum, primarius, & secundarius, per proprietatem & per colligantiam simul. ¶ Proprius qui in congenita locatur essentia, & per consensum aduersum, vnde huiuscemodi sedes per communitatem dilacerata, nec primario, sed secundario affectu cruciari fertur, quod euidentius in rebus externis, vt in corpore repleto, oborto ingenti pano, seu clarius apostemate ab vlcere, examinare elucet.

Ex his hoc decerpo memorabile

¶ Affectus in complures vt primarium, secundarium, proprium, per consensum, & aliquem vtraque via, scilicet per essentiam, & colligantiam dilui, Galenus orsus est.

Cæterum in præsentia non inutile fuerit, meminisse eorum quæ in libro de medicis nominibus diximus, vbi de significatis est sermo, quæ pessime a recentioribus tum medicis, tum philosophis confundunt. Vt enim affectio & actio diuersæ sunt voces, ita diuersus quoque est earũ vsus. Quippe id agere dicitur, quod ex seipso mo-

tum obtinet: Affici vero, quod motum habet ab alio. Quum itaq; duo sint motus genera, alterationis, & lationis: vbi ad pmanentem dispositionem alteratio peruenerit, sitq; dispositio scilicet præter naturam, morbus appellatur, quãuis p abusionem interdum, eandem dispositionẽ nonnulli affectum nominent, qui si more Græcorum patrio nomine vterentur, partes ipsas potius affici dicerent, quum motum sustinent præter naturam: quum vero dispositiones habent præter naturã si proprie quis loquať, ægrotare eas potius, quam affici dicet: quod si ab vsu recesserit non solũ ægrotare, sed affici quoque dicere poterit. Equidem, quod semper dicere consueui, nunc quoque dicã, quod in ea doctrina, qua de arte quapiã agitur, satis est, si quis vocabulum atque significatum eius pro doctoris voluntate proferens, procedat deinceps ad rerũ enarrationem. Admonui autem nunc significatorum, eo quod nonnulli, nõ solum patriorum vocabulorum significata peruertunt, verum etiam eos qui recte ipsis vti tentant, calumnia prosequũtur,

de quorũ numero ſunt hi quoque, qui dicunt, interdum læſa actione, partem ipſam non lædi, eo quod nondum permanentem habet diſpoſitionem: veluti vbi propter humores in ventriculo contentos, caput dolet. Quod ſi commutata ratione, ſi de nominibus certare deſieris, magis proprie interpretando dices, affici quidem caput quando ventriculo cõſentit: ægrotare vero quum proprio affectu laborat. Similiter ventriculum affici quidem, quum a vitioſis moleſtatur humoribus, ægrotare vero aut per propriã intemperiem, aut quum inflammatione, vel vlcus, vel abſceſſum habet præter naturam. Quod ſi omnino accuratiori ſcrutinio volueris huiuſmodi quæſtiones enodare: interdum ſimul atq; alimenta fuerint corrupta, coctionis quoque actionẽ lædi dices. interdum hanc quidem non lædi, illa vero eſſe vitiata.

COMMEN: XIX:

INTENTIONI de vſu, alietateq; nominũ præaſſumpta in litera, finem imponere curat: vbi vocum diſſonantiam, vſum etiam ab-

ſurdum conſequi differit: Et in actione, affe ctioneq; tanq̃ in nominibus magis in medicina promulgatis arguit: & cũ hoc quid agere, quidue affici portendant: ſermonem habet.
¶ (Cum itaq;) plæraq; ſoluit, & bina motus genera, vt alterationis, & lationis: & ſi alteratio in diſpoſitionem fixam; ſtabilemq; commutatur, ita ꝙ naturæ limites excedet, diſparibus nominibus vſurpari poteſt, ſcilicet morbus cum de eius eſſentia partem in præternaturam exterminare extat: alii abuſiue affectũ, nonnulli more patrio. i. antiquo græcorum, partes ipſas magis affici nuncuparent, cum ꝑter naturam diſpoſitiones ſortiuntur. Sed qui veritatem ſectatur, ſedem infirmã, vel ægrotam potius, quam affectam ſaluti reſtituere videtur: verũ improprie ſecus perſuaſum eſt.
¶ (Equidem) vicem qua in cuiuſcunq; doctrinæ exordio fungi conſueuit, videlicet: nomẽ libri, eiuſq; ſignificatum enunciare exponit.
¶ (Admonui) ſuum conſtituit decretum, ꝙ hoc in libro nominũ ſignificata poſuit. ¶ Et aliqui non ſolum maiorum ætate nominum indicata, immo & decenter eis vtentium ruere nitebantur. ¶ Et horum in ſocietate qui actionẽ lædi nõ ſede cõturbata exclamabãt, connumerari denundat. ¶ Sed hi. n. caput quaſſatum, ſuccos ob in ventriculo annexos

minime lædi, sed actionem tantum, cum dispositionem fidam haud obtineat, testimonium reddunt. ¶ Et a commutata proportione si de nominibus assentari expetieris, comparabilius trāsducendo, caput per ventriculi incommodum dissipatum; affici: ei innatum, vt intēperiæ, aut apostemate, vel vlcere ægrotare, & ventriculum iniquis a succis cruciatum affici, iactare oportet. ¶ (Quod si) subinfert ꝙ si interne has inuestigationes diuellere exquiris, escas corruptas, quandoq; ex ventriculi actione conturbata, & aliquando, & malitia earum ad corruptionem nimis consentanearum, germinari conspeximus, vt in subsequentibus certum habetur.

Ex his hæc in lucem prodeunt notata:

¶ Dispositionem pter naturam ratam, minime vnico notari nomine, vt morbū peculiariter, affectum abusiue expedit:

¶ Qui librum vt rei disciplinā cuiusq; denudet, constituere exquirit, primo eius nomen, secūdo illius nominis significata describat, postremo quod tractandum est asserere, pcipitur.

QVIPPE corruptionis ciborum tres primæ, ac veluti generalissimæ sunt differētiæ. Vna quidem fit per proprios ventri-

culi morbos. Altera a vitiosis humoribus in ipso accumulatis. Tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hæc igitur quũ suapte natura vel vaporosa, vel acida, aut fœtori, aut putredini, aut omnino corruptioni fuerint obnoxia, aut ex præparationis modo, ad huiusmodi dispositionem aliquam deducta, certum est ea in ventriculo corrumpi, atque hoc modo cruditatem fortasse fieri dixeris. Sed oritur protinus discordia, nunquid afficiatur tum ob hæc concoquendi facultas, quippe nonnulli per huiusmodi cruditates eam haudquaquam affici contẽdunt: alii vero e contrario. Atq; inuenitur tertia quoq; secta, eorum qui huiusmodi alimenta incrudari negant, quãuis ea haudquaquam concocta esse fateantur, tanquam non sit idem, per negationem aliquid enunciare, aut per priuatoriam vocatam a dialecticis dictionem. Idem intellexisse Erasistratum puto, quũ acinos, & sesama, & reliqua omnia quæ omnino incorrupta, & immutata deiiciũtur, nullam dixit indicare in animalibus factam esse cruditatem, sed hoc ipsum

duntaxat, quod non essent concocta.

COMMEN. XX

QVAESTIONEM ex supioris cardine literæ concitatam, hac si quidem tempestate eam percontari apparet: ¶ (Quippe) tres cõrupti alimenti, esse generalissimas differentias, præcipue confert: videlicet ex crimine in ventriculi essentia ingenito: ¶ Alia vero ex succi affluentia in eo colligata: ¶ Tertia igitur ex escæ qualitate, vel fumosæ, aut acetosæ, aut alterius vt artificis noxa ad deprauationem inflammantis, quare edulia in ventriculo deteriora reddita (fortasse) tali via cruditatem esse gloriabitur: princeps, fortasse, appendit, quum assertiue minime loquatur. ¶ (Sed oritur) quæsitum de aliorum indicio apponitur, si alimentum deprauatum, ventriculo delictum impartiendum: ¶ Vbi varii prælia ntur, alii eius actionem esse in violatam, nonnulli laniatam, postremi vero, vt ẽt Erasistratus associatur, tales escas nec in crudari fatentur. quanuis coctionem haud sorciantur, tamquam non sit idem per negationem, vel priuationem aliquid promulgare: sed non esse concocta, vt de nucleis, sesamaq; & cæteris, quum in corrupta, in alterataq; re

pellantur: nullam in animantibus cruditatem congestam, Erasistratus testatur, sed solum, quoniam concoctionem lucrari non valuerũt: & hoc non quia ventriculus, sed alimenta ipsa denegare videntur: cũ immutabilia extent
Ex his vnum defluit memorabile.

¶ Escarum deprauationem, aut ventriculi, vel succi, aut nutrimenti maleficio impendere, persuasum habetur.

IGITVR vt in his quidem ea quæ propria sunt non negligere, ita ea quæ ad affectæ sedis notitiam conferunt, accurate considerare oportet. Hinc enim & id quod futurum est præsagire, & affectum iam factum decenter curare poterimus, itaque sine contentiosis nominibus, ex rebus ipsis vtilitatem consequi licet hoc modo. Esto vt quispiam mane exurgens dicat, fumosum se ructum emittere, aut aliquid huiusmodi, vt ab ouis frictis, aut alia quapiam re fœtente & putri. Ille itaq; qui fumosum ructum percepit, fateatur se a cœna placentam nidore plenam comedisse, quales sunt quæ ex oleo & itriis & aliis huiusmodi præparantur. Alter

vero cõfiteatur fricta oua ingessisse, atq; nunc illorum nidorem eructare, deinde alius complures radiculas comederit, vt fœtens putrisq; exeat ab eo ructus. Igitur cibos in iis non bene fuisse concoctos nemo negat, quanuis ex hac re ventriculus haudquaq̃ fuerit affectus, neque etiã quod ad ipsius rationem pertinet, circa actionem errauerit, haud aliter quã vbi quis integros acinos per aluum deiecerit. Si enim humani ventriculi officium esset acinos trãsmutare, accusaremus ob hoc ventriculi corpus, ipsumq; vitiatum esse putaremus. Quum vero id sui muneris non sit, sed acinorum essentiæ accidat, vt cum cõcoqui nequeant, haud ab re dicemus, hos quidem non esse cõconctos, ventriculi vero corpus naturaliter sese habere. Quippe hoc & nosse, & definire ad medicum haud inutiliter p̱tinet. Sed quærere an dicendũ sit actionem ipsius per huiuscemodi excrementa fuisse læsam, an contra, ad medicæ artis opera superuacaneum est.

COMMEN. XXI.

INVESTIGABILE paolo ante suscitatũ & prorsus nõ purgatum, in psentia absoluit. Agnitionis sedis affectæ fructum prius suggerens, vt elucet. ¶ (Esto vt quispiam) exquisiti lumen tria per testimonia detergere elaborat (vti eius extant partes) cum eos qui disciplina potiri enituntur, circa exempla assidue versari oportet: quoniam vniuersales methodi certissimam ad cognitionem haud conceptãtur, vt ipsemet. ix. meth. med. ostendit: ¶ Vnus quidem placentam cum oleo & melle transglutierat, & fumosum, corruptũq; per os sumministrabat odorem. ¶ Alter vero oua fricta. ¶ Alius quasdam radices. ¶ His ergo buccinatis dubitatum recogitat: si supra dictarum escarum de prauatione vigente, eis aut ventriculo crimen erogandum: Et debitũ pensitat, videlicet: ventriculũ sospitem esse, & nec aliquo improbari oportet: cum id ex eduliorum ad cõcoctionem ineptorum causa, & minime ventriculi prodire comperiemus.

Ex his hæc ediscantur prodita.

¶ Sedis affectæ eruditionem exquirere oportet, qua vẽdicata, quod occursurum erit psagire, & morbo iam decenter germinato insistere

poterimus.

¶ Alimenta ex eorum vitiata qualitate, concoctionem prorsus reluctantia, minime ventriculum obiurgare, persuasum habetur.

AGE rursus vt quispiam fumosum ructũ emictat, nimirum huic igneum quendã calorem in ventriculo esse dicemus. Ac deinde rursus distinguendo inuestigabimus, vtrũ ab intemperie corporis ipsius ventriculi, hoc eueniat, aut a flaua bile, eaq; vel in ipsius spatio contenta, aut in tunicas ita, vt vix abstergi possit, demissa. At ne hic quidem consistemus. Nam quærere oportet, an iecinore male suo officio fungente huiusmodi humor accumuletur, an is ex vniuerso defluat corpore: an etiã ipsomet gignatur ventriculo. Hæc sunt cognitu perquam necessaria, sed quæ viro indigent exercitatæ considerationis, qui res ipsas potius quam nomina quibus explicantur, scire studuerit. vt enim corruptionis proprietas, efficientem causam aperte indicat: ita difficile est ipsius generationem, præfinita ostensione manifeste inuenire,

Igitur si in ventriculo cibi non suapte natura in fumum transmutantur, efficientem causam calidam: si vero saporem acidum referunt, eam frigidam esse necesse est. Sed non protinus constat, vtrũ intéperies aliqua, an vitiosus quispiam humor, ventriculi corpus infestet. Proinde distinguédum est, quippe dare oportet, cibos qui suapte natura modo corruptionis, quam maxime aduersentur, vt panem aut chondrum (si contingerit) illis qui in fumum transmutare cibum cõsueuerunt, mel autem his qui acidum a cibo saporem percipiunt. Deinde considerare excrementa, tum ea quæ vomuntur, tum quæ per aluum deiiciuntur, nũ humor aliquis, cum illis quidem biliosus & calidus, cum his vero pituitosus ac frigidus, simul excernatur. An nullo vacuato humore, ipsa exiguam quandam mutationem habeãt. Quippe vbi igneo calore ventriculus infestatur, panem aut chondrum sine humore deiici videbis, nequam exigua in ipsis facta transmutatione. Quod si humor quoq; deiiciatur, qui cibum corrumpere possit, videntur

cibi in hujusmodi humore submersi, & ab ipsius actione manifestius alterati. Id quod a vomitione clarius discernitur, si laborãs suapte natura facile vomere possit. Nam cogere eum qui vomere nõ potest absurdum est. Atq; hæc ita deprehenduntur, si in spatio vẽtriculi noxius humor cõtineatur. Si vero in tunicas ipsius transmittitur, vt ad calidum nausea & sitis vehemens consequitur, ita a frigido ciborum cupiditas excitari solet. Verum cõsiderare oportet, vtrum illæsum sit hepar, an affectu quopiam laboret, & qualis sit ipsius affectus, vtrum calidus, an frigidus. Haud secus de splene quoq;: quippe ex horum omnium consideratione, simul cũ quotidiana ciborum potionũq; experientia, exquisita poterit quis inuenire, nõ solum locum affectum, sed etiam ipsius dispositionem.

COMMEN. XXII.

POST quam eduliorum in ventriculo depravationem, eorumq; errata munit Galenus: subsequenter residuas asserere non alienum

videtur. ¶ (Age rursus) ventriculi in tempe riem ex ruptu fumoso comperiri hortatur: cũ hic igneum calorem in ventriculo concertum esse decernit, cuius argumentum ex narratis a Galeno. viii. metho. med. demi potest, q fumus ex materiis semi vstis expiret, vt in lignis liquet. ¶ (Ac deinde) demũ hac parata agnitione: gemina contendenda implorat, videlicet vtrum intensus calor in ventriculo colliga tus, ex eius essentia, aut bili ex flaua eius in re gione, aut tunicis insita, prodeat: ¶ Extremum vero, si ex bili ipsa concitatur, adhuc si ex iecore suo deprauatur fungente munere, aut vniuerso ex corpore, aut in ipsomet ventriculo congesto, serpit, rimari oportet: hæc .n. contemplari summe expedit. ¶ (Sed quæ) cui .n. ista diiudicandi falcultas largitur, enarrat: ¶ (Igitur si) suum singularizat propositum, vt si escæ: nec ex eorum proprietate in ventriculo coniunctæ, irructatum fumosum reiiciuntur, causam effectricem esse calidam; si vero acetosum, esse frigidam statuit: cuius ratio taliter figuratur, frigiditas .n. cum extre mum gradum lucretur, concoctionem rescindit: cum medium, deserit: si imbecillem eam deprauat, & acetositatem molitur: quoniam si idoneo in tempore propter frigidi plurimũ, ventriculus escarũ concoctioni finem minime

imposuerit:

imposuerit: immo in eo commoratur, non repulsus, in acetositatem reiicitur: cum calor innatus qui prius congruo tempore in eo salubriter colligebatur: iam destitutus, acetositatem vendicat. ¶ Verum haud perpetuo acetositas ex frigido gignitur, quoniam quandoque caliditas ebullitionem in alimentis subministrans, eius naturale calidum diluens, ea in acetositatem festinat. ¶ (Proinde distinguendum) his Galenus haud exatiatus, per eiecta inter noscere instruit. Ex quibus & pura ventriculi intemperies, & non pura, calida, & frigida innotescere possunt. Et hoc pluribꝰ regionibus, nam vetriculo causa a calida correpto, panem, aut chōdrum pro cibo erogandum:
¶ A frigida vero mel: tunc per sedem inferiorem depulsa, conspice: Si.n: succo a quocunque seiuncta apparent: ventriculum nuda ab intēperie deliratum esse, fides adhibeatur: Si autē aduersum, sic decernere oportet: ¶ Id quod) secundo per vomitionem efficacius dignoscere irritat, & hoc binis conspirantibus, vt vitiosus succus in eius cōcauitate contextus extat: Et ꝙ laborans ad vomitum sit habilis: cum nefandum sit, eum ad vomitum instigare, cui vomendi oportunitatem sub imperio habere non suppetit: si enim ad vomitum congruus extat, tunc & per eum deiecta, vti per sedem

infernam meditari consentaneum apparet:
¶ (Si vero) tertio si succus in ventriculi tunicis compaginatur, indicia præbet, nam abominatio, vomendiq; consilium vi decurrunt, & hoc quantum ad loci succi residentiam: Sed quantum ad eius qualitatem alia refert argumenta: Si enim conglobatus succus, calidus in titulatur, sitis vehemens, si quidem frigidus, alimentorum cupiditas adhibetur: Sed quæ harum disponantur causæ, librum de sinthomatum causis lege; quoniam sicut succi ignei vt nitrosi, aut biliosi flaui ventriculum mordentes, in potu impræcatum instigant, cum per eos ventriculus calefit, tabefitq;: pari via frigidi succi eum pungentes ad escarum cupiditatē inflammant, quemadmodum vasorum attractio. ¶ (Verum considerare) Alia perscrutanda denunciat, puta si iecur afficitur, & quo affectu: vnde ex his cunctis cum iecoris affectu, quotidianoq; victu, nō modo partem conturbatam, immo conturbationē ipsam comperire poteris.

Ex his hæc percipiuntur mandata.

¶ Vti ventriculus nec ex alimentorum essentia fumosum solicitans ructū, caloris excessum in eo imperare, ita acetosum aduersum aperire refertur.

¶ Eum ad vomitum compellere, qui relucta-

tur in congruum habetur.

¶ Abominatio, vomendiq; ratio, succum in ventriculi tunicis connexum esse, testimonium reddit.

¶ Superuacua per vtramq; regionem scilicet infernam vel supernam deiecta: ventriculi intẽperiem in succosam a succosa diiudicare videntur.

¶ Vti succus igneus in vẽtriculo colligatus, summam sitim, pariter frigidus eduliorum auiditatem concitare testatur.

¶ Acetositatem gemina ex intemperie scilicet: calida, frigidaq; emanari posse, scribit.

HAEC autem notitia eo est vtilior, quo facilius curationis proprietas per ipsam figurat̃. Etenim calida dispositio, vbicũque fuerit, semper refrigeranda est. Sed quousq;, aut quomodo, aut qua materia refrigerare conueniat, locus affectus cõmonstrat. Igitur si idipsum quod molestat, nihil aliud fuerit quam intemperatura, calidam refrigerando, & frigidam calfaciendo, illico iuueris hominem. Neq; nudam duntaxat opinionem verum etiã scientiam, & quidem haud obscuram, susceptæ habebis coniecturæ, idq; multo

magis, si vtrinq; ipsam examinaueris, refrigerantibus tum medicamentis, tum victus ratione, videndo hominem sanari, a calorificis vero lædi. Quod si humor quispiam in ipsis ventriculi tunicis contineatur, nausea quidem vexabit, sed inanis, & sine vomitu, & quæ irritat duntaxat, nullum humorem euacuans, quẽadmodum fieri solet, vbi secundum internam spatii latitudinem, in ventriculo humor continetur. Cæturum ructus ab aliis acidi, ab aliis fumosi emituntur. Auxiliatur autem illis quidem medicamentum ex tribus piperis generibus institutum, aut aliud, quod hmõi habeat facultatẽ, ex aqua vel vino epotum. His vero, tum absynthium tum hiera ex aloe facta, quã nonnulli picram quoque appellant. Igitur si per primam protinus experientiam a familiaribus medicamẽtis, in vtroq; humore manifestum videatur auxilium, simul habebis & notitiam artificiosam, & modum curationis, si enim ipsis vti perseueraueris, homo sanitati restituetur. Quod si a solitis auxiliari medicamentis vtranq; dispositionem noxa consequa-

tur, deceptum te circa notionem inuenies. Quippe certissima omnium huiusmodi dispositionum notitia, ab his deprehenditur, qui intelligunt, quibus quælibet præsidiis, ad bonam valetudinem reduci possit. Sic equidem quosdã colicos vocatos sanaui, dato in potu medicamento ex aloe: quippe conniciens, mordacem humorem ad affecti intestini tunicas defluxisse, dato medicamento, speraui omnino huismodi dispositionẽ fore quietiorem. quod vbi contigit, intelligens recta me ductum coniectura, rursus plus ipsius exhibui.

COMMEN. XXIII.

DIFFERENTIIS escarũ ad deteriorem reiiectarum a principe inquisitis: in præsentia methodũ, præsidiaq; insudandi reserrare relinquitur. ¶ (Etenim) binas mulcet ambiguitates, Et quod quocunq; in loco calida conciliatur discrasia, cum refrigerantibus purganda: ¶ Secunda mensuram, modum, auxiliorumq; refrigerantium qualitatem, quid statuit, pars morbida fatetur: quoniam sedis affectæ denudatio, horum consilium mirifice

nobis afferre poterit vti diffusius septimo metho. med. in tractatus cardine peruulgat, in quo versutæ loci dispositioni inuigilandi a quatuor ingenium indicari scribit: ⁋ (Igitur si) iniustam ventriculi dispositionem a succo associatam, & non associatam triplici via demorare imponit: ⁋ Et curatiua cum vnum quodq; per aduersum deturbari promulgatur. ⁋ Secunda artificiosa quidem agnitione, quæ ex subuenientibus, impugnantibusq; decerpitur, vt si cubantem suffragiis a refrigerantiis, necnon victus ratione cõmodum, a calidis vero auersionem consequi conspexeris: Eo tempore dispositionem igneam, & non frigidam, ac frigidis alienandam esse certum habebis. ⁋ (Quod si) succum in ventriculi tunicis ab eo qui in concauitate compaginatur, vnica coniectura, vt ex nauseæ cum affectu instigatione, impropatulo afferre hortatur: quoniam natura prima in operatione infructuose, cum alia vero fructuose certetur: & hoc ex loci delicto, cum intunicis contexta dure extet distractionis. ⁋ (Cæterum) Tertio via sensitiua, vt ex sapore, quoniam si succi in ventriculo locati, calidi naturam sapiunt, fumosas, si frigidi acetosas eructactiones vulgantur: His prænunciatis præsidia geminis in dispositionibus consentanea explorat: vt in

accida diatriapireon cum aqua, aut vino epotum: infumosa vero absynthium & hieram picram: Et si horum ex inhibitione succursus consequitur: tunc artificiosam cognitionem comperisse per suasum habebis. Si vero aduersum prodit; tunc te circa cognitionem ludificatum esse, pro constanti tenendum.

¶ (Quippe) quis enim dispositionum efficacissimam scientiam parere potest, ac qualiter cum medicamento ex aloe acolica labefactum curauit, exponit: &c.

Ex his hæc tradita seruentur.

¶ Calidam passionem perpetuam exposcere refrigerationem prædicatur.

¶ Metam, modum, alterationisq; materiam partem affectam fabricare apparet.

¶ Absynthium & hieram picram igneam ventriculi afflictionem, abolere probatur.

¶ Succum in ventriculi villis colligatum; nauseam inanem, in spatio vero affectuosam, parere testatur.

¶ Rationem a salutiferis, inimicantibusq; percontatam, curationis rectitudinem suppeditare Galenus autumat.

SED quid me ad hanc coniecturam promouerit, operæpretium fuerit enarrare.

Vidi hominem a calidis tum cibis tũ medicamentis, atq; ab omni calorifica victus ratione irritari, rursus iuuari ab alimentis boni succi & temperatis nominatis, in super inediam ei noxam inferre. Doloris vero speciem pecrontanti mihi, mordacem esse, respondit, qua de re multo magis sperans, ad veram me peruenisse notitiam, ausus sum amarum ei medicamentum exhibere. Postremo conspiciens hominem mirifice adiutum, quæ fuerit dispositio, efficaciter me deprehẽdisse putaui. Fuit alter quem cibi concoctu faciles irritabant, hic de præcedentibus interrogatus, respondit, se in hanc deductum dispositionem, sumpto purgante medicamento. Rursus interrogãs, quid ipsum ad sumendum medicamentum promouisset, intellexi mordaces, edacesq; dolores, multo tempore ventriculum infestantes, fuisse in causa, coniectans itaq; vitiatum fuisse a purgante medicamento intestinum, ac dispositum ad fluxiones, vt facile reciperet ex hepate redundantes humores, qui deinde corrumperentur, cibũ exhibui haud ita facile corruptibilem, &

astringentem vnde, & mordaces dolores mitigati sunt, & nihil postea excreuit, quum antea protinus, vt mordacitatem sentiebat, corrupta quædam & liquida, & fœtentia excernere cogeretur. Quumque multo post mordicationem tempore ea deiiceret, ad superiora intestina dispositionem ipsam pertinere conieci. Ita in alio quoque, vbi celeriter a mordicatione sequebatur excretio, dispositionem ad inferiora retuli intestina. Hunc igitur iniecto clystere, illum vero dictis iam cibis exhibitis, sanaui: quippe certo sciebã quod proximæ ventriculo partes, exhibitis superne, tum cibis, tũ potibus: quæ vero non ita multum a sede distant, inferne iniectis medicamentis, prõptius adiuuarentur.

COMMEN: XXIIII.

IN litera quam præmanibus habemus, de variis orationem habere instat. ℂ (Sed quid) quæ in anterioris textus fragmento prædicabat: modo magis detergit, vnde bifariam arguit, in primis ꝙ cum mortalem a colica dilaceratum, mordacem esse doloris speciem com

ſtentem, & a calorificis ſuffragiis, eſciſq; ſti mulari, a moderatis vero, nec non, amari me dicamenti epotione mitigari, ab inedia cõ triſtari, ſtatim paſsionem, cauſamq; paſsio nis, ideſt colicam eſſe mordaci a ſucco con genitam, ad viſcerum tunicas decurſo, agno uiſſe iactauit. ¶ Alter enunciatur, qui cum alimenta facile concoctionis deuorabat, affa tim dolorem mordacem in inteſtinis ſe ſenti re annuebat: Et quoniam pro talis mollitio ne doloris quodam transglutierat medica men, a quo inteſtinum violatum promptitudi nem ad fluxibilitates, ita vt ſuccos in iecore redundantes abſq; labore locari facultatem haberet, lucratum fuit: qui cum in eo depra uarentur, dolores mordaces germinabant: Quare cauſa rimata, puta imbecillitatem ip ſius viſceris a pharmaco illatam eſſe: princeps auxilium coarctatiuum conceſsit, & ſuum ab ſoluit propoſitum. ¶ (Quum) bina ſcrute tur, & quæ viſcera ſi ſuperna, vel inferna af ficiuntur, ſingulari nota, ſcilicet ex temporis mora ad ſuperuacui profulgationem, poſt ſenſitiuam mordicationem decernit, nam ſi prolixa fuerit, ſuperna, ſi vero breuis, inferna lacerata eſſe gloriandum: Et methodum ope randi, quoniam ſi ſuperiora, per ebibita, ſi in feriora, per inferiorem ſedem præſidia iudi

care commictit, quemadmodum decimo tertio methodo medendi cap. xi. eleganter, rationabiliterq; exposuit:

Ex his hæc eripiuntur præcepta.

¶ Medicus qui passionis, probæq; curationis scientiam vendicare imprecatur: a suffragantibus, refragãtibusq; rationes colligere debet.

¶ Intestina interdum pharmaci errato, destituuntur, vt succos in iecinore ex vndantes, habiliter recipere videntur.

¶ Supernas si quidẽ aduersatas partes, epotis, infernas vero, per inferius iniecta, magis consolari refertur.

ATQVE si alter quispiam intestinorum affectus est, distinguere oportet. Sunt enim notæ quædam affectibus propriæ, quædam vero ad partes affectas pertinẽt, vt concoctio vitiata, ventriculi est accidens: at ciborum ad fumosum, vel acidũ, ructum conuersio, ad causas & affectus ipsos referenda est. Sic autem de intestinis & tempus exitus, & excrementorum species, atque accidẽtium differentia, cũ iis quæ præcesserunt, simul & affectum ipsum & partem in qua consistit, ostendere possunt. Ergo age vt p ventrẽ excre

menta quædam deiiciantur, aliquando quidem ramenta, aut veluti membranarum rasura, aut cruentum aliquid, ac aliquando simul omnia, intestinum vlcere affectum nemo dubitauerit. At vero vtrũ in exilibus intestinis, an crassis vlcus consistat, nondum manifestum est. sed, vt nuper dicebamus, & ex rasura, & exitus tempore, & (vt tertium addatur) ex mixtione cum stercore, vt modo magis, modo minus, interdum nequaquam misceatur, distinguere oportet. Quippe in simarum partium vlcera, nullas omnino vlcerum habent notas alui excrementis admixtas: earum vero partium, quæ paulo altius collocatæ sunt, vlcera, mixtas quidem cũ stercore habent notas, sed id leuiter duntaxat. Quemadmodum si multo sint altiores, vehementior erit mixtura: præcipue vero in supremis intestinis, vlceris notæ vehementer stercori videntur admixtæ.

COMMEN. XXV:

VENTRICVLVM, visceraq; esse affecta, necnon & causas quibusdam quidem ve

ſtigiis probari ſciſcitatur. ¶ (Atq;) de indiciis eſſe diiudicandum antecedit, cum quædã ad affectus, aliqua vero ad ſedes exagitatas ſpectare videntur: Et primo in ventriculo examinat, quoniam eius quidem actio, concoctio intitulatur, Si enim ipſa obluctatur; locum affectum eſſe ventriculum portendit: Si vero fumoſa, vel acida æditur eructatio, hoc argumentum, gemina, & cauſam affectus, videlicet exceſſum caloris, vel aduerſum in ventriculo, & affectum. ſ. colorificam paſſionem eſſe dilucidat: ¶ (Sic autem) in inteſtinis idem ex tribus exigere nititur, & exordialiter in vniuerſali, puta ſi quæ excluduntur, cum raſura, aut corticibus, aut cruore aſſociata, aut vna connexa fuerint, inteſtinorũ aliquod ſauciatum eſſe denũciant: Sed quod viſcerum percuſſum fuerit, ex raſurarum magnitudine, vt ſi craſſe, lateq; in inferioribus vlcus, ſi aduerſe in ſuperioribus, vti ingenioſius orſum eſt ſuperius: ¶ Secundo ex finis tempore vt præcurſo commento perſuaſum habet: ¶ Tertio ex ſtercoris mixtura, quoniam cortices cum ſuperuacuis repulſæ, aut ab eis ſeiunctæ, aut modicum colligatæ, vel nimis compaginatæ, ſi primum in infernis, ſi aliud in mediis, poſtremum vero in ſupræmis vlcus innatum eſſe declarant. Horum vero

ratio a loci distantia, affinitateq; decenter decerpi valet.

Ex his hæc immedium afferuntur excogitata.

¶ Actio officiata, sedem vexatam, sed sinthomata prosequentia, affectum, causamq; promulgare videntur.

¶ Ramenta, cortices, cruor; cum eiectis depulsa, aut distractim, vel consiliatim intestinorū aliquod consauciatum esse: Sed si supræmū, vel infernum, hæc videlicet rasura temporis liberatio, mixturaq; cum stercore decidere solent.

PORRO accidit interdum, vt ex vno indicio, simul & locus, & dispositio deprehendantur: aut locus vna cum causa, veluti locorum notæ, & ab actione læsa, & excrementis, & positu, & doloris proprietate, & propriis accidentibus sumuntur. Affectuum vero, & ab excrementorū specie, & loci natura, & doloris proprietate & propriis accidentibus. Sane actio læsa, affectam partem indicare potest: & quidem hoc modo. Si enim accidens aliquod circa cernendi officium euenerit, oculum affici constat. verum an proprio affectu, an per cōsensum, aut vtroq;

modo laboret, alia cõsideratione inquirendum est. Excrementorum species, affectam partem indicat, veluti iam antea dictum est, & per partium ipsius essentiam, & per contenta in ipsa. Ac positus quoque affectam partem nimirum cõmostrare sufficienter potest: quippe durus in dextra præcordiorum parte tumor, non lienis, sed iecinoris affecti nota est: quemadmodum si fuerit in sinistra, non hepatis, sed splenis affectum portendit. Ac positus interdum, vbi similiter se habẽt excrementa, affectam partem commostrat. Si enim membranosæ tunicæ frustulũ excernatur, id vlcus esse alicubi ostendit, verũ in qua sit particula, ex positu discere poteris. Nam si vomendo fuerit reiectum, aut gulæ, aut ventriculi: si tussiẽdo, gutturis, aut asperæ arteriæ: si screando, faucium: si cum vrina, eius fistulæ: si a sede, alicuius intestinorum: si per mulieris pudenda, vteri affectum portendit. At vero constat, quod singuli dolores, propositus varietate, affectum locum ostendere possunt. Hoc etiam pacto, ea quæ supra proposuimus distinguere oportet. Quip

pe apparentibus per vomitum vlceris notis, animaduertendum est, vtrum anteriores partes circa præcordia, aut posteriores circa dorsum, dolor aliquis infestet. Etenim qui in anterioribus percipitur, ventriculum: qui vero in posterioribus, gulam occupare censetur. Haud aliter os ventriculi a spatio ipsius distinguendū est: si deuoratis quibusdam acribus, hoc quidem in ore ventriculi, aut in parte inferiore mordicationem excitet: illud vero in thoracis meatu. Omnia enim hæc positu definiuntur, quemadmodum alia ex doloris specie. Verum de doloribus latius in secundo libro dicemus.

COMMEN. XXVI.

POTSQVAM alienati loci pagitatis in colloquis sciētiā diuulsim percursit Gale. hoc vero tempore eandem conglobatim contristatæ sedis, contristationisq; indagare insudat: ¶ Porro suam præcedit intentionē q̃ quandoq; vnica cōiectura, & pars affecta, passioq; ipsa, aut locus associanter cum causa vulgari vim habent, Et quinq; sedem indagantia cō

turbatam,

turbatam, quatuor vero conturbationem con ceptatur, vti in propatulo conspicitur.
¶ (Sane) situata argumenta singillatim per pendit, & ab actione exorditur, quũ elementum, fundamentumq; particulam in affectam comperiendam a principe machinetur: Sicuti actio oculorum visio extat, si ipsa aduersatur, oculos affectos esse decernit: Sed vtrum impugnatio per essentiam, vel consensum in nascatur, ex alio scrutari necessitatur.
¶ (Excrementorum) Hoc vestigium tanq̃ in prioribus per contatum ab oratione repellit: ¶ (Ac positus) positurae finem imponit, quoniam si tumor aliquis subsepto transuerso in nascitur, tunc si latere in dextro con feritur, minime in commodum in liene, sed in iecinore profitendum: ¶ (Ac positus) ipsius potestatem locum in affectum illustrando enarrat; vt in deiectis elucet, quoniam si portio pellicularum mẽbranae aliqua a corpore liberata, problematicam concitat agnitionem, nam solum vulnus viscerum, sed haud efficaciter quod, si supernum, vel infernum, tantum positura nobis talem gratificatur sciẽtiam, quoniam si vomitione explicatur, in gula, aut in ventriculo, si tussi in aspera arteria, vel gutture, si rascatu, excreatuq; in faucib⁹: Si cum vrina eius in instrumentis coniunctum

esse asserit: ¶ (At vero) suspitionem a tristi sensatione instigatam, exprimit, quoniam vlceris coniecturis per vomitum imminentibus, indagare oportet, si anteriores loci circa præcordia, aut postreme erga dorsum partes a dolore inflammantur, quia si primum vẽtriculum, si extremum gulam percussum esse arbitrandum: ¶ (Haud aliter) vbi ventriculus excisus fuerit vnica ratione, vt ex acetosorum transglutione attestatur, quoniam in eorum deuoratione vbi stimulatio sentitur, ibi affectionem esse fides adhibeatur.

Ex his hoc emergit theorema.

¶ Quinq; vt actio læsa, excrementa, positura, tristis sensationis proprietas, propriaq; accidentia sedem esse affectam: quatuor vero affectum, vt supervacuorum species, loci natura, doloris conditio, propriaq; sinthomata prædicare videntur.

SED nũc exemplum aliquod afferre operæpretium videtur, quomodo scilicet affectus locus ex propriis accidentibus innotescat. Nam supra diximus, singula, quæ vulneribus adnascuntur, propriam ostẽsionem habere, id vero in præsentia subiiciendum est. ore quidem ventriculi

affecto, fastidium infestat: per hepatis vero inbecillitatem, excrementa per aluum deiecta, aquæ in qua carnes nuper mactatæ, ablutæ fuerunt, similantur: item maxillæ rubræ apparent in peripneumonicis. Quinetiam propriæ affectuum ipsorum notæ, in excrementis deprehenduntur, vt ramentum, vlceris: si in vrina sabulosum resi det, lapidis: cucurbitæ vero seminibus similia excrementa, latorum vermium indicia sunt. Atque a locis ipsis, morborum indicia sumuntur, eo quod quibusdam solis, morbus hic accidat: q busdam vero solis, nũquã eueniat: quippe soli oculi suffusione laborant. lapis in renibus, & vesica duntaxat nascitur, atq; vt nõnullis placet, etiam in colo. lumbrici in intestinis gignuntur. Rursus impossibile est, vt ascessum cor sustineat, quẽadmodũ neq̃ pulmo neq̃ syndesmi dolorẽ. Ab accidẽtiũ quoq; ꝓprietate, affectuũ indicia oriuntur. Nam quibusdam per tabificos morbos vngues adũci euadũt. Intempestiuus horror cum febre, inflamationis ad suppurationem transeuntis, indicium est. Lingua nigricans ardentem

febrim protendit. Sic etiam coloris in vniuerso corpor. proprietas, alia quidem per hepatis alia vero per splenis affectus apparet, ita vt doctum medicum haudquaquam possit fallere sicut ne color quidem quem hæmorrhoides induxerunt. Cæterum paucæ admodum sunt ipsorum affectuum notæ, quæ non simul locum affectum ostendant. Etenim vt actionum noxæ, affectam duntaxat particulam, ita earum differentiæ ipsius affectum declarant. Hæc ergo sola sunt affectuum propria signa, quæ peraccidens ipsos sequuntur: id vero clarius in vniuerso huius operis discursu patebit. Nec non videbuntur communes quoque notæ, quæ simul & affectum, & sedem affectam, aut duos affectus, aut duas particulas indicare possint.

COMMEN. XXVII.

QVONIAM Sermo de sedis affectæ, affectusq; vestigiis a principe præassumptus, eximiorem reposcit indagationem: Iccirco eam in præsentiarum contendere persuasum habetur. ¶ (Sed nunc) suam pandit sententiam, videlicet qualiter pars alienata ex peculiaribus denudatur sinthomatibus, perscrutari mi-

nime abſurdum videtur: quoniam faſtidium, abhominatio ventriculum refragatum eſſe, vti ſuperuacua ſedē per inferiorem auerſa, lo turæ mactatæ carnis haud diſſimilia, iecoris facultatem deſtitutam eſſe, & rubedo maxillarum in peripleumonia pulmonem eſſe contriſtatum denuntiant: ¶ (Quin etiam) ꝙ ſuſpitiones etiam affectuum innatæ comperiuntur, quæ eos aſſerunt, ſcilicet ramentorum euentus, morbum in vnitate, quia vlcus: lotio ſabuloſum ſedimen inſpectum, conturbationem in officialibus, quia lapidis frationem, aut compaginationem: & eiecta cum ſeminibus cucurbitæ conſimilia, vermes ſtatuunt: ¶ (Atq; a locis) rationes morbos diſcernendi a locorum proprietate decerpere hortatur: vt ſuffuſio quæ haud a cataratta diſſidet, oculorum pasſio tantum aſcribitur: Et lapis in renibus, veſicaq; ſolum, & ex aliorum coniectura in colo machinatur: & lumbrici in viſceribus: ¶ (Rurſus) recte debitum penſitat quæſtioni, vt ſi cor apoſtema compatiendi poteſtatem habere posſit, & nequaq̄, quē admodum neq; pulmo, neq; ſindexmi ideſt ligamenta cum ſenſitiua orbentur virtute, de dolore iactari queunt: ¶ (Ab accidentium) aliqua ſi quidem accidentia cum affectibus connexa reperiri dicit, quæ eos lucidius diuel

sunt, vti vnguium cum ptisi incuruatio, rigor in febre congruo in tempore nec obuians, qui apostematis insaniem reiectionem: & lingua nigredine obsessa, ardentem febrem decernere solent: pari passu de vniuersi corporis colore censendum, quoniam aliter serpit si iecur afficitur, cum citrinus, vel aliter secũdum eius varietates crasis, & alio modo si lien, nam vt frequẽtius niger, sicuti eruditissime a medico rimari valet: ❡ (Cæterum) aliqua cõ cõmitatur correlaria, q; modica perquiruntur argumenta, quæ vna affectum, sedemq; affectam non iudicent: ❡ Secundo vt actionis offensio, propriam partem dissipatam testatur, sic etiam noxarum alietates, dispositionem ipsam: ❡ (Hæc) bina, & q; hæc propriæ affectuum extant notæ, quamuis per accidens eos consequantur: Et cætera quæ in huius voluminis processu de indiciis partem afflictam; afflictionemq; ipsam aperientibus apparebũt efficit.

Ex his hæc germinant memorabilia.

❡ Accidentia locum vexatum, vti fastidium vẽtriculum, deiecta loturæ carnis vniformia, iecoris resolutionem aperire apparent.

❡ Sabulosa vrinæ residentia lapidem in renibus, vesicaq;, aut colon congestum esse munit.

¶ Vti cor apostematis compassionem sufferre, pari via pulmo, ligamentaq; a dolore laniari impossibilitatem claudere videntur.

¶ Rigor indirectus febri occurrens, apostema in deprauationem festinare, enunciat.

¶ Linguæ nigredo febrem esse ardentem communicat.

HVIC itaque libro in præsentia finem imponere statui, si de propriis affectibus, & iis qui per consensum eueniunt, aliquid addidero, admonens in primis quod affectus, qui a reliquis medicis primarii vocantur: equidem commodius proprios affectus appellauerim, quanquam nihil refert, si eos primarios nominare volueris: quippe satius est rerum differentias intelligere, quam contendere de nominibus. Sane quum vel vapores vitiosi vel ipsi quoque humores a vẽtriculo ad caput ascendunt, mens læditur. Primogenio igitur cerebrum affectu tũ laborare, dicet nemo, quanquam omni affectu carere ipsum, haudquaquam defendi potest. Verum id quod de huiusmodi affectibus in confesso est, quod scilicet per

cõsensum afficiant, verissimum est: quippe ex hoc vocabulo (per consensum affici) partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici, declaratur. Atqui, melius clariusq; enarraueris, si eam partem quæ per consensum afficitur, ab altera affici dixeris. Igitur quod multi medicorum veluti somniantes obscure intellexerunt, atque ipsum, vtpote non intelligentes haudquaquam clare enuntiauerunt, id equidem veluti instituto operi perquam necessarium, docere aggredior, inde sumpto initio. Sunt nonnullæ actiones, quæ idonea indigẽtes materia, ipsam ab aliis partibus præparatam accipiunt, qua de re interdum optima ratione fit, vt nulla existente in actionis cuiuspiam propriis instrumentis, noxa, actionem ipsam perire contingat, defectu scilicet materiæ ex qua fieri consueuit, veluti in voce res sese habet. Nam in libro quem de ipsa conscripsimus, ostensum iam est: quod flatus materia quidem vocis est, & efficiunt eum cõmisso thorace, intercostales musculi. Igitur his nihil agentibus, animal vocem

amittit,& quidem nullo interdum in ꝓpriis vocis particulis, apparente affectu. Sunt vero huiusmodi partes, summatim quidem loquendo, totum guttur. Si vero particulatim explicare volueris sunt tres cartilagines, a tribus motæ musculis quibus accedunt nerui a cerebro demissi. Est præterea in gutture ligula, Græci epiglottida vocant, hæc maxime ꝓpriũ vocis instrumentum est. Etenim quũ moderate & aperitur & committitur, vocem efficit: quanquam vocem reddi impossibile est, nisi vehementer spiritus egrediatur. Id vero, intercostales musculi pficiũt.

COMMEN. XXVIII.

HAC in oratione quomodo pars per concomitantiam exagitur, & hoc haud a ratione extraneum, cum supra in nube, hic vero efficaciter explorare concitatur. ¶ (Huic itaq;) suum seminat propositum. ¶ (Admonens) ꝙ qui affectus a medicis primarii feruntur, si peculiares nuncupauerint, conuenientius arbitrabuntur: quamuis rerum alietates percipere, & non de nominibus præliari, affatim existit. ¶ (Sane) pollicitum pergit, vt si a vera

triculo vapores, aut ſucci ad caput verſuti rapiunt, mens impugnatur, tunc non aliquis cerebrum per eſſentiam, ſed per conſenſum detrimentum pati prædicabit: Et hoc communi ex vocabulo puta (per conſenſum affici) partem non omnimodo a diſpoſitione eſſe ſeiunctam, ſed ipſam cum alia refragari dilucidatur: Quare cum cerebrum ex ventriculi incommodo dilaceratur, per colligantiam affici cenſendum, quoniam vt ſermo lucidius liqueat, ſedes illa per ſocietatem afficitur, quæ ab alia aduerſatur. ¶ (Igitur) quæ pleriſq; medicis obumbrata fuere, princeps publicare fidem interponit, quæ perſcrutatio ſuperioris agitatæ quæſtionis abſolutiua videtur, videlicet ſi actio affici quæat nulla in inſtrumento vigente alienatione: Et ꝙ actio inſtrumenti deleri poſſit, nullo in eo concurſo detrimẽto, prælibat, & huius pro terminatione aliqua intimatur, nam aliquæ reperiuntur actiones; quæ decenti egentes materia, ab aliis diſpoſita poti intur, vt vox quum in ſufflatio elementum & materia vocis conſtituitur, & eam muſculi inter coſtas reſidentes cum thoracis conſtrictione fabricant: ¶ Secundo ꝙ vocis inſtrumentum ſi ſuccincte fari impellimus, guctur exponitur: Si vero vbertim eius tres chartilagines tribus a, muſculis commotæ in gu-

ctura colligatæ, quibus nerui de cerebro emanantes decurrunt, quidem connumerantur: ¶ Tertio in gutture lingula comperitur (quā græci epiglottida referunt) huic enim vocis instrumentum aliis egregius erogari debet, hæc si modeste apertiōe, clausuraq; fungatur, vocis formationem haud dissonantem fieri conspeximus, verum hoc exigi non potest, nisi aeris copia de thoracis concauitate festino impetu auertatur: ¶ Quarto si musculi inter costas compaginati procellam non pulsant, vox sepulture mandatur, nulla in instrumentis vocis noxa coniūcta: & sic actio affici pōt, eius si quidem instr̄to inuiolato existente, secus autem in instrumentis naturalibus corroboratur.

Ex his hæc nascuntur captu digna:

¶ Partem per consensum refragari, quæ cum refragatur haud ab affectu purgatur, sed vna cum aliis contristari promulgamus.

¶ Animatis in instrumenti actionem præcipitare, eis in integritate reseruatis Galenus refert.

¶ Vocis materiam, elementumq; musculorum inter costas locatorum in sufflationem esse; gutturq;, ēt eius instrumentum scribit.

CECIDIT quidam ab alto, ita vt dorsi initium affligeretur, is tertio die exiguam admodum vocem emisit, quarto deinde die omnino obmutuit, resolutaque simul fuerũt crura, manibus omnino illæsis, sed neque spirationem amittebat, neque difficulter spirabat. Quum enim tota sub ceruice spina esset resoluta, accidit thoraci, vt & septum transuersum & musculi superni, numero quidẽ sex, mouerentur: quippe nerui ex spinali medulla, quæ in ceruice est, ipsis aduenĩũt. At intercostalium musculorũ nerui p quos flatum fieri diximus, omnes affecti erant. Quum itaque frustra medici negocium subirent, circa crura quidem vtpote resoluta: circa guttur vero, propter vocis affectum, equidẽ id interdixi, atque affecto dũtaxat loco curationem adhibui. Proinde finita tãdem spinæ inflammatione, a septimo die vox restituta est iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt. Huiusmodi ergo noxæ speciẽ, magis propie per consensum euenire dixeris, quam vbi ab humoribus in ventriculo contentis, caput dolore tentatur: quip

pe per huiusmodi dispositiones, eleuatur ad ipsum aliquid, sed in dictis nuper dispositionibus, nihil noxium ad crura defertur. Nam contra, priuantur ea facultate, quam antea spinalis medulla ipsis suppeditabat. Guttur vero quum vox ablata est, non omnino priuatur spiritu: quippe spirare animal per ipsum, etiandum videmus. At vero flatũ amittit, qui quidem fieri solet, quum affatim plurimus spiritus per guttur animalis foras effertur. Sed de nominibus cõtendere cæteris permittamus, nobis enim res quas illi penitus ignorant, pertractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput, vbi contenti in ventriculo humores eleuantur, qui simul, & calfacere, & distendere caput possunt, atque aliter per suffusiones apparent visa quædam, neque calfactis, neque intentis oculis, sed solo vapore p ipsos transeunte. Præterea aliter affici videtur is, cui meatus a cerebro descendẽs obstructus est: aliter ille (quanuis huic quodam modo sit similis) cui propter spinæ inflamationem resoluta sunt crura atque aliter is cui vox aut periit, aut vitia

ta eſt. Etenim ad crura facultas quædam, ſed citra eſſentiam deſcendere prohibita eſt, ad oculos vero cum eſſentia: verum ad guttur, quãuis materia perueniat, ſufficiens tamen ipſius quantitas haudquaquam accedit.

COMMEN. XXVIIII.

QVAE antecedẽti in textu agitauit Galenus, hac tempeſtate rimari magis eloborat: ¶ (Cecidit) refragationis ſpetiem per conſenſum copioſius percontari inflammatus: & in exemplis examinat, principaliter enim tria præſe ferre cognoſcitur, ꝙ quidam qui propter caſum ex humo ſe tollit, quarta in die, voce fuit orbatus, & hoc propter conturbationem in neruo coniunctam, virtutem motiuam ad lacertos inter coſtas deuinctos, deferentem, qui auram plangere habent, quæ vocis materia enarratur: Secundo pedes eius fuiſſe a mollificatione obſeſſos, manus ſoſpes permanẽtes, & hoc ſpinæ detrimẽto, a qua neruos pedes mouentes gigni diſſectores autumant: Tertio ꝙ medici infructuoſe inſudabant, cum circa pedes, gutturq; præſidia & minime partem labefactam conſtipabant:

Quare eos crimini præbens partem in affe-
ctam ea construxit:& spinæ apostema iam re
solutum, Septima in die vocem, & motum in
pedibus iuuenis vendicatus fuit: Et ex his bi-
na claudit, & ꝙ talis contristationis speties
per societatem magis proprie intitulanda: Se
cundo ꝙ hæc ab ea quæ propter succos in ven
triculo connexos fit, dissentit, quoniam in
priori nihil oppugnationis ad crura educitur,
sed solum ea priuantur virtute, quam nuca eis
subministrare cõsueuerat: Sed in capitis affe
ctione per ventriculi consensum, aliquid ad ca
put vel vaporis, vel succi ascendit: ¶ (gu-
ctur) abditam soluit instantiam videlicet: si
guttur voce, spiritu etiam priuatur, refert.
¶ Nequaquam & de flatu distinguit, quidam
enim ad anhelitus actionem operatur, & a ta
li animal quousq; viuit nunq̃ distraitur, et in
quinto lib. videbitur: Alius vero vocis elemen
tum fabricatur, & erit fortis in sufflatio, quã
musculi inter costas situati commouent, &
tunc cum animal vocem amittit, hac inspira-
tione priuabitur. ¶ (Sed) nominibus in
cumbere veniam poscit, verum aliis prorsus
deserit: Sed de rebus quæ aliquibus perplexa
fuerunt, sermonem habere satis videbitur.
¶ Quippe complures sciscitatur abhorren-
tias, & exordialiter in capite oculisq;, cum

enim caput propter ſuccos in ventriculo colli-
gatos obluctatur, tunc ad eum rapientes, cale
facere, diſtendereq; quærunt, ita vt in eo cõ-
morentur: Sed ſi ad oculos imagines excitan
tes eleuantur, minime ſtabiliter, ſed per viam
tranſitus inherere ſedet animo (præterea)
aliam inter viſus amisſionem ex obſtructione
neruo in optico coniunctam, & crurium ex ſpi
næ apoſtemate mollificationem, & vocis ne-
cem, vel crimen, per cunctatur abſurditatem:
quoniam ad oculos virtus, ſubſtantiaq; decur
rere denegantur: Sed ad crura facultas tan-
tum: ad guttur vero quia materia quæ eſt in-
ſufflatio haud congrua quãtitas plauditur, &
ideo vocem extingui, oportet.

Ex his hæc in lucem prodeunt concepta.

¶ Neruorum in reſolutione circa partem per eſ
ſentiam disſipatam, ſuffragia cõſeri præcipit:

¶ Succi in ventriculo conglobati vt calefaciunt,
aut diſtendunt capitis dolorem, ſecus autem
in imaginibus oculorum ſuppeditare ſolent:

¶ Oculi viſifica facultate ex obſtrutiõe ĩ obticis
cõgeſta, orbatis, ſubſtãtie, virtutiſq; aſſuetũ
defluxũ: ſed alterius ſedis mollificationi dũta
xat virtutis, & haud ſ bæ denegari, refert.

¶ Affectus lacertorum vocis machinationi ver-
gentium, aut eius necem, vel refragationem
tribuere videtur:

¶ Partis

¶ Partis mollificatio tunc innascitur; cum consuetæ virtutis ad eam concursus denegatur.
¶ Hominem voce carentem, nec propter hoc anhelitu priuari enunciamus.

QVI vero ob intercostalium musculorũ perforationem obmutuit, is totam vocis materiam amisit. Porro quemadmodum crura, per dictas spinæ dispositiones resoluũtur, ita etiam guttur, vocalibus neruis vel incisis, vel laqueo interceptis. Vocare autem vocales neruos consueui eos, quos ipse inueni: nam præceptores mei eos duntaxat qui ad arterias pertinẽt cognoscebant. atque ob horum quoque vitia vox perire solet, quoniam proprii gutturis nerui, quos equidem recurrentes nominare sum solitus, ipsorum essentiæ pars esse censentur. Sed quum ad multas alias partes distributi perueniant, nullam habeo aliam magis propriam appellationem, ea qua vocales ipsos nominaui, quippe ad instrumenta vocem cõcinnantia, proprie pertinent. Atque idem est modus quo gutturis musculi læduntur, siue recurrẽtes, siue hi qui iuxta arterias

ſunt, vitientur: vtrinq; enim animalis facultas deſideratur, ſine qua a conſilio, & voluntatis imperio, moueri poteſt nemo. Et quidem inciſis muſculis, qui ligulam, id eſt epiglottida, mouẽt, animal penitus mutum euadit: ſed neq; ſimili omnino modo, neq; etiam in totum diuerſo ab eo quo læſis neruis, vox perit. Nam vtriuſq; noxa, hoc cum altera habet commune, quod ligula continuitate, quam admouens principium habet, priuatur. id vero fieri ſolet ſiue neruus, ſiue muſculus incidatur, aut laqueo intercipiatur aut contundatur, aut quomodolibet aliter vitietur. Equidem vocem vitiatam fuiſſe memini, adeo vt pene perderetur, infrigidatis vehementer neruis recurrentibus, quum per hiemem in opere quodã chirugico ceruix fuiſſet inciſa, quod quum intelligerem, calorificis remediis naturalem temperaturã neruis reſtituẽs, vocem reuocaui. Cæterum vt ob materiæ priuationem, perforato thorace, ita etiã aſpéra arteria tota ĩciſa, vox perit, quod nullus ſuperſit ſpiritus, qui ad propriũ vocis inſtrumentum tranſmittatur. Idem

efficit, sed alio modo, laqueus collo circundatus, verum hic non solum mutum reddit animal, sed etiam suffocat, tollendo scilicet spirationem. Arteria autẽ dissecta, voci quidem nocet, sed animal respiratione non priuat. Angina vero vocata, quum sit internarum gutturis partium inflammatio, strangulationi proportione respondens, respirationem tollere potest, ipsius meatum obstruendo: Iccirco vocalis instrumenti, maxime proprius affectus est, ac deinceps externorũ ipsius musculorum noxa est.

COMMEN: XXX.

PLVRA præsenti in litera percurrit princeps: (Qui vero) suum officium videlicet rerum doctrinam per exempla conferre parat: vnde quidam ex vocalium costarum musculorum vulneratione raptim, a voce exterminatus fuit, & hoc cum vniuersa vocis materia expiraret. (porro) quandam disponit imaginem, ꝙ vti crura ex spinæ impugnatione in resolutionem incidunt: pari passu guctur vocalibus ex neruis, vel laceratis, aut ligamine sauciatis, voce priuari cogitur, cum guttur vocis instru-

mentum collocetur. (vocare) de vocalibus neruis refert, primo qui vocales nerui nuncupari debent: Et ait quos ipse reperit, quoniã peculiares gutturis nerui, quos recurrentes intitulare consueuit, de propria vocalium essentia arbitrantur: vnde nullam aliam magis idoneam excogitauit nuncupationem, quam vocales, & ad vocem consonantia instrumenta decenter spectare scribit: Quare his Galenus haud exatiatus suorum præceptorum enarrat votum, qui neruos vocales ad gutturis arterias attinere dignoscebant: Et iccirco horum incommodo vox extingui videtur: (Atq; idem) si gutturis musculi aduersantur, aut recurrentes, vel qui iuxta arterias colligantur, haud dissimile consequitur detrimentum: cum cuncta animalia, a facultate protegantur, sine cuius auxilio non vnus, a consilio, & voluntatis imperio concitari potest. (Et quidem) lingulæ motum ad vocem esse oportunam exponit: cum enim ipsa suo a, motu propter musculorum incisionem eam commouentium disturbat, animal omni modo, a voce dissoluitur: verum neq; consimiliter, neq; penitus discrepans ab eo cuius neruis affectis vocalibus vox decedit: quoniam vtriusq; hæc communis iactura, q lingula continuitatur quam habet: ad musculos ipsam concitantes propter

incisionẽ ipsa relegatur: id etiam germinat, si neruus, vel musculus gutturis quomodocũq; sua a continuitate seiungitur, vel ferreo instrumento, aut laqueo, seu aliter alienatur: (Equidem) quemdam ex neruorum vocaliũ recurrentium frigida in temperie, a voce euolutum esse recogitat: Quare causa perquisita, cum calorificis suffragari commisit. & sic contristatus iustam temperiem, simetriamq; vendicatus fuit: (Cæterum) q̃ quemadmodum thoracis vulnus scilicet in gradu vocaliũ musculorum, ita aspere arteriæ percussio, vocis naufragium excitare solet: cum nulla ad peculiare vocis instrumentum relinquatur procella: vnde idem, immo necem laqueus collo circumconiunctus, cum spirationem deprauat, subministrare videtur: (Arteria) Arteriæ direptio, quamuis voci aduersetur, sed animal aspiratione minime nudat: Et in hoc ab ea quæ per laqueum gignitur, dissentit, cum prima & suffocationem, & vocis orbationem, subsequens vero vocis dispendium tantum: (Agnina) tria, & eius essentiam, cum internarum gutturis partium apostema ascribitur, Secundo q̃ strangulationi per viam anhelitum supprimẽtis ꝓportionari loquitur, Tertio ipsam vocalis instrumenti proprium affectum, exteriorumq; eius musculorũ detrimẽ

tum esse perpendit.

Ex his hæc percipiuntur indagata.

Thoracis musculorum, asperæq; arteriæ perforatio, animal a voce euerti compellit.

Neruorum vocalium, siue lacertorum epiglotos incisio, vel eorum eximia compescentia, vocis perniciem parere vidētur.

¶ Circa collum refrigerantia deneganda; quoniam neruorum reuersiuorum incommodū, formidare oportet.

¶ Anginam internarum gutturis partium apostema esse enunciamus.

CAETERAS partes omnes quarum meminimus, non proprie, sed per consensum potius afficit. Quum ex ceruice quidam chœradas, id est strumas, in profundo incumbentes excideret, vnguibus eas euellens, imprudens ob ignorantiam simul recurrentes neruos distraxit, atq; hoc pacto puerum liberauit a strumis, sed mutum reliquit. Quidam alius, in alio puero sectionem faciens, ipsum similiter semimutum reddidit, læso videlicet altero duntaxat neruo. Mirabātur vero omnes, quo pacto neque aspera arteria, neque gutture affecto, vocem lædi contigeret,

qui quum vocales neruos me ostenden-te conspicerent, admirari desierunt. Quibus igitur partibus, vel materiæ, vel facultatis copia, non transmittitur actionem lædi probabiliter dixeris, parte ipsam faciente nequaquam læsa. At vero si vel a vaporibus, vel humoribus aliunde ad ipsam venientibus lædatur, eam non recte dixeris illæsam. Neque minus etiam probabile est, partem vel materia, vel facultate priuatam lædi, vtique si officiũ suum, quum hæc reciperet, secundum naturã exercere posset. Proinde ex huiusmodi in vtranque partem conatu, dialecticorũ problematum consideratio, neque ad affectuum notitiã, neque ad curationẽ, neque etiam ad futurorum eueutuum p̃sagia, quicquã vtilitatis afferre posse videtur. Animaduertas ergo velim, quomodo equidem curationem ex affecti loci notitia inuentam, hac consideratione neglecta narrare aggredior. Occurrit mihi quidam, medicamentum tribus digitis adhibitum ostendens, dixitq; triginta iam diebus sensificam ipsorum facultatẽ se amisisse illæsa seruata motione, sed ni-

hil præſidii ab impoſitis medicamentis, percipere. Ego vero id, quod in huiuſmodi caſibus facere cõſueui, ne tũc quidem obliuioni tradidi: quippe vocato medico qui digitorum curationem ſuſceperat, interrogaui cuiuſmodi remedia adhibuiſſet, quæ quum intelligerem ad hanc rem eſſe idonea, cauſam inueſtigare cœpi, cur nullum ab ipſis homo p̄ſidium conſequutus fuiſſet. inquirens itaque quæ præceſſerant accidentia, inueni (ipſo dicente) neque inflammationem neque refrigerationem neque ictũ præcisſiſſe, ſed ipſum paulatim ſenſum perdidiſſe. Captus itaque admiratione, rurſus interrogaui, num ſuperiorum partium aliqua icta fuiſſet. ille reſpondit, digitos quidem non fuiſſe ictos, ſed dorſi initium fuiſſe afflictum. Deinde quomodo & quando id accidiſſet quum interrogarem, reſpondit ſe quum Romam pficiſceretur a vehiculo decidiſſe, ac non multo poſt digitorum incepiſſe affectũ: quocirca coniecturam feci neruorũ qui primi a ſeptima vertebra procedunt, partem quãpiam ob ictum fuiſſe inflamma-

vide 515

tam, ac nunc duram habere dispositionem. Id vero intellexi doctus ex arte secādi corpora quod nerui per propriā circunscriptionem veluti venæ exoriri videntur, adeo vt vnumquemq; exquisite vnum esse putares, quemadmodum & venam. Verum protinus ab origine multi sunt simul concreti, qui communibus vinculis contenti, a cerebri membranis exoriuntur. Ergo neruorum qui a ceruice prodeunt, vltimi exigua pars ad minores peruenit digitos per cutem ipsos cōtinētem, ac præterea per medii digiti medietatem dispersa. Quod vero cæteros medicos in maximam duxit admirationē quod media duntaxat pars afficeretur, id mihi persuasit potissimum, eam tātum nerui partē quæ in cubito ab ipso egrediens in iam propositis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abiicere iubens, illi præcipue spinæ parti, quæ in affecta particula principatum obtinebat, ipsum adaptaui. Secutaq; est res, vt aspicientibus videbatur, & admirabilis & inopinata, quod digiti manus adhibitis spinæ medicamentis

essent curati.

COMMEN. XXXI.

PARTIVM per consensum morbidarum scientiam, copiosius aliis in locis diffundere adhuc pergit: (Cæteras) quod plures aliæ sedes, si quidem per concomitantiam oppugnātur, persuasum habetur, de puero vero, qui quum astrumis correptus extitisset: medicus aliqua ex causa instigatus, eas cum ferro consumere aufugiens, sed vnguibus elidens, vna vulgaritate orbatus, neruos reuersiuos absumpsit: & vocis inextinctionem incidit: consimiliter de quodam vno in neruo vocali incisione contristato, ex qua vocis medietatem lucratus fuit, necnon & medicorum admirationem examinat. (Quibus igitur) latenti debitum reddit quæstioni, vt si actio refragari, eius instrumento integro existente permittitur: Et suam deducere videtur rationem, quod actio perturbata bifariam moliri potest, aut quia eius ad instrumentum facultatis, substātiæque, vel virtutis tantum æternus confluxus tundere denegatur, vti in musculorum costarum, neruorumque vocalium affectu, affatim orsus est, & sic actio obluctari eius particula inuiolata viuente potestatem habet: Alia si quidem

via ex vaporum, succorumq; impugnatione & tali pacto actionem, eiusq; instrumentum in iactura contexti inhibentur, ita q̃ vna sine alterius in commodo affici, penitus repelit, hoc ergo Galenus suis verbis insinuare visus est, (neq;) princeps antecedenti consilium af fert parti, quoniam prorsus minime veridicat, immo probabilis sedet animo, quia si gut tur propter musculorum affectum, sua actione priuatur, hoc non ex gutturis errato, quia si ad ipsum materia vocis pulsaret, q̃ suo fungeretur munere, nulli lateret: Et iccirco partem vel materia, vel virtute euolutam, esse affectam probabile esse refert: quoniam vt eius ab actione exterminatur, languida, vt vero nec eius ex vitio, sospes, & sic probabilis cõ cluditur. (Proinde) dialecticarum fructũ quæstionum explorat, quod percurre: (animaduertas) qualiter sedis ex affectæ cognitione methodum medendi parauit, prolixum per filum quoddam in sensus digitorum, non autem motus priuatione laborante, ex initio dorsi detrimento germinata trattat: quem ꝑ te lege, sed hoc vnum scribo, q̃ cum ille ex noxa, puta dura dispositione in parte vertebræ ex casu congesta, sensu in digitis nudaretur, auxilia circa partem vertebræ affectam, & non digitos accelerauit, & sic digitorum sen-

ſus reintegratus fuit: (Id vero) ſuum ſi quidem iudicium, a ratione non eſſe abſurdum per artem ſecandi comprobat: vbi tria conceptat, q̄ neruus quicunq; quando ſuo a fundamento naſcitur, compaginatus apparet, ſicut vena, ita vt vnum eſſe cenſeres, quorum vnus quiſq; pleriſq; auſpicatur a neruis, cum communibus vinculis ſeu ligamentis conexis: quæ a, membranis cerebrum ambientibus prodeunt: Secundo q̄ neruorum, qui a, ceruice ſerpunt, exigua vltimi nerui pars, vtroſq; ad digitos minores manus accedit: qui medius, auriculariſq; nuncupātur: & per cutem ipſos cingentem, & in medium etiam medii digiti ſecatur: tertio multi admiratione ducebantur medici: vt medius digitus contriſtatus, reliqua vero pars integra comperiatur, q̄ partem nerui ſolam eſſe vexatam, quæ a neruis in cubito in iam propoſitis digitis terminatur; fidem mihi conceſſit: quare ex dictis admonitus, curationis lumen conſequutus fuit: & ſic nucæ & non digitis ſubſidium præſtitit: & digiti ad ſanitatem fuerunt reuocati, q̄ aliis incredibile apparuit.

Ex his hæc notantur percontata.

¶ Nerui vocales ſi plures ab inciſione diſſipantur, animal a voce relegari, ſi vero vnus, ſecundum medietatem tantum, compellunt.

¶ Actio sedis propter substantiæ, virtutisq; , vel facultatis solum, sempiterni fluxus euersionẽ interpellata, locum esse affectum probabiliter decernit.

¶ In neruorum mollicie, prope nucam adminicula maturanda esse præcipit.

¶ Quum vna pars partis laniata, alia vero incolumis vixerit, partem nerui solam auersam esse testatur:

AT vbi ab affectu omnino liber fuit, orta est inter medicos quæstio, quænam sit ejusmodi neruorum dispositio, vt per ipsam seruato eorum motu sensus pereat. Equidem idipsum dicebam, quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sentire per affici, moueri vero per facere aliquod explicatur: quapropter vt quis moueatur opus est robore, sed vt sentiat vel minima facultas sufficit. Quũq; recte me hunc dixisse sermonem putarent, qd igitur, inquam, num vidistis aliquando contra euenire, quã vt seruato sensu motus periret? Tum cæteris fere omnibus se nunquam conspexisse dicentibus, vnus id confiteri audebat, ac nomine laborantis citato, testes quoque adhibere polli-

cebatur. Quanuis hoc cum proposita ratione pugnare videretur, in partibus motis illis quidem, non vero sentientibus. Etenim quod ad hanc rationem pertinet fieri haudquaquam potest, vt perdito sensu, motus a voluntatis impio prodiēs seruet. Rursus orabant, vt causam explicarem, quamobrem vtraque appareant. Ea vero (vt plane intelligunt ii qui neruorum dissectionem didicerūt) talis est. Omnis ab impetu prodiens motus, ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se sine musculo vllam huiusmodi in animantis particulis actionem efficere possunt, sed per musculos omnes a cōsilio & voluntate prodeūtes, motus perficiunt: ad partes vero mouendas, musculi ipsi aliquando quidem manifeste perueniunt: aliquando vero p medios tendones, quos aponeuroseis, id est a neruis ortos, aliqui cognominānt. Atque ex hoc genere sunt tendones, qui bus digiti mouentur, haud absimiles his qui toni ab Hipocrate nominantur, rotundi scilicet. Si itaq; musculorum neruos affici contingat, motus digitorū pe-

nit: si vero eos qui ad cutem perueniũt, tangendi sensus corrumpitur. Sed vbi tota resoluuntur membra, quum videlicet commune principiũ affectum est, simul & sensus & motus pereunt, atque tum locum primario affectum, ex læsorum neruorum multitudine duntaxat inuenire poteris. idq́ꝫ, si exquisite cognoueris cõmunia ipsorum principia, quæ in neruorum dissectione percurrimus, quum nullus ante me huiusmodi dissectionem accurate tractasset, vtpote nemine nõ plus minus & errante. Igitur solus ille qui in ipsis fuerit exercitatus, exquisite considerare poterit, in qua vertebra, spina sit affecta, siue tota, siue altera eius pars afficiatur. Nam accidit, vt dextera pars duntaxat afficiatur, altera omnino illæsa: aut e contrario, vt illa manente integra, sola sinistra affectum sustineat: Atque hac ratione, interdum tota pars sinistra resoluitur, dextra parte manente illæsa: interdũ contra dextra pars duntaxat & afficitur, & resoluitur. Vbi vero non affecta spina, tãtum vnus nerui processus læsus est, eas duntaxat partes resolutio consequitur,

in quas neruus ille distributus est. Accidit enim interdum, vt duo, aut tres duntaxat neruorũ processus afficiantur, quũ interim spinam nulla noxa infestet. Sic affectus erat is, qui per reliquas quidem manus partes omnes, ita fuit resolutus, vt neq; sentiret, neq; moueretur, sed in trib⁹ solis digitis sensum habebat integrum. Porro cuidam alteri, non solum ii mansẽrũt illæsi, sed ẽt eorũ musculorũ, in quos neruorum propago sub septima vertebra exorta distribuitur, motiones seruatæ sunt. Atque alius, ob causam ab alto vehementer afflictus, solos eos musculos resolutos habuit, qui huius nerui partes suscipiunt. idem etiam in iis duntaxat cutis partibus sensum amisit, ad quas p̄dicti nerui ramusculi demittũtur.

COMMEN. XXXII.

POST quam supra sensu, a digitis, & haud motu euerso, ex subsidiis circa nucam acceleratis inuigilauit princeps: in præsentiarum medicorũ dimicationes ex promulgatis emergentes, purgare profitetur. (At vbi) quum

sensu

ſenſu digitorum priuatus, ab afflictione diſtractus fuiſſet, inter medicos inconſtantia enixa extitit, vt quæ huiuſcemodi reperitur neruorum paſſio, in qua motus viuat, ſenſus vero extinguatur: (Equidem) haud certum, minime vnico ſoluit debito, & gemina prælibat, ꝙ ſenſus ſiue ſentire per affici, & ab alio paſſionem ſorbere, moueri vero per aliquid operare denudatur: Secundo ꝙ ad motum neruoſa copioſaq; imploratur virtus, ſed ad ſenſum mediocris ſufficit, & ex his ambigui lumen apparet: (Quumq;) & quoniam hæc ſolutio quamuis proba extet, tamen quia inquinari poſſet, & iccirco pro eximiori illuſtratione aliam contendit, videlicet quorſum innaſcitur, quod quandoq; aduerſum ſupra recitatis occurrit, nam pars motu & minime ſenſu orbatur, Et huius poſſibilitatem dupliciter examinat, & ex aliorum voto, cũ quidam nunquam conſpexiſſe iactabant, aliquis vero confiteri gloriabatur: Et cum propoſitis hoc vt motus inſit parti, ſenſu vero deperdito impugnatur: nam ſcriptis vigentibus, ſcilicet ꝙ ad motum copioſa facultas aduocatur, ad ſenſum vero leuis, vt ſenſus excludatur, a ſede, & motus dimictatur, incredibile videtur: & ideo Galenus, vt dubiis veritatem ſubminiſtraret, præcibus petebant: (Ea vero) aliqua

ad quæstionis apertionem antecedit: quum qui neruorum dissectioni insudauerunt, decenter agitata percipere possunt. primo quod omnis motus voluntarius non nisi cum musculis efficitur, cum lacertorum meritum disponatur: Secundo quod nullus neruus in locis animatis absque lacertorum commixtione exequi potestatem habet: Tertio nerui per lacertos, a voto, & libitu insurgentes motum conficiunt: Quarto ad partes quæ concitantur, musculi aliquando patenter accedunt, quandoque per medios tennones, idest cordas, quos aliqui extremitates neruosas dicunt, & hi ex genere cordarum annumerantur, quibus digiti mouentur, quæ toni ab Hippocrate denominantur: (Si itaque) his expositis quæsitum dilucidat, quoniam incommodum aut in neruis musculorum digitorum constringitur & sic motu nudantur, aut in neruis qui ad cutem digitorum contexuntur, & sic tactu, sensuque Et tali ratione professa meditando, ambæ quæstiones patebunt: (Sed vbi) modo de vniuersali sermocinatur mollificatione, & est in qua plures corporis sedes motu, sensuque exutæ videntur: & hoc cum commune neruorum refragatur fundamentum: Quare partem principaliter obluctatam ex neruorum affectorum copia comperire poteris: & hoc quum arti iam

diu insudauerit secandi, quam neminem ante ipsum decenter exposuisse enarrat: (Igitur solus) quis partem vertebræ contristatam diiudicandi imperium habere possit, explicat: q̃ qui anotomicæ operam nauauit arti: quoniam vna pars spinæ quandoq; aduersatur, alia vero sospes reseruatur vt dextra, vel sinistra tantum, occurrit: & eo tempore si dextra pars oppugnatur, vniuersa dextera pars mollificatur, sinistra inoffensa permanente, & e contrario (vbi) particularem nerui affectionem indicat: quoniam quando spina inuiolata fuerit, & vnus nerui processus inimicatus, tunc illa membra, a mollificatione tantum corripiunt, ad quæ neruus ille coniungitur: & multoties non modo vnus, immo duo aut tres neruorum copia exagiuntur, spina integra vigente: & inplerisq; patefacit, vt quidam annotatur, cuius tres soli digitorum manus sensum illæsum habebunt. cunctæ vero veliquæ partes insensibiles, immobilesq; fierent.

¶ Alteri vero nec tantum digitorum sensus remansit, sed lacertorum motus vbi nerui spõdilem egredientes, quæ est post septimam, seminantur: ¶ Alius quoq; propter summum ex alto casum, molliciem in lacertis, qui ab illo neruo auspicantur, affectus est, quo pars cu

tis sensum amisit, illa scilicet vbi neruorum surcula quos prompsimus distribuitur.

Ex his hæc hauriuntur enunciata.

¶ Ad motum copiosa facultas, ad sensum vero suauis aduocatur.

¶ Omnis voluntarius motus non nisi cum lacerto absoluitur, & nullus neruus absq; lacerti societate hoc exequi valet.

¶ Nerui lacertorum digitorum, aliquando motus: quandoq; sensus priuationē parere solēt.

¶ Sensus, motusq; a particula expiratio, sedē affectam esse spinam, testimonium reddit.

¶ Cum nuca de detrimento minime argui possit, tunc si aliqua pars laniatur, non tota, sed vbi neruus protrahitur, affecta munienda.

¶ Solus qui arte insecandi eleborauerit, qua in vertebræ parte dispendium compaginetur, exploratum habere potest.

IGITVR si scire desideras in qua vertebra sit affect⁹, vtrū in sola nerui cuiuspiā propagine, an in spinali quoque medulla, resolutos musculos ex anatomice considerare oportet, ac simul eam cutis partem quæ sensum amisit: nam spinali medulla, in aliqua vertebratum affecta, omnes partes inferiores resoluuntur. Quod

si in altera parte læditur, altera manente illæsa: partes duntaxat quæ illi e directo respondent, resolutio infestabit. Si vero nerui radix afficitur, reliquæ partes omnes affecto loco inferiores quibus singuli nerui distribuuntur, resoluentur. Hæc si accurate didiceris nullo negotio circa resoluta membra relicta spina occupaberis: huic enim adhibitis remediis, partem affectam curabis. Sic etiam si non circa spinam, sed in regionem illam sequente, neruus afficitur partim ex musculis, partim ex cute, quærendæ sunt notæ. Cutem quidem facile est cognoscere, nam oculis subiicitur. Musculi vero ex actione quæ periit deprehenduntur. Proinde necesse est circa musculorum sectionem te exercites, vt cognoscas, cuius actionis quolibet sit instrumentum. Sic enim duntaxat discernere poteris partes, quarum actio perit, nullo morbo corporalem ipsarum essentiam infestante, aut in quibus præcedit morbus vel fiens, vel factus. Verum morborũ genera & differentias omnes ex eo didicisti libro qui de morborũ differentiis inscriptus est. atque similiter

ex alio accidentium differẽtias: at de cau sis vtrorunque etiam separatim scriptum est: In vno quidem de morbis, in tribus vero de accidentibus, in quibus exercitari oportet, eum qui facile voluerit inuenire discernereq; & causam & affectum, & sedem affectam. Etenim fieri non potest, vt oĩa per concursum doceantur, quanuis eorum qui ab experientia empirici vocantur, hmõi fuerit opinio. Qui vero accurate & p̃cedẽtia & p̃sentia cognouerit; atque sic ad curandorum morborũ experientiam via & ratione peruenerit, inueniet & locum affectũ, & simul ipsam dispositionem. Sed id magna ex parte accidit partib⁹, quæ in intimo corpore cõstituuntur, veluti paulo ante de his qui sensum & motum perdiderunt, ostendimus. Atq; non ab re fortasse fuerit narrare quædam quæ iam facta fuerunt, cuiusmodi hæc sunt. Puer annorum fere sex, inuitus per aluum excrementa deiicere incœpit, resoluto derepente circa sedem musculo. Quinetiam seni quondam huiusmodi euenit accidens: atque rursus alius puer, ætatis fere annorum quatuor-

decim excrementa, inuitus per aluum deiecit, infestante ſimul veſicam dolore, atque alteri vrina quoque fuit ſupreſſa. Contra, alius vrinam inuitus excreuit, atque alius non ſolum vrinā, ſed alui quoque excrementa inuitus deiecit. In iis omnibus, ea quæ præceſſerunt ſcrutari oportet. Nam in totum aut refrigeratam, aut ictam, ipſorum ſpinam arbitrandum eſt. Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto muſculo nocet, ictus vero magna ex parte pluribus noxam infert. Nam perrarum eſt, vt iſta ſpina vnus afficiatur muſculus. quoniā nerui ex ſpina orti in plures muſculos diuiduntur. Verum vbi ob ictum affectus eſt muſculus, ſi superueniens inflammatio, ob negligentiam indueretur, reſolui ipſum contingit, quanquam id raro accidere videatur. At vero frigus ſæpenumero vnum lædit muſculū maxime eum qui in ſuperficie ſedis eſt, ſiue ſederit quis ſuper lapidem frigidū ſiue in aqua frigida, ſupra modū fuerit verſatus. Igitur puer cuius & veſica, & ſedes lædebatur quum in fluuio piſces venaretur, ſic fuit affectus. Nonnullis etiam

in aqua frigida natantibus, itidem accidit Hos itaq; sic affectos, curare oportet, calorifica auxilia locis affectis adhibẽdo. Quibus vero neruorum a dorsi spina ortorum quispiam fuerit affectus, eius principio adhibenda sunt remedia. Sæpenumero etiã vbi alto loco quis cecidit, aut vehementem fortemq; ictum spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa nõ solum musculis, sed vesicæ quoque noxam intulit, quibus ob vesicæ ipsorum affectum, vrina supprimitur. Sunt quib⁹ non solum vrina, sed alui quoque excrementa penitus retinentur, affectis scilicet intestinis. Nam vt musculi affecti, actiones a consilio & voluntate pendẽtes: ita & vesica & intestina, naturales actiones lædere possunt, eo quod ipsis commissis excernuntur ea quæ continent.

COMMEN. XXXIII.

PAVLO ante in sermone de partium neruosarum morbidarum agnitione author ægit: ad præsens vero & de ipsarum scientia, atq; eas ingenio diruẽdi scrutari elucet: (igitur si)

quæ ſupra promulgauerat, denuo reconciliat videlicet: ꝙ qui quota in ſpondili noxa ſit: an in propagine ſeu furcula nerui, aut in nuca decernere optat: diſſectioni inſiſtere oportet: ex qua mollificatos muſculos, ac partem cutis a qua ſenſus deceſſit, haud ignorabit. Secundo ꝙ ſpinali medulla aliqua in vertebrarum dilacerata, omnes inferiores partes mollificantur, vt ſi altera in parte aduerſatur, & hoc ſecundum medietatem, alia incontriſtata viuente, tunc partes quæ illi ſecundum rectitudinē conſentiunt, mollificactio cruciabit: ſi vero nerui initium diſſipatur, tunc omnes partes ad quas neruus defertur, a mollificatione ipſa laniabunt, (hæc ſi) ex his quoddam in neruorum afflictionibus theorema ſuggerendū eſſe, verba facit: ꝙ leuamina circa ſpinam, & minime partes mollificatas acceleranda eſſe prædicat. (Sic etiam) coniecturas binas, ex quibus neruus contriſtatus non circa nucam, ſed in parte quæ regionem nucæ inſequitur, diſcernendi explorat: quæ partim ex muſculis, partim ex cute indagare monet: Cutis.n. facillime inquiritur, eo ꝙ oculis liquet: ex muſculis cum actio eorū fuerit extinta: & ex hoc decerpere debes ꝙ eo tempore cum ſpina nō obluctatur, circa nerui partem aduerſatam, auxilia adhibenda eſſe: (Proinde) medicus

vt affectum, causam, sedemq; affectam diiudicet, quibus insistere debet: testatur Galenus videlicet: circa musculorum sectionem: Secũdo musculus cuius actionis instrumentum extat, haud eum latere cogitur: Horum enim scientiam vendicata, quarum actio si quidem partium expirauit; nullo affectu earum essentiam alienante, aut in quibus affectus fiens, vel factus antecessit, certum habebit: Et non modo p̃assumpta exercitatio ad loci, causæ, conturbationisq; denudationem; debitum reddit: Immo in libris de morbis & aliis medicũ insudare coarctat. (Qui vero) quis locũ affectum, vnaq; & passionẽ prospicere possit, denunciat. (atq;) qualiter accidentia præsentia, elapsaq; partem, passionemq; inimicatam illustrare vim habent: per lineamenta de puero, & sene vrinam, egestionemq; inuoluntarie excludentibus, & de alio vrinæ priuatione cruciato, exponit: Cuius causa bifariam a Galeno transacta per accidentia rimatur, aut ictus in dorsi ossibus; aut frigiditas, Et hæc, a geminis germinari, aut super lapidem glacialem ex prorogatione, aut si aqua irrigorosa vbertim commoretur: vnde pruina illa vnico aduersatur musculo, præcipue ei qui ad vesicæ, rectiq; intestini cohibitionem laborat: Et iccirco hic cum resolutionem vendi-

catus fuerit, vrina, fecesq; minime compescũtur: Sed si ex causa ictus in spina gignitur, tũc complures lacerti contristantur: quia neruus qui de nuca exorditur, varios diffunditur in lacertos: quare cum ob percussionem lacertus obuititur, si apostema subsequens ob ruditatẽ in duriciem festinatur: tunc lacertus mollificationem lucrari instigatur, quamuis id haud sæpe vsu venire probatur & alia quæ percurre. (Hos itaq;) præsidia ipsas prosternentia dispositiones perscribit vt frigidam calorificis eruendam, & partẽ primarie laniatam ad pristinum reuocandam: (sæpe numero) q̃ non modo musculi collum vesicæ, rectumq; intestinum circundantes, quum afficiuntur, eorũ actiones alienari oportet, vt etiam voluntatis imperium haud præcipiens, superuacua liberentur: immo cum vesica, directumq; intestinum oppugnantur, vt de alto cadenti, aut spina forti abictu iactata figurat: ita vt apostema congeratur, non tantum musculi, sed vesica, necnon & ante dictum intestinum refragari, actiones naturales contristari videntur: ita vt explicanda excludi, abnuẽt.

Ex his hæ ortæ sunt normæ.

¶ In neruorum inimicationibus vti in resolutione ex spinæ detrimento innata, circa neruorum fundamentum nec locum mollificatum,

ſolatia maturanda eſſe committit.

¶ Qui qua in ſpondili iactura reſidet: haud fugere impræcatur: in arte ſecandi inſudatum eſſe, opus eſt.

¶ Vt conturbationem, cauſam, ſedem conturbatam internoſcamus: anotomicæ arti, libris de cauſis, & morborum ſinthomatum inuigilare, neceſſarium eſt.

¶ Præpaſſa, præſentiaq; accidentia, curationiſq; ingenium reconciliatio, affectus, ſedisq; affectæ ſcientiam detergere apparent.

¶ Qui propter aliquem neruorum ex oſſibus dorſi ſerpentem oppugnantur: nerui auſpitio oblectamenta collocari, fertur.

¶ Vt lacerti quorum actiones, a voluntatis impulſu moderantur: cum affliguntur, eorum actiones reluctari: paripaſſu cum veſica, rectumq; inteſtinum aduerſata vt de alto caſu naturales impugnari videntur.

ATQVE in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus inſtrumentis. Siquidem naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus vero inſtrumentis, a principio (veluti lumen a ſole) ipſam defluere iam oſtenſum eſt. Ergo vt magneti lapidi vis ineſt, qua ferrum attrahere po

test:ita naturalia quoque instrumẽta omnia facultatem habent, qua actionem suã perficiunt. Proinde si permanens fuisset ipsorum essentia, neque arteriis, neque venis, indiguissent: verum quia nutrimẽto egent, seruareq; oportet intimi caloris temperiem, hanc ob causam, & venis indigebant, & arteriis. Sic etiam musculi, vt essentiam suam seruare possint, nõ secus quam naturalia instrumẽta, & venis, & arteriis indigent. At quia cognatum sensus & motus principium nõ habent, iccirco neruis, ꝑ quos hoc ipsis influat, semper indigent, qui illis ea suppeditare possint, quemadmodum sol omnibus rebus quas illuminat, splendorem affert. Quamobrem solis partibus, quæ & sentiendi, & mouendi vim habent, accidit, vt ipsis interdũ haudquaquam affectis, nihilo minus eorũ actio pereat, id quod naturalibus instrumentis accidere nõ solet: quoties enim horũ actio læditur, semper primario affectu laborant. Verum animalibus instrumentis omnibus, naturale quoq; munus debetur: quippe & arteriarum, & venarum adminiculo indigent,

ad eſſentiam ipſorum ſeruandam. Ideo accuratiſſime intueri, ac diſcernẽ oportet, quæ accidẽtia eis, ea ratione qua aut naturalia, aut animata ſunt, ſoleant euenire: veluti alterari (vt ita dicam) a vicinis ipſis, vt naturalibus: alterationem vero ſentire, vt animatis euenit: ſic oculis quoq; ſæpenumero contingit. Nam vapores a ventriculo elati, ipſos omnino alterant: verum tam exigua alteratio nõ ab omnibus ſentitur, niſi ſynceriſſimá, habeant ſenſi ficam facultatem: voco autem ſyncerisſimam, quæ minimas quasq; res cernere poteſt.

COMMEN. XXXIIII.

HVIVS in tractatus fragmento ſedem inter animatam, naturalemq;, diſturbationem intimare imminet: quoniam naturalia quidem inſtrumenta, ab animatis in facultate abhorrent: quum priora virtutem eorum actionem adminiſtrantem, a natura ei innatam poſſident: vt de magnete perſuaſum habetur: cui ferrum alliciendi vim natura erogauit: Sed ſuccedentia obtinent, prout, a fundamento eis gratificatur: Sicut lumen, a ſole imparti-

tur. (Proinde) essentiam supradictorum haud immortalem esse exponit: quia tunc arteriæ, venæq; minime eis dispositæ fuissent: Sed hoc haud creditur: quum alimentum perpetue excipiant: caloris naturalis modestiam præseruandi impulsu, & iccirco huiuscemodi vasa directa fuere. (At quia) neruorum cum musculis cōnexionis causam, potestatem motiuam, sensitiuamq; esse promulgat: quia cum musculi supradicta, a virtute relegati essent: propterea nerui tanquam sensus, motusq; ad eos delatores associati fuere, & quomodo has quidem facultates eis suggerunt, illustrat, quia irradiatiue vt sol omnibus rebus splendorem concedit: nam cum solum optici nerui concaui sint: alii vero absq; aliquo exili, minime virtus per eos aliter quam irradiatiue penetrare pōt: eo q vt solis lumen in aqua, & aeræ penetrat: pari filo ipsa facultas suo distributa ab initio affertur & si in neruo durities, aut crassitas magis q̄ oportet congeritur: tunc virtuti ne pertrāseat, vt cōducit, renuuit quē admodum in aeræ, aqua turbulentia fumusq; vt lumen solis penetret, sicut cōsueuerat, obuiant. (Quamobrem) alia via, naturalia instrumenta ab animatis dissonantia esse explorat: Quū enim illa si oppugnantur, & eorū actionem oppugnari cogitur: ita quod actio haud

afficitur, nisi instrumentum afficiatur: Sed in his aduersum apparet: quoniam actio obluctari videlicet: instrumento integro residente, vt de vocis priuatione supra com. 28. & 29. tractatum fuit: & ex his ambigui in antecedētibus concitati, scilicet si actio refragari cum eius instrumenti inuiolatione potest, solutio resecari videtur (verum) & propter diuisiones ante recitatas medicum vt animata accidentia, a naturalibus diiudicet, hortatur: nam vt alterantur a vicinis, & hoc vt naturalia: alterationem vero sentit vt animata, vt de oculis percuntatur: cum vapores, a ventriculo ad oculos rapiunt, oculos quandoq; taliter commutant, quæ nō nisi ab eo, qui visiuam facultatem sincerissimam habet, cōpræhendi pōt.

Ex his hæ vulgātur discipline.

¶ Naturalia instrumenta virtute, aut, a natura eis ingenita, animata vero, vt ab eorum fundamento pulsata, fungi refert.

¶ Animata, naturaliaq; instrumenta eorum pro vitali residentia, vasis indigere scribit.

¶ Facultas sensitiua, motiuaq; per neruos irradiatiue ad corporis sedes deferri denunciat.

¶ Alteratio naturaliū ꝓpria: actio vero animatorum scribitur.

¶ Actio in animatis deprauat, ēt ꝙ eius instrum sospes cōperit: sed in naturalibus alienū gloriari oportet.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA, LIBER SECVNDVS.





SCOPVS est, iubente semper Erasistrato, exercere mentem cum in aliis artis operibus, tum vero in ea, quã nũc proposuimus, affectorum locorum notitia. Circa quam tres sunt exercitationis modi. Vnus circa singulas corporis partes, quas locos nominant. Alter circa causas & dispositiones. Tertius est de accidentium differentia. Igitur a locis sumptus modus, huiusmodi est. Affecto cerebro, huiusmodi separatim eueniunt accidentia: Ventriculo affecto, hæc sunt ꝓpria. Colo affecto, hæc. Atq; in reliquis similiter. A dispositionibus, & causis, talis est. Inflammationis seorsum, huiusmodi sunt accidentia. Scirrhi, huiusmodi. Refrigeratiõis, hæc. Plenitudinis, hæc. Cruditatis, id est corruptionis ciborum, hæc. Ab accidenti

bus, vt hoc doloris genus, hasce dispositiones portendit, aut hosce locos. tussis vero has, ita & vomitus, sanguinis profluuium, fluor alui, conuulsio, concussio, horror, delirium. Quippe his inter se ita distinctis quid recte secusve dicatur facilius percipi poterit, quodq; ita se res habeat, ex singulorum contemplatione plane disces.

COMMEN: I.

POST quam præcurso in libro sedem ex dissectione, actione, iuuamine, excrementis, societate esse contristatam duellit Galenus: subsequenter vero, vnica coniectura hoc in secũdo scilicet tristi exsensatione denudare adoritur: & hoc quantum ad totius tractatus propositum: sed quantum ad literam quam hac tempestate contemplamur, nonnulla diffundit: & auspicat, odisciplinam de Erasistrati imperio denunciat: cui non solum affectarum in partium scientia, immo aliis in operibus artis, medicum insudare necessarium censetur: quæ taliter statuta extitit: vt prius quam ad indiuidualem medicus decurrat laborem: tria scilicet singulas corporis partes, quæ refraga

sæ, quæ vero salubres extant: Secundo causas & passiones: Tertio accidentium abhorrentias exquirere opus esse docet: quam si perpendere concitamur: quælibet eius pars maximā amplectitur rationem: quoniam sedis conturbatæ agnitio nobis quam compendiosa, eoq́; demoliri haud possumus, nisi partem afflictā dignoscamus. ¶ Secundo causæ enim illustratio nobis fructuosa: cum eius excogitatio, semitam curationis notam facit: idem autem de passione sentiendum, cum ab eis, quæ nos fugiunt, minime aliquam decerpere curationem valemus. ¶ Tertio accidentium inuestigatio, nec abnuenda, eo q̄ magnam partem ad id quod est rei conducit; vt princeps etiam philosophorum Aristoteles secundo de anima com. xi. canere videtur. (Igitur) normæ Erasistrati differentias examinat & principaliter de locis obluctatis, nam si cerebrum afficitur, dolor, actio eius aduersata associantur. Si vero ventriculus vel colon idem enunciandum: (A dispositionibus) Secundo de passionibus, quoniam apostematis hæ excogitantur suspitiones: si calidum fuerit dolor, tumor præternaturā: si rigidum vt scirrhus, tumor, a tristi orbatus sensatione, & ita de reliquis. (Ab accidentibus) & hoc est postremum, vti hoc genus doloris puta pungitiuum, tussis, febris

inseparabilis, morbum lateralem statuunt: & non solum dispositionem, immo locum affectum quoniam membranam costas succingẽtem esse vexatam decernit, ac idem de cæteris rimandum.

Ex his hæ formantur regulæ.

¶ Medicus vt decenter curet, tria prius, videlicet partes corporis singulas, secundo causas, passiones, Tertio sinthomata scrutari compellitur.

¶ Quæcunq; corporis sedes dissipata, necnon & dissipatio ipsa, peculiaria ea detergentia continere accidentia refertur:

¶ Via, locos languidos, dispositiones, causasq; per accidentia comperiendi, congrua, a principe hic extolli, certum habetur.

De his quæ ab Archigene scripta sunt, putante ex doloris specie sedem affectã posse discerni.

AC ne longe diutius te omnino suspensum teneam. quum in hoc genere multus sit Archigenes, qui ex dolorum differentiis locos affectos significari existimauit: accuratius de iis nobis disserendum est. Nam stupidum quidem dolorẽ,

neruis euenire dicit, ſed plane peccat, quippe ſtupor a frigida diſpoſitione oritur, non neruorum duntaxat, ſed etiam venarum, arteriarũ, carnis, membranarũ, tunicarũ & cutis. Quod ſi ob id, quod hæc omnia per neruos ſenſum habent, ad neruos diſpoſitionem refert, cur non reliquas omnes dolorum differentias, proprie ad neruos pertinere dicit? Quippe vt dolor, triſtis ſenſus eſt, ita voluptas blãdus eſt ſenſus. Ergo non ſolum ſtupor in neruis eſt, verumetiam reliquorum dolorum omnium, quos ipſe quoque Archigenes deſcripſit, vnuſquisq;.
Quod ſi rem accuratius inſpexeris, haudquaquam doloris ſpecies dicendus eſt ſtupor, veluti neque vlceris ſpecies, vlcus inflammatum. Sed duarum potius rerum, in his quidem vlceris & inflammationis, in illis vero doloris & ſtuporis cõcurſus eſt. Etenim ſtupor refrigeratio inſignis eſt, iccirco corporibus ita diſpoſitis, & ſenſus & motus difficultatem inducit: Quemadmodum completa refrigeratio, & ſenſum & motum omnino tollit.
Sed quod ſtupor diſpoſitionis ſit nomen, nõ

ſenſus aut doloris, ſic dicente Hippocra te declarat. Stupor enim mediocris, dolorem ſoluere poteſt. Nam ſtupor, ob refrigetationem fit, vt plane videre eſt in his, qui in hieme per frigora proficiſcuntur, atque in refrigerãtibus quoque medicamentis: Nam ſi extrinſecus immodice adhibeantur, particula ipſa ſtupida euadit, quæ ſenſum quoque omnino amittit, ſi vehemẽtisſime refrigeretur, idq; non ſolum a medicamento ſed etiam a circunfuſo nobis aere. Equidem noui quoſdam adeo refrigeratis pedibus vt in primis quidem ſenſus periret, ſequentibus vero deinde diebus, emortui pedes, putreſcerent. Ergo vt perfecta refrigeratio, & ſenſum penitus aufert, & motum: ſic moderatior & ſenſus & motus difficultatẽ inducit. Nominaturq; (vt dixi) huiuſmodi refrigeratio, ſtupor. Itaq; ſtupidum dolorem diſpoſitio efficit frigida ſimul & dolorifica, indicante id nomine, non doloris (vt dixi) differẽtiam, ſed dolorem ſimul, & frigidam diſpoſitionem, aut ab ipſa inductam particulæ, & ſenſus, & motus difficultatem. Conſtat

autem ꝙ constrictas vehementer particu-
las, atq; eos quoque qui torpedinem a-
nimal, dum adhuc viuit, tetigerint, stu-
por infestare solet. Et quibus membrum
aliquod stupidum fuerit, ii quicquid te-
tigerint, obscuro & hebeti sensu perci-
piunt, neq; moueri possunt. si vero mo-
ueri cogantur, dolent. At citra hoc quod
moueri tentent, affectum ipsum stuporis
haud obscure sentiunt, sed tum nequa-
quam dolent. Proinde male Archigenes
enunciauit, stupidum dolorem ad ner-
uos proprie pertinere. Stupor enim di-
spositionis, non loci affecti indicium est.
Atqui paulo post rursus Archigenes p-
prie ipsum ad musculos pertinere ait, ha
bet autem dictio vtraq; ad hunc modum.
prior quidem: Nerui autem contorti,
distenduntur, & indurantur: atque hi
stupidos inducunt dolores, atq; dure in-
tendentes. Deinde paulo post in hunc
sermonem prorumpit. Musculi carnis
neruorumq; mixtura, tanquam propria
substantia constituti, arteriarum quoque
in doloribus mixtionem præ se ferunt,
stringentes (vt ita dixeris) atque late di-

ſtenti, ac ſtupide pulſantes. In horum ſer monum priore neruos ait ſtupidos inferre dolores. In altero vero muſculos ſtupide pulſare, ſtupidum nõ ad affectus, ſed ad partes referens. Sed vt dicebam, ſtupor non particulæ cuiuſpiam proprius affectus eſt, ſed diſpoſitio; quæ quidem in omnibus corporibus fieri poteſt, ſed non in omnibus ſenſibiliter apparere, quippe in his duntaxat apparet, q̄ ſuos affectus ſentire, & pro voluntatis imperio moueri nata ſunt. Cæterum his quæ manifeſte in muſculis apparent, ſermo ipſius repugnat. quin etiam indiſtincte prolatus eſt, ac fortaſſe non intelligit, nuſquam in corpore carnem ipſam per ſe inueniri. Nam muſculi quidem in plurimis vel capitibus vel extremis partibus neruoſi ſunt, vbi etiam tendones inueniuntur. Id vero quod in medio continetur, omnes homines carnem nominant, nemine intelligente quum non exquiſite diſſecatur, carnen ſolam haudquaquã manere, ſed cum tenuiſsimis quibusdã, veluti fibris, in quas neruoſum genus reſolutum eſt. Voco autem neruoſum ge-

nus, in vnicam appellationem cogens, tum vincula, tum tēdones. quippe ex iis per carnem dispersis, musculorum osten dimus essentiā consistere. quæ vt perma nere posset, venis indigebat & arteriis.

COMMEN: II.

MODO tractatum exorditur Galenus, & locum in interioribus exagitum ex dolore conferre concupiscens, munus communiter exerantium colit videlicet: primo aliorum senten tias circa propositum implorans: & demum quod probum est conceptans, tali equidem cursu hic pergere (vt conspicietis) apparet: quare hoc in tempore vnum indagādum scilicet: Archigenis opinionem circa sedis affectæ ex dolore inuestigationem, versutam esse principaliter professus est: nam stupidum dolorem in neruis tantum impartiri prædicabat: cuius aduersum binario medio Galenus asserere commouetur: vnum ꝙ suæ ratio nis fundamentum arbitratur, prælibat: scilicet ꝙ congelatio ex gelida germinat causa, & tunc argumentū molitur: cuicūq; condonatur causa, condonatur & affectus, sed frigida cau sa & neruis, venis, lacertis & pelliculis, & cu-

ti gratificatur. Igitur &c. ¶ Secundo si ipse ait, rigidum dolorem solum neruorum innatum esse, quia cunctæ corporis partes per neruos facultate funguntur sensitiua, cur vniuersos dolores neruorum ingenitos esse, haud profitetur. (Quippe) contra Archigenem omnes dolorum discrepantias neruis inesse posse, dimicat: & pro maiori suæ rationis, doloris, delectationisq; essentiam scribit: nam dolor est sensus tristitia, sicut voluptas sensus oblectamentum, hæc pro principali præmissarum supponatur. tu vero minorem adhibeas: sed tristitia sensus, quæ species ad omnes dolores constituitur, neruis inhæret: ergo nō modo stuporem, immo reliquos dolores neruis adiudicari princeps efficit. (Quod si rem) quod marcidus dolor minime dolorum species dicendus: bifariam, ratione, & senis nostri Hippocratis voto absoluit: ratio talis militat vt de vulnere cum tumore præter naturam promulgamus, pari filo de dolore torpido sentiendum: sed vulnus tumefactum, nec genus dolorum arbitrandum, itaq; rigidus dolor non species, siue genus dolorum, nam vulnus cum dolore duplex morbus commixtus adaptatur: scilicet tumor, & solutio continuitatis: consimiliter ille dolor & congelatio: Nam stupor fortis refrigeratio fertur, & ideo qui-

buscumq; locis innascitur, sensus, motusq; duriciem parit: vti terminata refrigeratio sensus, motusq; orbationem concitat: ¶ Secundo ex dictis Hipocratis comprobat, quod stupor mediocris dolorem soluere vim habet, & sic stupor potius nomen passionis, quam doloris, vel sensus communicat. (Nam stupor) quod stupor ex forti prodeat frigiditate, in externis aperit, vt in eis qui in hyeme per pruinas deambulant: aut brumosis vtuntur adminiculis, ab vtrisq; immoderate particula in tantā festinari solet congelationem, vt sensu nudetur: immo Galenus quosdam nouisse, quorum pedes adeo, a bruma obsessi fuere, quod non solum, sensitiua a facultate exterminati: immo deprauationem lucrati fuere, testimonium reddit & sic huiuscemodi refrigeratio scilicet temperatior, quæ sensus, motusq; duriciem gignit, stupor nuncupatur, & piger dolor minime dissonantias dolorum prædicit: sed dolorem vna, & rigorosam ægritudinem, aut sensus, & motus duriciem aliqua in sede a frigida dispositione aduocatas claudit. (Constat autem) stuporem aliis etiam ex causis emanari, vt ex forti in particula ligamine, copiosum spirituum defluxum ad eam detinente: quare sensu caret: & ex tactu cuiusdam animalis torpidem dictæ. (Proinde) errata Ar

chigenis reconciliat: qui torpidum dolorem tantum ad neruos spectare. & ex hoc vestigium sedem dignoscendi affectam esse denunciabat: φ falsum esse monet: quia stupidus dolor morbi: & non partis refragatæ suspitio existit: & alia quæ percurre: Quoniam ex proditis in litera, Archigenis gemina princeps reassumit scilicet: neruos, stupidos porrigere dolores: & in alio lacertos stupide pulsari: vnde haud ad dispositiones stupidum, sed ad locos corporis accomodat, φ vt dictum fuit: congelatio, nec alterius sedis est affectus: sed dispositio, quæ omnibus in locis fabricari potest: Verum in qbusdam sensibiliter, vt in eis quæ eorum detrimenta sentire iactant, & cum hoc ad voluntatem mouentur: sed in aliis minime. (Cæterum) aliter Archigenem obiurgat: cum locum in quo pura contexitur caro profitebatur: φ a veritate alienum esse, in musculis palam facere instruit: quoniam musculi in plurimis vel capitibus, vel postremis partibus neruosi extant, vbi etiam tendones, seu corde comperiuntur: id quidem quod in medio compaginatur: omnibus, a mortalibus caro nuncupari solet: sed non simplex caro illa existit, sed cum quibusdam subtilissimis velut fibris qui, a genere nerui secantur, colligatur: Demum quid per genus neruosum per-

cipit, pandit genus autem neruosum perhibetur, tum vincula idest neruos, tum tendones idest ligamenta, ita q̃ neruosum genus promulgando, neruos ligamentaq; sentit: Sed musculorum substantia ex ligamentis, neruisq; in carne disseminatis conficitur. & iccirco eorum pro permanentia arterias, venasq; natura associauit.

Ex his hæ vulgantur regulæ.

¶ Archigenem torpidum dolorem tantum neruis condonari, cuius aduersum Galenus iudicare insudat.

¶ Stuporem hyemali ex causa pulsari refert:

¶ Sicut dolor sensus acerbitas, sic voluptas sensus iocunditas ascribitur.

¶ Stuporem intensam pruinam esse testatur.

¶ Vt terminata refrigeratio sensum, motumq; prorsus prosternit, pari via temperatior sensus, ac motus acerbitatem suggerit.

¶ Stupidus dolor, nec genus dolorum, sed tristem sensationem, rigidumq; affectum, aut facultatis sensitiuæ, motiuæq; inexorabilitatem in loco portendere videtur.

¶ Stupor dispositionis, non loci conturbati vestigium arbitratur:

¶ Caro quæ in lacertorum medio contexitur, non simplex caro, sed cum filis subtilissimis & neruosis coniuncta reperitur.

Itaq; citra dolorem pulsare, ad solas arterias pertinet, animali etiamdum bene valente. Vbi vero ingens oborta est inflammatio, vel erysipelas, vel abscessus, arteriarũ pulsum cum dolore sentimus, quum antea per bonam valetudinem, neq; cum dolore, neq; sine dolore ipsum sentiremus: Etenim res ad hunc modum sese habet: Duabus præcipue occasionibus, vehemẽs dolor inflammatis partib⁹ infertur,ã quum mouentur, aut quum a re quapi, comprimuntur. Inflammato igitur omnino musculo, duplici modo, productis arteriis, dolorem sentimus. Nam & mouẽtur, & ab adiacente carne comprimũtur, & ipsam comprimunt. Atque hac ratione partes inflammatæ pulsant, quem veterrimi quiq; solum vocant pulsum. Posteriores vero omnem arteriarum motum, quem sensus percipere posset, similiter nominauerunt. Sed non protinus stupide pulsare, inseparabiliter, aut omnino proprie, ad musculos pertinet. Quum ne pulsare quidem cũ dolore pulsu id omnino (vt dictum est) declarante. Nam in scirrhis, & œdematis, qui proprie tumo-

tes appellantur, atque in intemperantiis quæ sine tumore consistunt, motus arte-tiarum dolorem haudquaq̃ excitat. Ac ne per inflammatos affectus quidem, nisi quum maiores effecti sunt dolor infestat. Quinetiam sine musculo, arteria inflam-matorium sustiuens affectum, ipsa per se cum dolore pulsat. Dico autem infláma-matorium affectum, vt simul cum inflam-matione & erysipelas, & abscessus intelli gatur. Huiusmodi igitur affectuum, quũ maiores fuerint, pulsus accidens esse cẽ-setur. Quod si aliquando in iis pulsus, ipsi scilicet laboráti, stupidus esse videa-tur (hic enim stuporis affectum sentire po test) tum scire licet dispositionem in mu sculi neruis consistere, sed ita consistere, vt ad paralysin, id est resolutioné, tẽdant.

COMMEN: III.

GALENVS de dolore contemplaturus quũ ipse sub se non vnicam constipat absurditatẽ, sermone habito de vna turbatione scilicet de rigido dolore: hodierno in tex: aliam eius dif ferentiã vt pulsatiuo pquirere liquet: In pri

mis pulſationem citra triſtem ſenſationem arteriis tantum impartitur:& hoc mortali inuiolato viuente: quare hanc appendit conditionem, explorat: quoniam ſi calidum vt flemon innaſcitur apoſtema, tunc arteriarum pulſationem ſentimus cum dolore, eo ꝙ quã do corpus integrum erat. nequæ cum dolore, neq; abſq; ſentiebatur: & ex hoc innuere pergit, dolorem pulſatiuum corpori conturbato ſolum gratificari: ❡ Et pro horum eximiori luciditate animum adhibe, ꝙ dolor pulſatiuus in apoſtemate minime concitatur: niſi quando inflammatio in regione arteriarum congeſta fuerit. (Etenim) quibus inſtigationibus dolor intollerabilis calido in apoſtemate germinat, eſſe profitetur: & quum commouentur, vel, a re aliqua coarctantur: vti in muſculo meditatur, quãdo enim a calido detinetur apoſtemate; dolor bifariam tundit. Arteriis productis ſeu diſtractis vno modo quando arteriæ mouentur & dilatantur: ❡ Secundo cum, a circundante carne præmuntur, & tali filo partes inflammatæ, a pulſatione cruciantur, Et huiuſcemodi pulſatio, a variis varie nuncupatur, ſeniores vero pulſum, recentiores vero omnem arteriarum motum, quẽ ſenſus attingere poſſet. (Sed non) duo ſcilicet ꝙ ſtupida pulſatio minime, a lacerto inſeperabilis,

seperabilis, nec propria: Secundo haud dolor pulsatiuus lacerti est peculiaris, denudat: Primum cōprobat schirris, vndimiis, calido apostemate vigentibus, arteriæ motu pulsatiuo, & citra dolorem concitantur: ita ꝙ non minimus in eis dolor insurgit: Quamobrem stupida pulsatio, a lacerto minime in absolubilis: præterea aliud absoluit, cum calidum apostema fuerit immensum, tunc arteria sola sine lacerto cum dolore pulsat: Qua de re pulsatio acerba magis propria arteriarum quam lacertorum. (dico) tria asserit, in primis ꝙ quando calidum promulgat apostema: vt cum flemmone, erisipilas, & abscessus vna senties: Secundo ꝙ cum affectus dicti idest apostemata calida abstruuntur: tunc dolor associatur pulsatiuus: & ex consequenti, pulsus accidens censetur: quum ob apostematum in crementum prodeat: Tertio si in his scilicet supra recitatis conturbationibus, a cubante stupida sentitur pulsatio. ita ꝙ languens eam denunciauerit: Tunc obseruare cogitur, ꝙ neruus qui eo in lacerto colligatur, afflictionem compatitur, quæ ad paralaxim festinare præsagitur.

Ex his hæc excerpuntur memorabilia.

Pulsatio incōtristabilis tantū arteriis largitur.

Dolor pulsatiuus corpus ad affectum solum refertur.

¶ Pulſatio torpida, a laborante prædicabilis, futuram vaticinatur paralixim.

QVIPPE ſtuporis diſpoſitio, inter reſolutionem, & integram valetudinem media eſt. At pulſus cum dolore factus, ſequitur inflammatorios affectus notatu dignos, idq; ſemp in ipſis arteriis, atque in continentibus ipſas partibus, quas & ob anguſtiam præmunt, & quum attollūtur, modo pars affecta ſentire nata ſit, veluti percutiunt. Ergo neque in peripneumonia, neque laterali morbo, dolor pulſatorius euenire poteſt, idq; ob partium naturam. Nanque pulmo ſenſum nō habet, morbus vero lateralis membranæ coſtas ſuccingentis morbus eſt. quæ vbi coſtis quidem vicina eſt, neceſſario comprimitur. At media ipſius pars cōprimi non poteſt, ſed inflammationis duntaxat ratione dolet. Atque in hoc ſpatio arteriæ ſunt, quæ per intercoſtalia vocata ſpatia, & per craſſas, laxasq; laterum partes extēdūtur, ac in profundo magis deliteſcūt, & ſuccingentem coſtas tunicā haudquaquam attingunt. Harum igitur arteriarū

motus in morbo laterali ab ægrotãte sensu non percipitur, tantum abest vt ei dolorem inferat. Nihilominus inflammatis interdum intercostalibus musculis, arteriarum productionem, dolorem inferre necesse est. proinde laborans ipsum facile percipiet, atque pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflammata pulsationem. Ob hanc quoque causam, vbi vehemens fuerit pulsatio, suppuratur particula, consequente suppuratione ingẽtes duntaxat inflammationes. Constat igitur ex his quæ iam diximus, quod pulsatorius siue pulsatiuus a medicis vocatus dolor, per inflammatorios affectus fiat, atque in corporibus sensibilibus idq; vel per se vel proprie vel primario affectu in arteriis (nominet enim quilibet vt voluerit) in reliquis vero partibus sensibilibus omnibus, per cõsensum, eo ꝙ a vicinorum contactu premantur, neque in hepate, neq; in renibus vnquã huiusmodi pulsatio apparet, quoniam nullus per totum corpus ipsorum neruus dispersus est, neque etiam ꝑ pulmonem.

COMMEN. IIII.

QVVM antecedenti in litera pulsatiuo de dolore indefinite certamen concitauerit princeps: in præsentiarum vero id exigere instat: (quippe) quid enim sit stupor, examinat: quoniam media dispositio inter mollitiem, & probam valetudinem intitulatur: nam non terminata resolutio opinanda, quia tunc nomen paralexis obtineret: minime etiam decens simetria, cum pars contristetur, sed neutralis dispositio munienda. (At pulsus) succedenter complura aperit: Primo ꝙ pulsatiuus dolor calida apostemata, dico magna, non autem parua conceptatur: & hoc propter eximiorem putredinem in eis congenitam: Secundo ꝙ ad arterias, atq; carnem eas ambientem referre non alienum arbitratur: quia caro eas præmit, & cum dilatantur, pars vexata apta est sentire veluti iactāt: Tertio ꝙ in peripneumonia, morbo laterali, ipsarum sedium proprietate, minime dolor pulsatiuus gigni pōt: cū pulmo sensu sit orbatus, morbus vero pleureticus membranæ costas succingentis affectus exponitur: vnde arteriæ in spatio thoracis constructæ, per intercostalia nominata spatia, & per crassas, lassasq; laterum partes

cõtrahuntur: & in alto magis subterfugiunt, ac membranam costas succingentem, nec plan gere queunt: & ideo in pleuritide licet dolorem, non tamen motum arteriarũ laborans se sentire confitetur. Quarto tribus in formis; ex apostemate in costalibus ingenito dolor pulsatiuus sentire potest: vel quando musculi inter costales inflammantur: aut in apostematis mole: & quandoq; cum particula apostemata, in deprauationem festinatur: ita q̃ suppuratio paciscitur. (Constat igitur) quæ supra orsus est, recogitat, q̃ dolor pulsatiuus, a medicis dolor nuncupatus, ex igneis serpit apostematibus. ℂ Et corpore insensibili, vel per se, aut proprie residere comperitur: & hac de re non in iecore, aut renibus minime aliquo in tempore huiuscemodi pulsatio cospecta fuit: quum haud vnus per eos disseminetur neruus. ℂ Et arteriarum primarius affectus pulsatiuus dolor, aliorum vero sensibilium per consensum exprimitur.

Ex his hæc excitantur disserta.

ℂ Torporem inter paralaxim, assertamq; in co lumitatem mediare enarratur:

ℂ Tunditum quidem dolorem igneis ex apostematibus impelli, locisq; insensibilibus deuinci, & iccirco renes, pulmonem, iecur ab eo deploratos esse dicit.

❡ Renes iecinorem, pulmonem sensu nudatos esse autumat.

❡ Morbum lateralem membranæ costas succingentis afflictionem esse, assignat.

❡ Dolor in apostemate pulsatiuus pullulans, eius deprauationem testatur.

❡ Dolorem pulsatiuum principaliter, proprieque arteriis, aliis vero sensitiuis per consensum gratificatur.

QVOCIRCA grauitas in ipsis sentit, quum tumoris præter naturam genus aliquod, ea infestauerit: Nam in horum viscerum quolibet, adiacens membrana, per quam neruus dispergitur, sensu potitur. Quia vero a tumore qui est in viscere, ipsa extenditur, doloris speciem appellatione dotauit. Proinde Hippocrates primus omnium scripsit, in renē dolor grauis. Post hunc vero optimorum medicorum non pauci, non acuti doloris, sed grauitatis sensum in prædictorum viscerum inflammationibus fieri dixerunt. Enimuero membranas, vt quibus nullæ sunt arteriæ, non pulsare rationi consentaneum est, quemadmodū neque cutē,

etiã si vehemens adsit inflammatio. Atq; eadem ratione, neque adenes, quibus nullæ sunt arteriæ. Etenim huiusmodi partes, quum inflammatæ sunt, vnico dũtaxat doloris modo vexantur, extensionis. Quippe huiusmodi doloris species, a nullo sentientium corporum, in huiusmodi dispositionibus separari potest.

COMMEN. V.

HAC in oratione, quæ sedes grauatiuum dolorem compatiũtur, quæ vero tergiuersantur, prosequitur, dicit enim ꝙ antedicta viscera puta renes, iecur, pulmo, quum a tumore præter naturam delirant: tunc extensio eos dilacerat, hoc ex neruo per eorum membranas disseminato, eis sensum impartiente, sedet animo, quare talis sub aliqua doloris spetie scilicet gulosa muniendus: hoc ex Hippocratis promulgatis indicat, qui in renem dolorem grauem erogauit: ac idem cõplures alii medici, supra assertorum, dolorem cum, a calidis dilacerantur apostematibus minime acutum, sed lupinum esse prædicant. (Enimuero) quæ partes dolore, a pulsatiuo exterminantur pandit, vti membranæ, cutis, adenesq; etiam si in

credibili detineantur calido apostemate: cũ arteriæ haud in eis conglobatæ reperiantur: quarum iactatiuus dolor peculiaris scribitur: sed cum huiuscemodi partes tumidæ igneantur: vnica doloris specie puta extensiuo lacerantur: qm̃ nullũ sensibile tali orbari efficit:

Ex his hæc surgunt commoda.

¶ Locos sensibiles ab inflammatione dissipatos, dolor importunus, seu extensiuus tantum conturbare apparet.

¶ Renum, iecoris, pulmonis dolorem grauatiuum esse testatur.

¶ Membranæ, cutis, adenes etiam si ab inerrabili corripiuntur inflammatione, dolorem pulsatiuum inescare, nequaquã cõspiciuntur.

RELIQVAE vero doloris species, quibusdam partibus accidere possunt quibusdã non possunt. Igitur meminisse eorum semper oportet, ac cognoscere singulorum locorum naturam. quinetiam intueri, quis vnicuiq; parti modus doloris peculiariter conueniat, quis vero cõtra. Proinde resumentes, rursus ipsos dicamus. Quippe vnus doloris mod⁹ est, q p inæqualem temperiẽ in affecta parte cõsistit, vel nulla re ipsam extrinsecus attin-

gente. Alius qui ob tensionem fit, nõ soli affectæ parti proprius. vt qui vicinas partes interdum afficiat. Est item dolorq a tangentibus duntaxat, in affecta particula generatur, quum videlicet compressa, vel contusa vel a re quapiam superueniēte vulnerata dolet. Atq; is doloris modus, qui ex motu ortum habet, quemadmodum pauloante de arteria dictum est, a re quadam media dolorē afficiente pēdet, etenim q̄ per se mouetur pars, tendit & ad vicinas accedens, comprimitur interim, & contunditur, & vulneratur. Si vero nulli inciderit, eam sola tensione, dolere necesse est. Veluti partes omnes, ab aliis motæ, si nihil extrinsecus ipsas tangat, nullo, p̄tereum qui necessarius est, dolore afficiuntur. Cæterum alibi me frequenter dixisse memini, primas doloris species duas esse, quum affatim tēperies alteratur, atq; quum soluitur cõtinuitas. Quæ cum iam dictis haudquaq̄ pugnare videntur. Nanq; pars intenta, aut compressa, aut contusa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis solutionem. Neq; enim quum acu quispiā vulneratur, alio affe-

ctu laborat, q̃ si ab acri humore facta fuisset erosio, vtpote per vtrunq; affectũ corrupta continuitate. Igitur non eandem doloris speciem excitãt, mordax humor, & plurimus. Nam ille rodendo dolorem excitat, hic vero tendendo, flatuosi spiritus exemplo, ac veluti vrina vesicam intendit, quum non redditur. Verum in erysipelate, & inflammatione, atq; in totum in affectibus inflammatoriis, non solum quia intentæ sunt, partes laborant, verum etiam quia intemperantia affectæ sunt, ac ne hac quidem, exiguam, ad dolorem inducendũ, vim habente. Id quod declarant hi, qui per vehementem hiemem profecti, manus ad ignem affatim calefacere tentant. intolerabilem nimirũ sentiunt dolorem, & quidem maxime in vnguium radice.

COMMEN: VI.

DE reliquis dolorum speciebus vt eucrasiali, extensiuo, frangitiuo, pungitiuo, compressiuo consilium afferre princeps insudat: (igitur) quodam medico oportunum implorat

theorema videlicet: q cuiuſcunq; naturam ſedis haud præterire, ac etiā quis vniuſcuiuſq; extat dolor perſpicere debet(. Quippe)doloris modos percuntari auſpicatur, & imprimis complesſionales, qui per particulæ ſua a naturali modeſtia receſſum, aut nihil procatarticum alterans producitur. ¶ Secundus extenſiuus fertur, qui non modo ſedem refragatam, immo aſſociatas partes contriſtari ſolet. ¶ Tertius compresſiuus, vel contuſiuus nuncupatur: & hic non niſi aliquo ab externo tundente vt lapide vel aliquo: aut comprimēte naſcitur: nam cum aliquod occurrens affligit, tunc locus acerbitat. ¶ Quartus eſt dolor, qui ex motu molitur, a re quadam media vexante in latus: vt cum ſedes aduerſata per ſe commouetur, extenditur, & affines ad partes accedens comprimitur, vel contunditur, aut pungitur, & ſic de crudelitate conqueritur: & ſi hoc per cognatarum partium tactum nō exequatur, ſaltē ab eius extenſione haud reuocatur: & ſic membrum ob motum condolens, dolor extenſiuus perhibetur. (Cæterum) quæ in xii. methodo med. prompſerat, hic denuo reconciliat: q principales acerbitatis ſpeties geminæ ſcilicet quando vbertim eucrasſia alteratur, & quum ontinuitas diſſociatur, ſcribuntur. (Quæ) q hæc promulga-

gatis minime aduersantur exponit: qm̄ locus extensus, aut cōpræssus, vel cōtussus, aut vulneratus indignatur, quia spōtanea cōtinuitas disturbatur, neq; enim plura is appendit: & ꝙ continuitas sicut ab acu, pariter succo ab acri secatur: Secundo ꝙ mordax succus, & copiosus, haud eandem doloris spetiem in lucem prodeunt: quum prior sua iniqua qualitate abrasiua, succedens vero per vim extēsionis, vt in spiritu alitoso, vrinaq; incensiua lineat: cum antecedens suiq; redundantia grauitet: alius vero ignietatis sue taliter vesicam lædit, vt vrinam minime retinere permittat. (Verum) causas acerbitatis inflammationum, binas esse, & partis extensionem, necnon & intemperantiam annectit. (ac ne) immoderantiæ facultatem, in dolorem subministrando, eximiam esse exprimit: vt qui ingentem per hyemem pergentes, attestantur: hi enim nimis refrigerati, cum manus ad ignem abunde concalescere compescuntur, immensam sentire dilacerationem, & præcipue in vnguium fundamento, & hoc minime ex alio quam intemperiei gelidæ in calidam festinatione profitentur. ¶ Sed pro efficaciori supradictorū euidentia, aliqua astruere non alienum esse censui, vt quem ac quot dolorem in loco gignere possunt: de quo varii varia sentiūt: quo

niam Galenus non modo in expositis binas esse molestiæ causas olfecit, immo quarto de simplici medicina cap. primo: calidum, frigidumq; vt continuitatem partiuntur, tristem concitant sensationem asserit: frigidum contrahendo, & constringendo, calidum aut fundendo, dissoluendoq;, & hoc conciliat, qa caliditas & frigiditas minime molestiam lactant, nisi quum in tantum exundant, vt continuum seiungere possint: & Hyppocratis decreto exploratum haberi indicat, quum exclamat, frigidū vlceribus mordax quinta parte a foristica com. xx. sit vlcus aliqua in parte, quæ aeri exponatur frigido, ea pars a frigido mordicari liquebit: si vero cutis tali frigido aeri impellatur, quamuis sensitiua, non mordicabitur: quia frigiditas illa eo in vlcere, quod est in parte carnosa rara continuitatem disiungere potest: quod in cute minime, quum densior existat: si autem illa frigiditas fortiter augeatur, etiam cutem disturbabit: & in libro de inæquali intemperie, alteratio a calido, frigidoq; machinata, haud dolorem commouet, nisi ad tantum accessum accedat: quo continuum diuellat: quum sic dicat: namq; nō aer qui nos ambit, prius oppugnat, quā in modicum calorem, frigusq; conferatur: & ideo Hyppocrates omnes ægritudines esse quædā

vlcera nunciauit:& de egritudinibus dolorem producentibus sermonem habuit: hæc quantum ad affectiuum doloris: sed quantum ad qualitates: secundo de compositione medicamentorum capite primo a calidis enim frigidisq; humoribus vehemētissimi causantur dolores, a siccis autem moderatiores, ab humidis vero aliquis non nascitur dolor: ℂ Sed Auer. 3. collectū cap 31. ꝙ tantum mala a complexione & minime a continuitate diducta serpit: & ꝙ vnitatis dissociatio dolorem instigat, quia iniustam producit Eucrasiam: & suæ opinionis fundamentum taliter formatur, nullum secundum sensatum est impræssiuum inorganum vel insensum, nisi ratione primi, complexio principale sensatum annotatur, continui dimotio secundum, igitur cōtinuitatis discretio nec dolorem nisi complexionis ratione aduocat & sic iniqua Eucrasia solum doloris immediata causa ab eo excogitatur. ℂ Auicen. autem secunda primi cap. 19. referens, Galeni vero quum verificatur intētio, ad hoc eam inducit, vt essentialis causa doloris non sit nisi solutio continuitatis tātum, considerauit essentiam doloris, nō medice loquendo: sed veritatem inuestigando, quam quidem medicus non considerat: vnde ab vtrisq; ortum habere Auicen. opinat, sub

infert etiam q̄ actiuæ qualitates exuberātes, dolorem afferunt: sed passiuæ nequaquam, quum virtutem recipiendi, & non suggerendi impræssionem possident, quare explicat, q̄ siccitas accidentaliter dolorem præstat, quoniam ad excessiuam siccitatem, quandoq; doloris causa consequitur scilicet continui sepe ratio, vt de labiorum, linguæq; fixuris, non siccitatis, sed constrictionis vi sedet animo, sed humida neq; per se neq; per accidens nisi sui multitudine crudelitatem præbet. &c.

Ex his hæc perficiuntur mandata.

¶ Præcipue doloris species, alterationis raptim conflexio, & vnitatis disturbatio implorātur.

¶ Corrodentes succi qualitate, eorumq; quanti tate acerbitatem impartiri videntur.

¶ Inæqualem Eucrasiam haud modicam vim, dolorem excitandi amplecti'autumat.

¶ Sedes corporis quæ vel extenditur, aut coarctatur, vel percutitur de dolentia non iactat, nisi quia eius vnitas diuellitur.

PORRO memini, mihi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt videre mihi viderer in intimo ventre terebro perforari, in eo potissimum spatio, per quod a renibus ad vesicam vreteras scimus extē-

di. Iniecto deinde rutaceo oleo quum id paulo post excernere tentarem, excreui simul grauissimo cum dolore, humorem vitreum a Praxagora appellatũ. quippe vitro fuso, tum colore, tum substantia, haud absimilis erat. atque id aliis quoque accidere conspexi. Quod vero hic humor sit frigidissimus iam a Ptaxagora dictum est, qui ob hoc vitrei nomen ipsi imposuit. Id enim haud obscure percipitur sensu tactus tum ipsorum qui illum excernunt, tum aliorum, si quis confestim ipsum tangere voluerit. Sed dignũ vtique admiratione est, quomodo frigidus excidere possit, neque ab excretionis violentia. quum excidit, calidus euadat. Equidem putabam lapidem in altera vreterarum impactum, adeo erat, vt mihi videbatur, doloris ipsius species perforanti similis: Atqui vacuato humore, doloreq; sedato, manifeste constabat neq; lapidem fuisse cãm, neq̃ in vreteris, aut renib⁹ locũ fuisse affectum, sed in intestinis potius, præcipue vero crassioribus. Neque enim vt a tenui corpore, breui temporis spatio exire poterat, sed a profundo quodam

do quodam & quidem crassiori corpore, quam sit tenuium intestinorum tunica, ferebatur. Huiusmodi dolores omnes fere medici colicos nominare videntur, quanquam ab ea parte qua dolor sentitur, nullum indicium sumi potest, ꝙ magis colon ꝗ tenue intestinum dolor afficiat. Nam huiusmodi dolores, perinde ac si terebro partes perforētur, molestare solent, narrantibus ita infirmis. Sunt alii dolores per quos palus videtur infixus, qui & ipsi corpus affectum crassum motu esse significant. differunt autem inter se, aut multitudine, aut crassitudine, aut rei dolorem facientis potentia, siue ea humor fuerit, siue spirit⁹ flatuosus. quippe paucus plurimo, & tenuis crasso, & permanens moto, minorem dolorē excitare solet. Atq; qui ad vehementem refrigerandi vim haudquaquam accedit, vehementissime refrigerāte minus cruciat. Verum hoc doloris genus, ad crassum intestinum referendum est siue palum ibi infixum, siue terebro perforari locū quis putauerit.

COMMEN: VII.

DOLORVM aborentiis in vniuersali promissis : subsequenter eorum in lineamentis scientiam magis obuie diffundere laborat. quare acolica acerbitate, & hoc tanq̃ a dolore nimis vulgari exorditur : sic igitur in se ipso similitudines explorat: vbi aliqua enarrat, & molestiæ immensitatem, quum dicit vehementissimum, & locũ affectum, quãdo exprimit spatium inter vesicam, & poros vritides, necnon & methodum medendi, quum oleo rutaceo, & crudelitatis effectiuam causam, quum loquitur, humor egressus fuit vitreo similis, & in substantia, & in colore, qui a prassagora vitreus succus, & frigidissimus ꝑdicatus fuit, sed mirum erat quomodo frigidum deiiciebat. (At qui) ꝙ ex superuacuis, vt ex succo eiecto crasso, & dolentiæ lenitatæ, tria & affectum scilicet: colicum dolorem, & sedẽ affectam videlicet: crassa viscera, vt colon, & nõ poros vritides, vel renes, & causam enim non lapidem probauit: (neq; enim) locum refragatum euidentius exponit, quoniam crassum intestinum, minime subtile, nam talis gelidissimus, crassus'q; succus a tenui, n corpore; & breui temporis spatio, haud liberari, non

nisi ab intimo quodam, & quidem crassiori corpore, quam sit tenuium viscerum, potestatē habuisset: (omnes) cōplura promulgat, & nomen passionis, quoniam colicos dolores cuncti medici nuncupare, loci obluctati ratione frequentant: quāuis nulla a laborante, ꝙ magis colon, quā gracile viscus affligatur, cōiectura decerpi potest, quoniam aduersati nihil aliud, nisi ꝙ dolores taliter eos dilacerat, ac si terebro partes consaucientur, itaq; solū molestiæ vehementiam modumq;, sed minime sedem affectam profiteri queunt: secundo aliam doloris absurditatem, per quam palus infixus apparet: qui crassum corpus & nō exiguum oppugnatum esse attestatur: Tertio dolorum dissonantias ex causarum quantitate, locorum, ac motus, quietisq; alietate examinat: quoniam paruus succus iocundiorem molestiam plurimo, & gracilis crasso, & pertinax mobili inflammare frequentat: postremo causam minus hiemalem, magis hiemali suauiorem grauitatem gigni: & talē: crassum ad intestinum erogandum esse claudit.

Ex his hæc innotescunt aperta.

¶ Crassorum viscerum crudelitates, quam tenuium, atrociores esse enarrat.

¶ Affectuum discrepantias, ex earum disparitate emergentes esse assignat.

¶ Copiosus succus, quam mediocris, & crassus quam gracilis, & perturbatio, quam immobilitas vehementiorem procreare dolorem assueuit.

¶ Colicam passionem, acerbam, molestissimam esse, regionem inter vreteras, vesicamq; ambientem, vitreo, aut consimili ex succo congestam, crassoq; in intestino compaginato, ascribit.

ATQVI huiusmodi dolores, ab eo quo lapis impactus est, discerni non possunt, nisi quis accidentia quæ postea consequuntur expectauerit. Quanuis ob huiusmodi ignorantiã, quod ad doloris mitigationem attinet, nullam laboranti noxam inducamus. siquidem vtriusq; doloris præsidia, omnia communia sunt, & quidẽ calorifica in primis, siue ea extrinsecus adhibeantur, siue iniiciantur. Deinde nisi mitigatus dolor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorem obtũdere possunt, aliquod adhibendum est, cuiusmodi est id quod a Philone institutum est. Verum si lapis dolorem excitauerit, ipse interdum solus, interdum vna cũ

cruore excernitur. etenim radit ea corpo-
ra per quæ transit, maxime si vel asper,
vel acutus fuerit lapis, ac si postea vrinas
inspexeris, sabulosa quædam subsidere
inuenies. Quod si in colo affectus consti
terit, neq; lapis, neque cruor, neque are-
na, sed humor aliquis, qualis iam dictus
est, subsidere videatur. Atque alia, quæ
ad affectũ intestinum pertinent, apparent
accidentia. Protinus enim inflatio quæ-
dam, & extensio, & flatus complures, &
tormina, & excrementa flatibus plena vi
debuntur. Ea autem discernere licet, si
super aquam natent, ac bubulo stercori
similentur, quin etiam cibi tum cupidi-
tas tũ concoctio, deterior euadit. & præ-
sens & præcedens & quæ sequitur. Ven-
triculum enim male affici accidit vt qui
parti primario affectæ continenter adhe-
reat. Insuper colicos nominatos affectus,
magna ex parte præcedit, & cruditas, &
spiritus flatuosus, & vomitus, & nausea,
quæ multo tempore inanis permanet, &
in præcordiis mordacitas, & fastidium, &
indigentia plurima. Igitur ex huiusmodi
quidem doloribus, ii qui vehementissi-

mi sunt, haud ab re in crassis intestinis cō sistere putantur. qui vero mitiores sunt, ex duobus alterum necessarium est, aut quod in his ipsis sunt, sed a leuiori causa, aut quod in tenuibus consistant intestinis. Sed qui mordaces sunt, a mordaci humore intestinum erodente fieri solent. Vnde dysenteriā semper huiusmodi dolores præcedunt, vtpote per quam intestina exulcerentur. quam vel solam, tum recentiores medici, dysenteriā nominānt, tum antiquorum non pauci. Ex his enim nonnulli, non solum hanc, sed aliā quoque quæ cruenta, ob excretorum speciē, nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum sincerus, plurimusqꝫ sanguis, interdum veluti limus & feces ipsius nō paruæ quantitatis excernitur. Verū hæc affecti iecinoris accidens esse censetur. Ea vero per quam sincerus multusqꝫ sanguis excernitur, vniuersum corpus plerunqꝫ euacuat, haud secus quam hæmorrhoides, aut muliebre profluuium. Verū de iis posthac rursus nobis agere licebit, nunc ad dolorum species nostra redeat oratio, eas enim in hoc libro ꝑsequi po-

tisſimum propoſuimus. Igitur iterum in cipiamus ab eo dolore quem punctoriũ vocant. qui circa membranas potiſſimũ conſiſtit. ipſius affectus veluti radice eo loco fixa, vbi membrana pungitur, dolore vero circa eum circulo latius ſe fundẽte. Atq; hoc modo in laterali morbo dolorem punctorium eſſe, vt in inflammatione pulſatiuum, apud omnes fere medicos in confeſſo eſt.

COMMEN. VIII.

DE Colica afflictione per acta denudatione, in pſentiarum conjecturas, colicam moleſtiã, a lapidea diiudicantes, per vulgare profexus eſt: (at qui) normam aperit partientem, quæ ſonat, q̧ futura ſint homata prorogare neceſſitatur. Si doloris ſcientiam vẽdicari expetis: verum hac temporis intermittentia, adminicula dolores mulcentia accelerare committit: quæ bifariam excogitantur, aut calefacientia, ſiue intra, vel extra maturẽtur, cũ vtriſq; ſubueniant: Aut ſi hæc minime dolorem exorare vim poſſident, ad hebetantia concurrere, vt philonium oportet. ¶ Pro horum illuſtratione gemina obſeruare ſcilicet quomo-

do calorificam grauitatem placant:& quando obtundētia in hibēda, censui: Quæ princeps variis in locis asserere persuasum habetur, vt com. primo.2.de regi:vict. q̄ euaporantia rarefaciunt cutim & subtiliant humores, & xiii. metho. med. cap. ii moderate calefacientia, vtroq; modo succurrunt, quando dolorē cessare faciunt, & q̄ in particula continetur euaporant. Et de vsu soporiferorum ipsemet & xii. meth. med. affatur: quum minime eis fungendum, nisi in euitabilis compescat necessitas, vt ibi per te perquire. (verum si) accidentia ægritudinem insequentia lapideam exprimit: profecto lapidis finis, quandoq; in associatus, aliquando cum cruore conexus; & hoc cum lapis asper, vel acutus fuerit: quare partes coartatas, per quas laboriose pertransit: abradit, & excindit, & sanguinis emanatio germinat vnde si postmodum lotium perspicies, sabulosa quædam residere cōperies, & hoc vestigium grauitatem esse lapideam denunciat. (Quod si) eadem in colica exponit: quoniam si passio colicaris dicitur, tria explorat accidentia, quædam eam abhorrentia, vt lapis, penitus ab ipsa exterminatur. ¶ Aliqua vero eam concomitantia, vt pituitæ frigidissimæ inferiorem per sedem, non autem cruoris aut arenæ explicatio: necnō inflatio, extē-

sio,& plerique flatuosi spiritus, tormina.i.tortio,& profulgata flatuosa exundantia procella, apparebunt: quod vnico ex indicio veluti ex eius super aquam commoratione, internoscere prædicat. ¶ Nonnulla.n. quæ ipsam antecedunt, etiam in propatulo reuocat: vt alimentorum & optatum,& concoctio, quoniã deterius non modo in omissa, immo etiã hac tempestate moliuntur: & hoc ventriculi quũ primaria sede aduersata, copulatione: vnde vt plurimum cruditas, & aura flatuosa, vomitus, nausea, in pcordiis mordacitas,& cætera præcedere assueuerunt.(Igitur) ex crudelitatis robore, imbecillitateque; obluctata viscera instat: quoniam si eximia fuerit, crassa alienata esse arbitrandum:& hoc haud a ratione dissociatum quoniam crassus succus atrociorem, quã tenuis commouet dolorem, quare si his crebrius in priori, quam in succedente compagi netur: dubitatum absoluitur. Sed si temperatior sentitur: vnum binorum, aut causam dolorificam crassis in intestinis locatam, modicam esse: aut quod in gracilibus constringit, gloriari oportet:& quum hoc acerbitatis qualitatem ex succi qualitate innasci, vt mordacem, a mordaci iactat (vnde) aliqua de dysenteria, & causa, quia succi mordaces intestina abradentes, necnon & consimiles dolores

perpetuo antecedunt; Secundo q̄ non modo recentiores, immo vetustiores hanc p̄cipuam dysenteriam inscribunt. Tertio q̄ aliqui, & in p̄sentiarum promulgatam, cruentosamq́;, dysenteriam perhibent: & hoc ex eiectorum specie: (nam) hanc postremam sententiam princeps lacessere videtur: re vera sanguinis in feriorem per sedem liberatio, haud sanum indicium ad dysenteriam indicandam existit: quoniā quandoq; syncerus, copiosusq; cruor, quandoq; vtillimus, & fæx ipsius, nec nimiæ quantitatis excluditur: qui iecur conturbatū, esse, minime autem viscera testimonium reddit: quū hoc quid huiuscemodi cruor p̄sagiat, diuellit, nam exuberantis, synceriq; sanguinis euacuatio, totius euacuationem corporis vti hæmorrhoides, aut mensalis fluxus, portendit. ¶ Sed hic sermo quarta in particula com. xxv. promptis oppugnari apparet: quæ taliter canunt, sanguis supra quicunq; fuerit malum, infra per hæmorrhoidem bonum; quando niger euacuatur, hoc est quando hominis natura multum talē accumulauerit sanguinem. Aliter autem non est assuefaciendū ei, quæ fit per hæmorrhoides euacuationi: quæ periculosam habet vtramq; immoderantiam, siue supramodum sanguis exernatur, siue ex toto supprimatur: sic igitur cruoris per

in ferius exitus, si niger fuerit, non autem syncerus extollitur. ¶ Huic ambiguitati bifariā dubium pensitari valet: vno quidem modo q Galenus hic de sanguinis vniuersali euentu eloquit, ibi vero singularizat ad hæmorrhoides. ¶ Secundo omni in euacuatione senex noster Hyppocrates gemina perpendere, & conferentiam, & tolerantiam imperat: vnde si sanguinis per inferius finis, etiam q syncerus, copiosusq; defluat conferentiam, tolerātiamq; corpus vendicare videtur, vt in compluribus sanguine affluentibus multoties cōspexi: tunc corporis probam euacuationē esse non ignoras. Si vero aduersa, virium destitutio, aliaq; iniqua sinthomata consequuntur: eo tempore non corporis euacuationem, sed malle detrimentū decernere peropus est, & de his dictum sit in tantum: ¶ Ad pristinum reuocat se colloquiū videlicet, ad dolorum, & præsertim ad pugnitoriū, de quo haud singulare, & cuius sedis peculiaris existit; quia membranarum costas subcingentium, ipse vero huius acerbitatis radices tenentur. Et q vti in flemmone dolorem pulsatiuum, pari passu affectu in laterali pungitiuam dolentiam roborari refert. ¶ Et hæc enunciata, a crimine non relegari videntur: nam cum inflāmatione non semper tū siuus dolor: Sed cum

pleuritide perpetuo pungitiuus &c. ¶ Pro enitentia tuum adhibe animum q̄ plauditiuus dolor tripliciter flemmonem con comitatur, aut quando vehemens, aut quum deprauari instruit, vel quando locis in arteriosis compaginatur: aliter vero nequaquam vt superius etiā apertum fuit: & sic de inflammatione tali via pensitata, princeps laterali cum passione comparationem disponit.

Ex his hæc insurgunt mandata.

¶ Accessura si quidem accidentia prorogare necessitatur, si colicum, a lapideo distinguere curas.

¶ Summa intestinorum molestia, crassa viscera, iocundior vero quandoq; crassa aliquando gracilenta affecta esse asserit.

¶ Mordaces profecto grauitates succis, a sagacibus concitari videntur.

¶ Succos dysenteriam gignentes, facultatē mordendi, abradendiq; eorum sub impeiro habere orsus est:

¶ Syncerus, multusq; cruor p̄ inferius defluēs, quandoq; corporis euacuationem denuntiare apparet.

¶ Dolorem pungitiuum membranarum vnice, familiarem esse exponit.

PORRO membranosorum corporũ dolorem hæmodiæ, id est stuporis dentiũ, quid simile habere, vt Archigenes censuit, non est existimandum. nam ori duntaxat neque ei toti, sed solis dentibus & gingiuis hũc affectum accidere solitum obseruauimus, qui omnibus hæmodia dicitur. Cæterum hanc oratione explicare est impossibile, sed quum quispiam & austeros, & acidos cibos ingesserit, ita vt affectus aliquis sequatur in dentibus & gigniuis, eum in omnibus eundem esse credimus, siquidẽ videmus nos magna ex parte similes esse in affectibus tolerandis, ita vt ab iisdem causis, eadẽ sustineamus. Hunc quidem affectum in ore duntaxat fieri scimus. Sunt alia dolorum genera ab Archigene perscripta, quæ neq̃ dũ fiunt cognosci, neque dũ proferũtur intelligi possunt, veluti holcimos (id est tractorius) austerus, dulcis, leuitcr acut^9, rotundus viscosus, ferus, stringens. Atq̃ huiusmodi nomina in libro de pulsibus scripta posteritati reliquit, q̃ auditores nihilo doctiores reddere possunt, eo quod doctrina quæque propria deside-

tat nomina. Si enim de saporibus, aut omnino de propriis quæ lingua iudicãtur dissseramus, dicemus vtique austerum & acerbum & stringentem, & mordacẽ, & salsum, & dulcem, & amarum. Si vero de his quæ tactu iudicantur, humidum corpus & aridum, & calidum, & frigidum, & asperum, & læue, & molle, & durum, & acutum, & obtusum. Haud secus de his quæ visu discernuntur, rubrum, flauũ, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quod si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas auditorum intelliget nemo, veluti de astringẽte, aut austero dolore, quippe fieri non potest, vt quid sit dulcis dolor, intelligatur. Nam dolor semper molestare laborãtem solet, atqui dulcia quæque iucunda sunt. Igitur quamuerissimum est, Archiginem circa medicæ artis opera fuisse studiosum, quo pacto tamen in huiusmodi nomina inciderit quum sæpenumero inuestigauerim, inuenire nõ potui.

COMMEN: VIIII.

ARCHIGENEM circa acerbitatū dissonātias princeps procul dubio lacessit: (porro) auspicato, marcido de dolore, ipse.n. hūc mēbranosisq; particulis tantum erogabat: cuius aduersum in dentibus asserit: qm̄ ori & haud vniuerso, sed dētib⁹, gingiuisq; vt austerorū acidorūq; alimētorū ex deuoratione liquet, solum impartitur: (Sunt) aliqua crudelitatū genera ab Archigene exarata, quæ dum gignuntur minime comprehendi, nec dum ꝓmulgantur, percipi queunt: vt austerus &c. (Si enim) cuiusq; peculiaria sensus sensibilia attendit, vt de gustu, tactu, visuq; sedet animo: (ꝗ si) innata sensuum sensibilia ad dolores vt Archigenes arbitrabatur, haud ad iudicare queunt: exponit, quoniam si eloquitur de dolore audibili, aut astringente, vel austero, nullus compilabit: pariter si molestiam ad dulce adaptare exquirimus, vt molestia dulcis, nemo subtrahet: quoniam dolor non iocunditatem, sed vexationem laboranti perpetuo subministrat: (at dulcia quæq; suauia existūt.) Quare Archigenis curam, circa artis opera medicinalis incredibilem fuisse claudit & non ab ratione, cur supradicta in crimina

incessit, perscrutatum fuit, quamuis nūquā absoluerit.

Ex his vnum furatur promulgatum.

¶ Rigidus dolor dentium, gingiuarumq́ꝫ, & nec membranosorum profecto locorum vt archigenes prompsit, peculiaris instituitur.

VIDEAMVS ergo quid manifeste ex ipsis colligere possimus, veluti pauloante de stupēti dolore iam fecisse videmur. Nam iustum est vt obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputentur, perinde ac si nunquam scripta fuissent. Quæ vero clara sunt iudicentur non ratione duntaxat, sed multo etiam præcedente experimento, quanquam huiusmodi iudicium perdifficile est, nam plerunque aliis nos credere oportet, qui suos affectus ob animi mollicem, neque cōsequi plane, neque si consequantur, eos enatrare possunt, aut quia oratione quid patiant̃ declarare omnino nequeūt (quippe non paruæ facultatis ea res existimat̃) aut quia affectus ipse in effabilis est. Ergo relinquitur, quod nemo singulorum dolorum species conscribere potest, nisi ipsemet passus fuerit, sitq́ꝫ medicus, qui interpretandi

terpretandi

terpretādi aliis facultatem habeat, & qui prudenter, & sine mollicie, comprehendere possit suos affectus, dum laborat.
Atqui nemo inuentus est qui per totum ætatis suæ decursum, omnes affectus sustinuerit, etiam si perquā morbosus fuerit.
Proinde non possum non mirari, quum eorū proprietates ab Archigene scriptas lego, ita scilicet ipso narrante, tanquam omnes passus fuisset, quanquam nō admodum morbosus erat. Archigenes. Si. n. vnam aliquam partem & infirmā, & morbidam habuit, non protinus omnibus laborauit, veluti nec reliquorum mortaliū vllus. Neque enim inuenire est hominem eundem qui simul & caput habeat infirmum, & thoracem, & pulmonē, & hepar, & lienem & ventriculum, & intestinum ieiunum, & colum, & vesicam, atque reliquas id genus partes. Videtur itaque Archigenes propriis quibusdam consiliis, & quidē dialecticis potius, quā affectuū ipsorum experiētia fulcitus, pro viribus dolorum species explicare voluisse.

COMMEN. X.

QVVM antecedenti in capite pigridam circa dolentiam arcessit: in instanti eundem, eoque cũctas acerbitatum naturas intimauit, obiicere constituit: (videamus) suam commouet intentionem, quæ profecto ex doloribus demi valet, perquirere fidem interponit: (nam) p̄ceptum decernit: nimirum obumbrata nomina, & in ambiguo destituta, vti nũq̃ exarata, auertere oportet: quæ vero, in propatulo elucent, gemina via, & rationali, artificialique; quamuis hæc (haud facilis factu) purgare hortatur. (Nam plerunque;) quod experimento committendum, tripliciter sciscitatur: tum quia animi ob pusillanimitatem nonnulli eorum detrimenta, neq; adipiscendi, nec etiam differẽdi vim habent: ¶ Aut quia sermone, eorum refragata conficere nequeunt: (quod eximie arbitratur virtutis). ¶ Vel quũ perturbatio inenarrabilis comperitur: (ergo) alia sui pro iudicii munimento p̄libat: quod nemo singulorum abhorrentias dolorum, nisi ipsemet fuisset dissipatus, referre valet. ¶ Secundo quod medici vim lucretur, vt aliis traducendi modum suppeditet. ¶ Tertio, quando exagitur, circumspecte, nec cum ignauia suas denunciet distur

bationes. ¶ Quarto suo vtiq; viuentis termino, vt vniuersas perpessus fuisset afflictiones, nec singularis, quãuis morbis profluens vitã degeret, probari potuit. his. n. affatis, Archigenem insimulat: quoniam naturas dolorum annotauit, ac si cunctas tollerasset: qui decenter crimini erogãdus, & quia nec quotidianis lacerationibus, sed malle in violationibus eũ nauasse, p̃mit. ac ẽt qa si aliqs aliquã ĩ sede corporis aduersatur, minime, quia cũctæ aliæ oppugnantur, gloriari oportet: sicut si vnus alienatur, nec ex hoc alios alienari, refert: Quamobrẽ vt vniuersæ corporis partes vna affectæ comperiãtur: vtiniq; Archigenes, dialecticis potius, quam vexationum experimento dimicauit rationibus, impossibilitatem p̃dicare, princeps efficit.

Ex his hæc subtrahuntur elocuta.

¶ Experimenti iudicium haud facile refertur:

¶ Nemo disturbationes ascribere concitetur, nisi prius eas tollerasse appareat.

¶ Nec vnus, vt cunctas durasset passiones; orsus est galenus:

¶ Si vnus corporis locus de obluctamento conqueritur, cæteros sospites arbitrari oportet:

¶ Vt omnes corporis partes associanter laceratæ reperiãtur: impossibilitatẽ explorare, ꝓ cõsexo apud Galenum habetur.

Quod ea quæ ab Archigene dicta sunt, aliqua vere & absolute & clare, alia omnino obscure imperfecte, indistincte & falso dicta sunt.

VErum vt studiosi maiori a nobis copia dotati recedant, proposita eius oratione, eos q in artæ excitant, moneo & hortor, vt quæ plane vera sunt, ea duntaxat eligant, ipsisq; credant: quæ vero ab iis abhorrere videbuntur, ea præteriri oportet. Igitur Archigenes quum reprehendisset Asclepiadem dicentem in articulari morbo neruum affectum, dolore haudquaq̃ cruciari, quod nihil omnino sentiat: carnem autem, quanquam non affectam, dolere tamen, vtpote a parte vicina compressam: Postea ad verbum ita scribit: Porro vasa vehementer compressa, capitis dolores sine inflãmatiõe obortos arcent, veluti prohibita in ipsa incursione, id qđ barbaricum vinculum tum maxime pficere potest. Sphacelodes vero hemicranias, dissectio eorum, sed maxime arteriæ circunscribit. quæ primo affecta, pulsatorium turgidumq; dolorem

inducit, ac rotunda euadit, horrorẽ plane excitans, quemadmodum venæ quidẽ varicosæ fiunt, nerui, vero intorti distẽdunt, ac indurãtur, atq̃ hi torpẽtes inferũt dolores, dura distẽtione cruciãtes, & profundos, & infixos, & angustiæ plenos & minime fusos. Membranæ in latum discurrẽtes & inæquales dolores excitant, atq; crebro ita laborãt, vt hæmodiæ, id est dentiũ stupori, simile quidpiã habeant, transmissionis videlicet asperitatem. Ita superficies quoq;, & mẽbranæ in media carne contentæ, plerunq; afficiũtur, quæ dilaniantes quoque dolores inferunt. Dolores vero a membranis ossa circundantibus dependentes, perinde affligere comperiuntur ac si in ossibus ipsis cõsisterent. A uenis graues, & detrahentes, & æqualiter irruentes dolores suscitant. A carne autem & fusi & laxiores. quapropter non adeo extendi videntur, sed arbitratur laborans sensum asperis quibusdam rebus impleri. Musculi carnis neruorumq; mixtura, tanquam propria substantia constituti, arteriarum quoq; in doloribus mixtionem præseferunt, stringen

tes (vt ita dixeris) & cum capacilatitudine intenti & torpide salientes. Ex reliquis vero vlcerosus quidem dolor, & in vlceribus leuiter acutus & maxime dulcis, & qui pruriginem inducere potest, ad superficiem pertinere videtur. Punctorius autem profundas partes infestat, infixus autem, cum sinus accesserit. Stimulans autem, partim eorum quæ in loco sunt, aliquid affectum esse declarat, partim cõtra, vtpote qui haudquaquam profundas partes occupat. Lacerans autem est qui in sinu consistit. Hic est primus Archigenis sermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conatur quomodo ex dolorũ differentiis partes affectæ possint inueniri.

COMMEN. XI.

ARCHIGENIS de crudelitatibus traductionem prosus exponit: etenim quodam in memoria reuocandum expedit hortamentũ: videlicet cunctos eius amicos, vt quæ veritate exundãt, lactare: aduersa vero abnuere obsecrat. (Igitur) in quibus Archigenes Asclepiadem obtrectauit, p̃init, quoniam Asclepia

dis erat ſententia, vt dolore in articulari ner uus conturbatus, haud acerbitatem ſentiret aliquam, quum nec modicum in eo colligetur ſenſus: ſed caro quãuis laniata minime eſſet, nihilminus parte, a circumuicina coarctata, moleſtiam habere pdicabat: (poſtea) verba Archigenis ſuoq; in libello celebrata promit, capitis profecto in dolore vaſa fortiter cohibita per grauamin is vim de dolore abſq; apoſtemate loquens, qa ſi caput grauatur, cruor ad ipſum decurrit, vaſorum ad coertionẽ moliens: quum, a nullo ad eo cruoris concurſus, aut inflammatio imploratur, vti a dolore, quemadmodum quinto metho. med. ipſe idẽ exarauit: quare ſi primarie, arteriales ad ſedes refugit: vnde ſpacelodes vero hemicraneas impellit, cũ diſſectio earũ eas ex ludere fertur: tunc ipſe contriſtate, coarptateq; indignationem tunſiuam, turgidamq; ſuggerũt; necnon in rotunditatem reiecte horrorem ſolicitãt: vti ad venas defluens, varicoſæ fiunt: Et neruis extenſionem, duriciem, nodificationemq; vendicant, dolores largiuntur rigidos in exorabili diſtentione dilacerantes, profundos, infixos, & minime fuſos i. ſolutionem habentes. ¶ Si vero iniuſti ſucci ad membranas deferuntur, dolores in latũ vagantes, inequalesq; commouent, & frequen-

tius hi taliter oppugnati, consimile dentium stupori compatiuntur. ¶ Externæ quippe partes, membranæq; media in carne contextæ, cum exagiuntur, molestias dilaniantes, inter mittentesq; erogant. ¶ Membranarum ossa circum ambientium, acerbitates taliter refragari, ac si in ossium essentia iactura resideret, persuasum habetur: ¶ Venarum dolores graues; extendentesq; & vniformiter vexantes ascribuntur ¶ Carnis vero dolor fusus, debilisq; existit, nec nimis extensus, & affligens, asperis a rebus dilacerari perpetuo iactat.

¶ Musculi.n. quorum macthinatio ex carnis, neruorumq; colligatione dependet, dolores compellentes, & moderata latitudine extensos, & pigride pulsantes sub imperio habere assueuerunt: & ita de reliquis. (puntuorius) qualiter seiuncti dolores diuulsas indicant sedes, secũ cogitat, vt pungitiuus intimas aduersari partes portendit, pariter & alii, hæc.n. Archigenes primo suo in libro de locis affectis construxit:

Ex his hæc indicuntur prospecta.

¶ Quæ haud falsa, ambiguaq; elucent deligere, tergiuersa vero floccipendere obtestatur.

¶ Discretas corporis sedes dissociatos diffundere dolores Archigenes exclamat:

IGITVR rursus ab initio ipsum diligentius. Sphacelodes, inquit, hemicranias vasorum dissectio circunscribit. Igitur quos dolores nominet sphacelodes, inuentu difficile est: non enim inter omnes conuenit, quid hæc vox (sphacelos) significet. Sunt enim qui dicunt ipsam vehementem dolorem declarare, alii tantũ inflammationis excessum, vt partẽ ad corruptionis periculũ inducat, quæ dispositio a nõnullis gangrena appellatur, Alii partis affectæ corruptionem ipsam, sphacelon dici volunt, Alii conuulsionem. Nonnulli non eam quæ fit conuulsione, sed quæ ex inflamationis magnitudine expectatur. Alii non simpliciter conuulsionem, sed neruosorum corporum quæ inflammatione laborant, Alii simpliciter fortem tentionem, alii putredinem. Ergo vocabulum sphacelodes, in iam proposita Archigenis oratione scriptum, ad tantam peruenit obscuritatem, vt nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquam in aliis libris medicorum nominũ enarrationem conscribente. Per verbum autem circunscribit, fortasse intelligeret

quiſpiam ab eo, veluti celeriter & ex toto ſanari, ac ſubiiciamus, vt ita dicatur. Cur enim ſe quiſquam torqueat, intelligere cupiens ea, quæ ne is quidem qui ſcripſit intelligi voluit. Deinde pulſatorium, & turgidum dolorem arterias inferre dicit, quum ipſæ videlicet perſphacelodes hemicranias primogenia affectione laborant. In primis itaq; qualis ſit pulſatorius dolor prius explicauimus, quãuis ante noſtram enarrationem, omnibus medicis notus ſit, ſiquidem ingentium inflammationum accidens ipſum eſſe perhibent. Turgidus autem dolor eſt, q a parte primario affecta, veluti a radice incipiens, celeriter in partes adiacẽtes tranſfertur. Id vero non ſolum in hemicrania, vt Archigeni placuit, ſed in cephalea quoq; vocata, euenire ſolet. Etenim in hoc nonnunquam arteriæ primario affectæ huiuſmodi (qualem dixit Archigenes) dolore vexantur. Ita vt fateantur nõnulli, vaſorum ipſorum ſe dolorem ſentire, id interpretari tentans, arteriam ſubhorrentẽ, fieri rotundam dixit.

COMMEN: XII.

QVAE ab Archigene de dolorum absurditate, cospecta fuere, studiosius percunctari pollicetur. (Igitur) tria detergere apparet, & eius si quidem propositum. ¶ Secundo spacelodes hemicraneas traducta, vasorum secatione, videlicet in temporibus compaginatorum demoliri testatur. ¶ Tertio spacelodes quas statuit crudelitates, compertu laboriosum arbitratur. Huius comspirat rationem, quū huiuscemodi vox sphacelos, a plerisq; dirupte vsurpetur ¶ Aliqui atrocem grauitatem, alii apostematis molem, & reliqua vt quere: Sic igitur quum hæc vox tot amplectatur abhorrentias secundum Archigenem, quid coniurare velit, exprimere aliquis haud inquiritur. (per verbum circunscribit) quomodo ab aliqbus exponi valeat, fatur. (deinde) quo tempore arteriæ plangitiuū, pigridumq; pulsant dolorem, promulgat profecto caput prius dolore asphacelodes emicraneus nūcupato, dissipari necessitatur: quippe plauditiuam dolentiam eximiorum flemonum accidentalem esse cuncti medici consentiunt: (turgidus) quid assertus dolor existat, denunciat: quoniam sua a parte primarie affecta exorditur, & alias ad

circunuicinas festinat: & hoc minime in emicraneas tantum, immo in ferta cephalea, quando arteriæ auspicali occursu aduersantur.

Et hæc intercipiuntur probata.

¶ Emicraneas vasorum sectionem deponere testimonium reddit.

¶ Tunsiuum dolorem, summis impartiri inflãmationibus, medici ꝑ cõfexo habere videnť.

IGITVR inquirendum est, vtrum, veluti per sphacelodes hemicranias, arterias ita affici dicit, ad eundem modũ de venis eum sensisse existimandum sit, quod per hunc solum morbum, varicum exemplo obtortæ sint, an hoc commune sit accidens venarum, vel quomodolibet affectarum, vel duntaxat inflammatarum. Ex eo enim, quod sermoni de venis, iungit sermonẽ de arteriis, par est, vt coniiciamus, de eodem affectu ipsum fuisse loquutum. Ex eo autem quod mox in vniuersum de neruis, atque de aliis huiusmodi partibus scribit, non adaptans vni morbo sermonem, ea ratione putandum est, itidem de venis quoque fuisse dictũ. Itaque in hac ambiguitate satius fuerit,

vt existimemus in eo sermone quem de hemicrania conscripsit, simul cum arteriis, ipsum venarum quoque mentioné fecisse, simpliciter vero reliquorum instrumentorum sine vllo distincto affectu, neque in neuis, neque in iis partibus, q̃ illos deinceps consequuntur, in quibus dixit venas, graues ac detrahentes, atque æqualiter informatos dolores inferre. Verum hæc nõnihil ambiguitatis continẽt. Quod vero deinceps sequitur, vbi dicit: Nerui vero distenduntur, & manifeste cõtorti indurantur, recedit ab hemicranica dispositione, definiens id in vniuersum ad neruos quomodolibet affectos pertinere. quod plane mendacium est: Neque enim quilibet neruorum affectus, ipsorũ essentiam indurat, atque intorquet. Sũt enim nonnulli, per quos laxiores euadũt nerui, quemadmodum per atrophiã manifeste. Quinetiam sæpenumero vbi nullam sensu perceptilem habent differentiam, ita vt exquisite sani videantur, nihilominus neque sensum neque motum præstant subiectis corporibus. Itaq; in solis fortasse inflammationibus, aut inflam

matoriis morbis, aut præter naturam tumoribus, dixit neruos & indurari, & intorqueri. Atque in iis quidem manifeste apparet neruos intendi. Nam & laborantibus ipsis, & nobis aspicientibus, intenti nerui apparent. quapropter nisi curentur, & conuulsiones & distentiones ad ipsos sequuntur. Atque omnium quæ in tumorem attolluntur, commune accidẽs esse videtur, vt intendantur. Nam & arterias & venas inflammatione affectas intẽdi vidimus: venas quidem, vbi per summa membra orta inflammatione pannus exurgit. Plerumq; enim totũ vas intentũ videt͡, ac rubere magis, & calere, atq; maiori dolore (si tangatur) affectum, ita vt satis constat totum inflammari, incipiendo ab ea parte, quæ primario affecta, vsq; ad alas, & inguina. Proinde recte dixerũt omnes fere medici, inflammatis partib⁹, accidit vt rubescant tendantur, renitantur, intumescant & doleant. Verum (vt diximus) non omnibus, sed his duntaxat accidit pulsus, quæ arterias habent notatu dignas & partem sensu præditam, vbi ad notabilem magnitudinem inflamma-

tio attollitur, tunc enim pulsatorium dolorem sentiunt laborantes, vel nullo existente sensibili vase in affecto corpore. Sed interrogabis me fortasse, quæ sint singulorum instrumentorum propria accidentia. Id vero iam antea neque semel duntaxat explicatum est, quod videlicet propriæ actionis noxa, qualicunque sit specie, cuiuslibet partis proprium est accidens. Neque enim aliud eis accidens, neque etiam noxarum differentias inesse necesse est. Nam differentiæ quidem variantur, pro affectus tum specie, tum magnitudine: Accidentis vero ad vitiatam actionem pertinentis siue genus, siue species, aut vtcunque nominare volueris, semper permanet. Cæterum satius fuisset Archigenem, qui omnia, via & ratione se explicaturum professus erat, abundantius hæc persequi, præsertim cum ab aliis negligentius essent tradita, quorum nō pauca, in plurimis aliis libris conscripsimus, quemadmodum & post hæc deinceps dicentur. sed breuiori quidem compendio, ea quæ exacte alibi fuerunt exarata. Longiori vero disputatione hic tra

ctabuntur ea, quæ alibi breuiori stylo percurrimus.

COMMEN: XIII.

GALENVS de Archigenis indignatis, hucusq; haud reiectus, easdē percurrit: (igitur) quodam euertendum antecedit, videlicet: vti psphacelodes hemicraneas arteriæ obluctāt: pari passu de venis eum eloqui censendum elucet: q hanc per passionem solum in eis varicæ prodeant: vel aliter, sicut varices.n. in venis vnice conglobantur, eadem coniectura, arteriæ hemicraneas imparticipanter vendicant: an hoc venis vniuersaliter, vbicunq; laniantur, vel inflammatis duntaxat adiudicatur. ¶ His decisis inuestigabile haud singulari suspitione diluit. ¶ Exordio eius de arteriis assentationem, tum deniq; de venis colloquium conceptatus fuit, igitur eius sermonem ad vtrasq; adaptari voluit. ¶ Secundo eius de neruis disceptatio, nec in vniuersalis extitit: quā ob rē pariter de arteriis ad venas coiiciē-dum. ¶ Tertio quoniam archigenes de hemicraneis exarans, quum arteriis raciocinationem, de venis reliquarumq; partium associauit: minime aliquo de pciso affectu pmulgās immo suam ad enarrationem reconciliatus,

venas

venas graues, fixosq; perpeti dolores explicauit. Sic igitur ex his eius contentionem ad arterias, venasq; conferentem esse staduendũ: verum nec ambiguitate purgatus. (quod) de neruorum disturbatione Archigenem criminatur: quum neruorum oppugnationes, distẽsiones, contortiones, indurationesq; p̃cipuas esse, p̃dicabat: quod indecorum esse iudicat princeps: Quã plures ꝑfecto neruorum afflictiones adhibentur, quæ eos nec distendunt, neq; in humanãt vt in atrophica passione certum habet: in qua particula familiares escas minime allicit: idem etiã in resolutione, vbi nerui molliciem lucrantur: immo quandoq; nerui nullam sensibilem delirant mutationẽ, aut acerbitatis, vel extensionis, ita vt fere inuiolati appareant & sedes ad quas cõferunt: quotidianus sensus, motusq; confluxus minime defertur: Quãobrem neruorum dissipationes in acerbitatem, distensionemq; puras esse hoc suspicari in honestum elucet (Itaq;) Archigenem p̃sidere inflammatur: quia condictione eius intimata vt neruus protrahitur, & exasperatur, in nudis p̃ter naturam igneis tumoribus, vel calidis affectibus, aut in apostematibus ex redundantia p̃ter naturam partes conculcantibus conspirat: quum in his nerui in trattabilitate, extensioneq; laborantes, cõ

ſpiciuntur: vt perſuaſum habet : Itaq; niſi in
errabilis adiiciatur ſedulitas, de ſucceſſura cõ
uulſione penitendum: nam duplex & de exun-
dantia, vel carẽtia aſcribitur: ſed ꝙ hoc haud
irrationaliter horrere opus eſt: exprimit q̃m
omnium ꝑternaturam tumorum commune
extat, vt affluentiæ impulſu maiorem conſe-
quantur dimenſionem: hoc.n in venis, arte-
riisq; diuellit: q̃m quum ab inflãmatione cor-
ripiuntur, eas intendi conſpeximus: nam in
extremis corporis locis inflammatione conge
ſta: panus.i. apoſtema partibus in adenoſis
emanari aſſueuit: vniuerſum quãdoq; vas extẽ
ſum, rubere, calere, atq; eximiori dolore di-
lacerari, ab ea auſpicando parte, vbi principa-
liter diſpendium germinat: vſq; ad alas & in-
guina pergens: (ꝓinde) ſedes, a flemmone
fractas, quæ veſtigia cõcomitantur, exponit,
ſcilicet: rubor, extenſio, aſperitas, tumor, do
lor ſed iactatiuꝰ dolor, nõ.n ꝑpetuo flẽmonẽ
proſequitur: niſi in his duntaxat videlicet: cũ
in loco vbi nec vna contexitur arteria, inna-
ſcitur: vel vbertim ſenſibili, aut flemmon nõ
mediocre exiſtit, etiam ꝙ nullum vas.i. arte-
ria corrupta in parte conſtruatur: flẽmon mo
le redundans, eterne, dolor pulſatiuus cũ eo
copulatur: (ſed interrogabis) egregium vni-
uſeniuſq; ſedis indicium, eã eſſe afflictam in

timatiuū refert: quod proprie actionis iactura iudicatur: vt p̄ exposito in libro latius disseruit Galenus qm̄ alia accidentia varietatē sustinent: sed actio refragata immutabilis permanet, perseueranter locum esse obluctatum attestans: & iccirco ei cunctis aliis sedem iudicandi conturbatam gratificandum: (ceterū) Archigenē collaudat, suamq́; de aliquibus explanat intentionem. &c.

Ex his hæc incitantur memorata:

¶ Conuulsionem geminā esse scilicet: ex redundantia, inanitioneq́; Galenus attendit.

¶ Cunctos tumores extensionem concomitari affatur.

¶ Vasa quando ab inflammatione reuocantur, tunc in eis conuulsionē germinare apparet.

¶ Flemmonem minime perpetuo, dolor exequitur plauditiuus.

¶ Quinq́; iam exposita, flemmonem conficere autumat.

¶ Actio diuulsa ante alia, partem esse alienatā denunciat.

¶ Archigenes omnē neruorum conturbationē, distensionem, contortionem, inhumanitatē esse in fame censuit.

NVNC vero reliquas dolorum differentias, quarum in præscripto sermone Archigenes mentionem fecit, psequamur. Quod enim peccauerit, dicens stupidos dolores neruis euenire, quodque stupor non vnius cuiuspiam partis sit affectus, sed causæ potius ac dispositionis rationem habeat, iam antea dictũ est. Quod vero dolores dure distendentes in ipsis fieri dicit, recte dictum est. quanquã melius erat si simpliciter dixisset, distendentes, non addendo dure. Nam neruorum dolores vtrinque vehementer distendere possunt, quia ad vtraque extrema tenduntur, tum id a quo incipiunt, tum illud in quod finiuntur, non secus quã chordæ in cithara, quæ sæpenumero, vbi nimis intenduntur, disrumpi solent. Quapropter citharistæ, quũ instrumenta sua post vsum reponere voluerint, chordas relaxant. Nam plane constat eas a contrariis, tum causis, tum dispositionibus intendi siue humidus fuerit ambiens aer, vt rigare ipsas & implere possit, siue vehementer aridus. Ab vtraq̃ enim ambientis aeris temperie, ad vltimam tensionem perue-

niunt. Proinde recte dixit Hippocrates, neruorum conuulsiones & a plenitudine & ab inanitione euenire. vtpote per quas nerui immodice scilicet tenduntur. Sed quod profundos dixit esse dolores, id ab accidentibus, quæ plurimis ex neruis eueniunt, sumptum est. Etenim quũ venæ quidem semper priores in superficie sint, deinde post eas arteriæ, quibus postea nerui subduntur, iccirco laborantes tensionem in imo sentiunt, quãquam multi tendones, qui ob id, quod neruosa sunt corpora, a nonnullis plane nerui nominantur, non profundos, sed in superficie dolores habent, si quãdo ipsos quoque sic intendi contigerit. vt sunt illi qui digitos extendunt. sunt autem & q illos incuruant, in superficie quidem, sed non similiter vt extendenres. Porro Archigenes neruorum dolores infixos esse dicit, quum huiusmodi doloris species, vt antea diximus, ad colõ magis pertineat. Atque accidit etiam auri cũ quadam pulsatione, atque dentibus molaribus, quinetiam oculis. sed infixus dolor neruis minime enenire potest. etenim ma

gna ex parte vtroq; extenduntur, & ad supernas, & inferiores animantis partes. Quod vero deinceps ab Archigene dictum est, neruos angustiæ plenos habere dolores, inepte quidem dictum est. Nam nihil amplius declarat, quam quum dicit, & minime fusos. re vera enim minime fusos idem est, quod in latitudine porrectos dolores nerui nõ habẽt, sed magis circũscriptos, vtpote perueniente ipsorum tẽsione, & ad supernas, & ad inferiores partes, magis vero sursum vsque ad caput. Ac tum primum ipsos vniuersi corporis, & cõuulsiones, & distẽtiones comitãtur nulla nerui tẽtione huiusmodi accidẽtium aliquod inducere potẽte, antea quam caput ipsum attingat.

COMMEN. XIIII.

QVAE ab Archigene, fœde, decenterue trattata psenti in litera absoluere insudat: (nũc) suam aperit intentionem: (quod) crimen Archigenis torpidos circa dolores denuo rememorat, quoniam haud sedem affectã, sed malle causæ, oppugnationisq; coniecturam sta-

tuit·(quod vero) secundo Archigenem extol lit, quum neruorum crudelitatem esse extensiuam, asperamq; orsus est. verum sanius eloquutus fuisset, si durum non appenderet: cum extensiuus neruorum dolor cunctas ad vltimas corporis partes defertur: ita quorsum exorditur, ibi etiam purgatur: vti in cythara cordæ nobis coniurãt: quando n. iniuste extẽduntur, dissociantur: hoc profecto ex aere bifariam, aut affluenti eius succositate, vel ariditate concitari probatur: quare corde ipse inæqualibus a qualitatibus inimicatæ, necessario distrahuntur, & iccirco probe Hyppocrates &c (sed quod) eidem, circa neruorum acerbitatem esse profundam obiicit: eius si q. dem rationem taliter propugnat: quoniam corpus macchinatur, vt primo in exteriorib? venæ, secundo arteriæ, tertio nerui dirigant: & vt sic in internis: propterea acerbitas si neruos quassat, eam esse in alto minime a ratione alienum Archigeni apparebat. cuius oppositum princeps clamat, quoniam complures tendones neruosæ comperiuntur: a quibus nerui germinant: vt de eis quæ in superficie digitorum compaginantnr, testatur: quorum suffragio digiti motum sistoles & diastoles vẽdicant: dolentia. n. in eis haud alta existit, quum locis in externis contextæ conspiciun-

tur:secus autem de tendonibus ad digitorum coartationem elaborantibus, & si circa exteriora connectuntur, interne extant, quibus digiti extensionem lucrantur: (porro) ipsum neruorum dolorem esse fixum, gloriantem insimulat: quoniam huiuscemodi dolor familiariter intestino dicto colon impartitur: & quãdoq; aliquali cũ tunsione auribus, dentibusq; molaribus obuiat. ¶ Tertio quoniam nerui cum aduersantur, ex vtrisq; extendi videntur extremis scilicet: ad supernas & infernas partes: quare infixus dolor haud eis erogari valet. (quod vero) in quantum dolorem neruorum esse angustiosum, & plenum ꝓdicabat, reprobat ipse equidem, nec aliud promulgare insudabat, nisi quod nerui nec dolores secundum latitudinem extensiuos inescantur: & si in principali inique disserebat, in secundo vero probe, quoniam dolor nerui est circumscriptus. i. terminabilis, aut ad superius, vel ad inferius, si. n. dolor sursum ad caput decurrit, tunc conuulsio vniuersalis innascitur: & si caput in neruorum dilacerationibus non refragatur: nec aliquod conuulsionis accidentium impelli permictitur.

Ex his hæc circumscribuntur prodita.

¶ Neruorum vexationem omnes secundũ extremitates extensiuam esse autumat.

¶ Neruorum dolor non altus, nec fixus, haud secundum latitudinem, sed longitudinẽ extẽsiuus, vt sursum, vel deorsum verificatur.
¶ Si neruorum detrimentum ad caput non subministratur, conuulsionem irritari, prorsus Galenus denegat.

POST hæc consequenter scripsit Archigenes de membranis, quod in latitudinẽ perueniãt ipsis dolores, quum afficiunt. quod quidem verũ esse fatemur. Quod vero aliquid hæmodiæ, id est dentium stupori, simile habeant, non est verum, vt antea dictum est. Neque etiam in totum verum est, quod membranarum dolores sint inæquales. siquidem contrarium magis veritati consonat. quippe ex propria ratione, videntur æquales inducere dolores, eo ꝙ vniuersum ipsarum corpus, æquale est. Nam ꝙ ob communicationẽ cum vicinis, inæqualitatem quandam afferunt, id interdum per accidens euenire solet. Quum enim ad affectam ipsarũ partem, circumiacentes & ducuntur & tenduntur, dissimilem fieri dolorem necesse est. vbi enim intenta particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cru-

ciantur. vbi vero sensum habet hebetiorẽ ibi minus dolent. Atque ex eo quoque quod quæ tenditur membrana os ipsum vel attingit, vel non attingit, non ab re dolorum differentia deprehenditur. Atq̃ hac ratione nonnulli pleuriticorum, iugulum dolent, porrecta in hunc locũ mẽbrana costas succingẽte. Aliquando tamen nõ ad iugulum, sed ad præcordia dolor transit, percepto ipsius sensu in septo transuerso, vtpote quod necessario mouetur, quum pleuritici respirant, idq; omnibus thoracis partibus magis. Quũ enim veluti radix doloris in latere consistit, tũ laborantes, musculis qui illic, sunt respirare pigritant. quare tum soli septo transuerso, natura respirationis officium committi quemadmodum in bene valentibus, qui libera vtuntur respiratione, cõtingere solet. Igitur quum in partibus laterum infernis, oritur inflammatio, septũ transuersum intentum, magis dolet. quũ vero in partibus supernis, tum iugulum potius dolor infestat. Cæterũ septũ transuersum, quia mouetur, iugulum autem quia durum est, doloris causa est. Vbi ve-

ro ingens in hepate oritur inflammatio, aut vbi ipsum induratum est, dolor qui tum iugulum in dextra parte infestat, cauæ venæ magis, quam membranarum tẽtionem sequitur. Quum autem dixit, hoc modo sæpenumero superficiem quoque dolore, quod nõ aliud est quam membranarum affectarum speciem referre, plane declarat vnde adductus, ipsarum dolores aliquid hæmodiæ habere simile existimauerit. Quia enim simul cum hæmodiæ proprietate, stuporis etiã sensus percipitur, vt ab eadem causa vtroq; affectu dependẽte, membrana autem quæ in superficie cuti substrata est, sæpenumero stupẽti dolore afficitur, vtpote quæ ab externis causis, & quidẽ frigidis, celerius noxam subit. Iccirco deceptus Archigenes dispositionis communitate, cæteras mẽbranas hæmodiæ simile quidpiam habere dixit, ac sæpenumero superficiẽ quoq; non secundum affectæ particulæ essentiã facto dolore, sed ob membranarum ipsarum essentiam, quæ exanguis est & frigida, vnde facile a frigidis affectibus infestantur. Quos sane affectus quia huiusmo

di dolores comitantur, iccirco sæpenumero dixit fieri huiusmodi dolores, non veluti per affectæ particulæ essentiam, sic enim inseparabiles essent, sed p accidẽs superuenientes. Substrata igitur cuti mẽbrana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tensiuos, & torpidos, membranæ vero quæ in media sunt carne, veluti diuellẽtes dolores excitãt. sunt enim plurimæ, & inæqualiter insitæ, atque cã circundantes. Quumq; aliquando e diuerso, contra naturam, tendi carnem cõtigerit, huiusmodi dolores euenire necesse est. Sane a multis exercitationibus aut tẽsiui, aut ulcerosi proueniunt dolores, qui totos musculos occupare consueuerunt, inter quorum partes, carnes quoque numerãtur. Verũ de hmõi doloribus satis in salubribus præceptis iã dictũ est.

COMMEN: XV.

HAC in oratione eandem de dolentiis scientiam rimari adoritur. Ante siquidem cætera Archigenem profitentem membranarum indignationem esse latitudinalem (cum refragã

tur) decenter cõspirasse collaudat. Sed ꝙ nerui torpido afficiantur dolore a veritate abhorret. (neq;) membranarum grauitatem aliqua siquidem coniectura vniformẽ esse adaptat: quum vniuersum per corpus nihil dissidẽtes, disseminantur. ¶ Ex alia vero vt loci vehementiori, aut imbecilliori sensibilitate inequalẽ esse gloriari necessitatur: qm̃ si sedes cum qua compaginantur, ardentis existit sensus, eo tempore eximiori affliguntur crudelitate: Sed si marcidi fuerit: oppositum concitatur, videlicet ꝙ suauius molestia eas discruciabit. Hoc autem in pleuritide clamat, apostema aut loco in inferno costarum congeritur, quippe septum transuersum extendens, & instanti quum respiratione funguntur, septum trãsuersum commouetur, & inferiores membranæ costas succingentes, ꝓpter septi trãsuersi motum, magis de dolore conqueruntur: immo cunctas thoracis partes atrocior dilacerat dolor. ¶ Aut supmis in costarum machinatur, & ea tempestate cum membranæ ipse extenduntur, donec ad iugulum pertingant, intentiorem furculæ ob asperitatẽ sentire dolorem videntur: hic igitur suis in verbis monet princeps. (vbi) cũ iecur eximia ab inflammatione, aut in humanitate compilatur: tunc dolorem dexteram frangentem par

tes, venæ concauæ impulsu, non autem extẽsionis membranarum emergere refert (quũ) Archigenis sententiam percunctatur, prompsit.n.ꝙ membranæ quando afficiuntur: tristis sensatio quandoq; in corporis superficie insurgit: Et ex his expeditis dolorem membranarum hemodie.i congelatione vnanimẽ esse profiteri, compulsus fuit: quod tali querit medio, vbicũq; congelatio residet, ibi etiã & sensus ab ipsa riget: quum gemina ex causa prodeant hyemali: Sed membranæ in cuti externa constructæ, pigrida, a molestia quandoq; aduersantur: cum a frigidis agilius afficiantur, igitur &c. (iccirco) ꝙ ex dispositionis communitate i. doloris Archigenem in crimẽ incessit, diuellit, Archigenes.n exprimebat cunctas membranas, quum compatiũtur congelationi similem iactare grauitatem: & vt crebrius in corporis superficie colligari, quam nec in particulæ essentia, sed membranarum constringi vociferabat quos cum cruoris lætitia natura exterminasset, necnon & gelidat, indutas eucrasia, alacriter, a frigidis contristari passionibus cõprobantur: (quos) alia etiam simulat, ratione, ꝙ si torpidi dolores in loci essentia constiparentur indissociales esse pdicare oportet: sed quum per accidens potius adueniant iccirco magis in mem

branarum essentia conferi eloquitur. (subracta) de membrana discernit: quoniam quædã cuti construitur, quæ vna cum ipsa dimouetur & tunc tẽsiuos, rigidosq; suppeditat dolores: aliquæ vero membranæ media in carne associantur: & hæ si inimicantur, diuellentes hortãtur dolores. (sane) de crudelitatibus ex motionibus profectis quodamodo affatur, quæ per te inspice.

Ex his hæc incitantur enarrata.

¶ Membranarum cruciationem varias, secundũ collationes æqualem, inæqualem'q; esse testificatur.

¶ Morbo in laterali si dolor septi trãsuersi impulsu exacerbatur, eius motui, si iuguli, eius equidem duriciei erogandum.

¶ Quum epar ab apostemate, vel duricie affligitur: tunc haud membranarum, sed venæ cõ cauæ extensione dolorem innasci refert.

Quum membranæ afficiuntur: iacturam in earum essentia, & non particulæ coniungi pro constanti confirmare oportet.

¶ Membranæ cum exangues, gelidæq; naturæ procreatæ fuissent: nil incredibile, si pruinosis, a causis se leuiter exagitari apparent.

¶ Extensiuos aut vlceratiuos vehementes ob labores pullulari explorat.

SED quod membranarum quæ ossibus adiacent dolores, & profundi sunt, id est in intimo corpore sensum excitantes, & ossium ipsorum, veluti dolentium, indu cunt imaginem, haudquaquam mirandum est. Nam ii a quamplurimis ostocopi, id est ossium labores, nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus euenire solent. quanuis interdum vel a frigore, vel plenitudine, fieri possint. Insuper venas dixit graues, & detrahētes, & æquabiliter irruentes inferre dolores. Verum ab initio, vbi hemicraniæ mentionem fecit, venas veluti varices incuruari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. Atqui scire licet proprium arteriæ venæq; dolorem, extēsi secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam speciem referre, nulla vtriq; grauitate simul apparente. Aequabiliter autem infigi venarum dolores, admodum obscurum est: quippe infigi ad nihil quod ipsis accidere solet, referri potest. Deinde de carnib⁹ dicit, ꝙ & fusos, & laxiores inducant dolores. Atqui in totū nullus dolor laxus est. nisi

eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vocitet: quoniam & vasorum, & membranarum dolores, magis intẽdi videantur. Quod vel ex eo confirmari põt ꝙ eos non adeo extentos conspici dicat, propterea quod carneæ musculorũ partes, breuibus lineamentis continẽtur. Sed id quod deinceps scribit, videri tactum veluti asperitatibus quibusdam plenum, an proprie ad dolores, qui in carnibus consistunt, pertineat, inquirendum est. Nam quod interdum aliquid huiusmodi per ipsarum dolores eueniat, a veritate haudquaquam abhorret. At quia non semper euenit, sed facta in ipsis, vt plurimum, certa quadã dispositione, nõ proprie ad substantiam earum referẽdum est. neque simpliciter intelligendum est, eã dispositionem esse affectum inflammatorium, sed qui cum humore fit, exasperare suapte natura potente. Porro deinceps de musculis scribens Archigenes eos ex carne neruisq; mixtionem proprie referre dicit, tanquam peculiari ipsorũ essentia, ex his cõsistente. Addit vero arterias, quoniam in ipsis inueniũtur. Atqui hoc

pacto, venas quoque dicere debuit, atq; membranas. Vocabulum autem astringẽtes, patrio sermone de his dicitur, qui quanquam pleni sunt, a bono tamen habitu non aberrant, atque iccirco de iunioribus duntaxat dici consueuit, de senibus vero minime, quod non possit ipsorum corpus boni habitus, plenitudinẽ suscipere. At vero in quam rem hoc vocabulum Archigenes referre velit, inuenire non est facile, maxime quia confundere, & corrumpere solet patriorum nominum significata. Quod si astringentes de iis dici intellexeris partib⁹, quæ a plenitudine intenduntur, non proprie ad musculos, sed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. Quũ vero eos capaci cum spatio extendi dixit, puto ipsum hanc, a neruorum plenitudine voluisse seiungere. Torpide autem pulsare, haudquaquam fuisse recte dictum, iam antea declaratum est. Reliquorum vero dolorum, vlcerosus, inquit, leuiter acutus est. Est autem hæc quoque oratio obscura, neque per se quicquam docere potest, haud aliter quam cæteræ ipsius

obscuræ orationes, quas ne enarrare quidem possibile est. nisi quis rem ipsam per se intelligens, eam orationi adaptare conetur. Quum itaque scieueris, tum medicos, tum exercitationis principes, eos dolores vocare vlcerosos, p quos inter mouendum, vel tangendum, in laborante parte, sensus excitatur, qualis in vlceratis partibus percipi solet, facile intelliges p dolorem leuiter acutum, huiusmodi quampiam speciem significari, qualis ab acutæ acus punctura, fieri consueuit. Ergo constat ipsum, neque continuum esse neque æqualiter per omnes partes porrectũ Hunc itaque dulciorem esse dicit, quũ dicere deberet imbecilliorem, aut obtusiorem, aut non vehementem, aut minus molestum, aut id genus aliud quidpiam. Nihil enim quod molestum est, proprie dulcius appellari potest.

COMMEN. XVI.

ARCHIGENIS coniecturata princeps sciscitari adhuc retractat: Archigenes equidẽ membranarum dolentias ossa constringen-

tium altas esse probabat: itaq; ipse in tantum in intimo corporis sentiuntur: vt eas fere in ossium essentia conglobari sedeat animo: de quo minime admirationem habendam esse, gemino medio asserit Galenus: quippe complures ossium acerbitates, laborem perhibēt ¶ Secundo vt crebrius ossium crudelitas ex vna trium, aut ex exercitationibus, vel frigore, aut plenitudine germinari consueuit. (insuper) circa venas dolorum absurditates requirit: & nec singulare exponit. ¶ Archigenes venas graues, inferius detrahentes, extēsiuos, & vniformiter procedentes, fixosq; perpeti dolores, ꝑdicabat. ¶ Secundo vbi de hemicranea affatus est, ibi venas vti varices contrahi iudicauit. ¶ Tertio haud latere debet, dolorem familiarem venarum secundum longitudinem extensiuum ascribi, nec aliqua liquente grauitate, vbi cytharæ cordæ statuūt. ¶ Quarto Archigenem arcessit, quum venarum indignationem esse fixam æqualē promserit: hoc.n.obscure elocutum, quoniam hoc infixum, nequaquam venis largiri valet. (deinde) carnosam acerbitatem percunctatur, ipse Archigenes tristem carnis sensationem mollem, fusamq; esse clamabat: cuius oppositum promit princeps, nullum carnis dolorem mollem esse, nisi eos lenes, qui minus exten-

duntur,detergeret:qua propter venarũ,mẽbranarumq; dolores,magis quam carnis extẽsiones vendicant: atteſtatur quum caro aut in longum extenditur eo ꝙ lacerto ſua in plaſmactione aſſociatur. ¶ Vel muſculorũ extat caro,quæ nec longius intenditur, nam exiguis compaginatur lineamentis.(ſed id) quodam concitat indagandum ſcilicet: quando tatualis ſenſus,quibuſdam aſperis rebus plenus elucet:an ad dolores qui in carnibus connectuntur,expedit,purgandũ eſt. ¶ (Nam) debitum penſitat ꝙ per carnium dolores aliquid huiuſmodi eueniat.i.tactualis ſenſus aſperis redundans rebus,nec denegandum: verum non perpetuo hoc inſurgit:ſed tunc, quũ in eis quædam vt crebrius producitur diſpoſitio,quæ ad ſubſtantiam carnium minime cõgerendã,neq; illa diſpoſitio ꝙ affectus inflãmatorius extat,ſentiendum: ſed qui ex ſucco exaſperare poteſtatem habente machinatur. (porro) de muſculorum molitione loquitur: Archigenes.n.eos ex neruorum,carnis, arteriarum compaginatione conſtare retulit: verum criminatur,cum venas, mẽbranaſq; nec adhibuerit(vocabulum)hoc enim vero de verbo, haud vnice fatur:quum patrio nomine de his qui plenitudine affluunt, & proba ab eucraſia nec recedunt,vti carnoſi apparent: qui

in iecore redũdant:& ex hoc laudabilis extãt habitus:& iccirco de iunioribus, & non senibus testificatur: quum nullus seniorum decentis habitus,& plenus comperiatur: eoq; hyemalem vendicaret habitudinem.(At vero) p̃ assertum vocabulũ ad quod Archigenes adiudicauit,hoc autem inquirere summæ apparet difficultatis.p̃cipue cum significata nominũ patriorum deprauauerit. quam ob rẽ si vocabulum(astringentes)ad partes quæ a plenitudine extenduntur:denunciari coniecerit: nec peculiariter ad musculos, sed ad corpora repleta adaptari debet:quoniam ipse musculos quadam cum mensura extendi prompsit,& ideo hanc a neruorum plenitudine dimoueri princeps suspicatur. (reliquorũ) de vlcerosa crudelitate,quid sentit Archigenes postulat, cum esse leuiter acutam coniuraret: qui trifariam a Galeno criminatur:& de eius obumbrato sermone:quum nec quicquam instruere valeat:immo tanta obductione,ita vt aliæ eius eloquutiones exundant:vt nullus eas explicandi vim habeat.nisi ex se ipso dignoscat: vt orationi accomodari insudet. ¶ Secundo quia vt cuncti artis principes clamant: dolor vlcerosus appellatur: quando inter mouendum,vel tãgendũ,in parte,quæ exercitio exponitur:talis tristis sensatio concitatur,qua-

lis vlceratis in locis sentiri vulgatur. ¶ Sed per acutum dolorem intelligere necessitatur, dolor acus puncturis consimilis: Sic igitur effi-cit Galenus eum, nec esse continuum, neq; di-ctas corporis per partes diffusum, vti Archige-nes inique orsus fuit. Et non modo in his ipse reprobandus apparet: immo quum hunc esse dulciorem disseruit, nam imbecilliorem, aut torpidiorem, aut minus atrocem premere de-bebat: quoniam nihil mortalem crucians, ve-re dulcius nuncupandum esse tribuitur.

Ex his hæc prodeunt conspirata.

¶ Dolor membranarum ossa copulantium, al-tus ab Archigene statuitur.

¶ Ossium acerbitatem, aut vigoroso ex exerci-tio, vel gelida ex causa, aut plenitudine insti-gari refert.

¶ Carnis dolor non laxus peribendus, vt iniu-ste Archigenes sensit.

¶ Dispositio succo ex mordaci congesta, dolo-rem in sede exasperatiuum solicitare solet.

¶ Musculorum substantiam, ex carne, neruis, venis, arteriis, membranisq; cõtexi vulgatur.

¶ Nullus seniorum probi habitus exploratur.

¶ Dolorem vlcerosum minime esse acutũ, præ-sefert Galen⁹: vt praue tractauit Archigenes.

¶ Dolor vlcerosus vlceribus haud dissonans ascribitur: & hoc quum particula operationi

dirigitur.

¶ Punctuorius dolor puncturis acus minime abhorrens constituitur.

¶ Quod sedem dilacerat, nequaquam suaue esse testificatur.

ID autem quod dicit, & pruriginem inducere potest, inarticulate dictum est. quippe haud obscura est inter pruriginis sensum, & vlcerosam dispositionem differētia. Verum quia crebro pruriginosa dispositio, vlcerosam antecedit, atque soluta quiescēteq; vlcerosa, in pruriginosā transmutatio fieri solet, inde est quod de ipsis confuse indefiniteq; Archigenes scripsit. quemadmodum neque causas harum dispositionum exacte tractauit. Verum nos eas in libris salubrium præceptorum perfecte exarauimus. Igitur vlcerosus dolor, non solum ad cutem, sed ad imas quoque partes, vt ossa extenditur. Pruriginosus autem re vera ad solam superficiem pertinet, non tamen primario, pro ratione ipsius propria, sed per accidens: Ipsa enim omnes pelli subiacētes partes, ipsissitudine superat. Horum ergo dolorum vterque, propriæ disposi

tionis est accidens: fiunt autem ob acres quosdam humores atque tantum ipsi, quãtum dispositiones ipsæ inter sese differunt. Sed vt dixi, satis de ipsis in libro salubrium præceptorum definitum est. Fodicus vero (inquit) dolor, in profundo est sed non recte, nam ad membranas, non ad imas partes proprie pertinet. Infixus autem (vt inquit) quum sinus accesserit. Qui sermo omnino absurdus esse videtur. Quippe sinus, concauitas quædam est, quum partium antea coniunctarum, altera distat ab altera. Quum itaque fluxione impletur, ita vt adiacentes partes distendantur, tum tensiuum dolorem sentiunt laborantes, non quidem longo spatio porrectum, sed propriis limitibus circumscriptum. At excreto quomodolibet e sinu humore, protinus dolor conquiescit, nisi ambientia sinum corpora, adeo distendantur, vt inflammatoria dispositione torqueantur. Hæc sunt quæ proprie ad sinus pertinent. Quod vero ab Archigene dictum est, aliud ab his est. verum quid intellexerit, quum ita scriberet, haud facile inueniri potest. At quod

deinceps scriptum est, non minorem habet dubitationē. Nam stimulans (inquit) dolor non in imo subsistit. Hic enim sermo, cum eo quem in initio præmisit, pugnare videtur, quo in hunc modum scripsit. Stimulans autem, partim eorū quæ in loco sunt, quidpiam affectum esse declarat, partim contra. Id enim fieri potest, & in parte ossibus maxime vicina, & in cute, atque omnino in medio, huiusmodi dolorę facto ab humore mordaci, sensibilium partium aliquam erodente. Deinde quod in fine eiusdem orationis sic scriptum est. Lacerans autem est qui in sinibus consistit. Si lacerans quidem idē significat, quod diuellens, mendacium est. nam illi qui in sinu est, id minime cōtigere solet. Quod si non hoc, sed aliud quidpiam dicere voluerit, quomodo id poterit inueniri? Atque huiuscemodi sunt quæ in præscripto sermone Archigenes posteris memoriæ prodidit.

COMMEN: XVII.

DE dolorum absurditatibus quo similares ad partes, præmanibus in verbis suæ indagatio-

ni extremum claudere cardinem elucet. (Id aut) dolorē vlcerosum adhuc perseuerat princeps: cum Archigenes prurigines subministrare præmebat: q abiecte promulgatum esse, ex discrimine inter sen um pruriginis, & vlcerosam conturbationem monet. (verum) Archigenis deceptorium subinfert: quia pruriginosa dispositio, vlcerosam præcedit: & vlcerosa destituta, in pruriginosam reflectitur: eam ob rem Archigenes de ipsa incondite exarauit: vti & harum conturbationum causas inefficax disputauit. (igitur) sua quidem profexa magis percurrit: quia vlcerosa acerbitas non modo ad cutem, immo vsq; imos ad locos disseminatur: Sed in hoc, a pruriginosa discrepat: quoniam pruriginosa ad solam corporis superficiem spectat: non ex ratione eius, sed per accidens scilicet cutis, quoniam sui dēsitate omnes supra compaginatas partes excedit: Et ex hoc cur pruritus tantum in corporis superficie delirat, persuasum habet: ¶ Secundo q binæ indignationes ꝓprie dispositionis accidens sanciuntur: & succis ex acribus prodeūt: quemadmodum dilucidius secundo de sinthomatum causis ipsemet Galenus loqutus est: (Fodicus) de fodico Archigenem reprobat dolore: quem in alto esse profitebatur: cuius oppositum refert princeps: q ad membranas

& minime imas ad partes ascribendus. (Infixus) idem de infixo studet: nam tunc infixus dolor germinabat: quum sinus associabatur, Archigenes iactabat: cuius colloquium sordidum esse probat Galenus: quoniam sinus concauitas quædam assignatur: quum partes prius connexæ dissociantur, ita vt vna ab altera abhorreat: demum quando confluxu ad plenum reuocatur: ita vt circum colligatæ partes in extensionem compellantur: tunc de dolore non infixo, sed extensiuo conqueruntur: illustrat se ipsum (extensiuo) non copioso spatio, sed secundum limites suos. Vnde iniquo a sinu profulgato succo: affatim dolor desiit: nisi partes circumplectentes ad eo ab extensione dilacerantur: vt inflammatoria, a passione discrucientur: hæc quantum ad sinus scientiam explicauit. Sed si aliqua aliena ab his Archigenes orsus fuerit: ea dignoscere laboriosum esse fatur. (At quod) alios postulat dolores, nam stimulantem dolorem, nec in profundo situabat: quod repudiatur: quoniam hæc oratio: antecedenti obsistit: quum ipse prædicabat, stimulantem dolorē affectum in locis decernere, & partim e contrario sed id in sede ossibus matura, in cute, ac in medio machinari potest: necnon succis ex erodentibus, qui omni in loco comperiri possunt. igitur & cæ-

tera. (De inde) secundo lacerantem esse in similibus insinuabat: quod si lacerans idem quod diuellens portendit: suum assertum fuit criminosum, reliqua vero persuasa habentur.

Ex his hæc vulgantur detersa.

¶ Vlcerosum dolorem ad cutim, partesq; imas, & forte vsq; ad ossa protrahi, affatur.

¶ Pruriginosus dolor tantum corporis in superficie augetur: & hoc per accidens scilicet cutis impulsu instituitur.

¶ Vlcerosas, pruriginosasque dispositiones succis ex acribus congeri deuellit.

¶ Dolorem pungitiuum membranarum, & minime alti corporis familiarem esse Galenus probat: cuius contrarium & indecore retulit Archigenes.

¶ Sinus concauitas quædam intitulatur, eo quod partes prius coniunctæ, in sinu disiunguntur, ita vt vna ab altera distare cohibeatur.

¶ Succi a sinu deiectio, doloris lenitionem, nisi partes circum colligatæ inflammentur: suppeditare assueuit.

IGITVR transeamus ad alium, qui & ipse ex dolorum differentia, affectas partes cognoscere docet. Est ipsius series huiusmodi. Hepatis vero dolor, holcimos (id

est tractorius) & inhærens, & torpidus est, atque atrocius molestans. Splenis aũt acutus non est, sed & grauitatem simul, & extensionem habet, atque similis videtur ei, qui ad elisionem quidem atque expressionem, sed extrinsecus incumbẽtem, renititur. Renes & austeros dolores inducunt & cum permanente astrictione pungentes. Vesica vehementer stringentibus vtitur doloribus, atque intensionib9 punctoriis. Vterus autem acutis, turgidis pungentibus, distendentibus, torminatim incidentibus, quippe qui huiusmodi mixtione dolere natus est, quamobrẽ idiomatis quoque ambiguitatem inducit. In hoc sermone, iterum Archigenes protinus ab initio, hepatis dolorem holcimon (id est tractorium) esse dicit. Verũ hoc vocabulum holcimos, apud Græcos in vsu non est. proinde quid significet haud facile inuenire est. Nam vocabulorũ significationes, ex longo vsu deprehenduntur. Atqui video eos, qui illo vtuntur, viscidum per ipsum velle significare, quale viscum esse videt, vt cuius vna parte tracta, potest per ipsam reliqua

illi continua simul attrahi. Sic pasta quo-
que ex frumento, holcima dicitur, maxi-
me si accuratissime subacta fuerit. sed ex
ordeis, aut milio pasta, holcima non di-
cetur. Atqui sub hac significatione, he-
patis dolor haudquaquã holcimos eua-
det, proinde aliam significationem quæ-
rere oportet. Itaque vnus ex his qui Ar-
chigenis sectam reliquis præponere co-
nantur, holcimon hepatis dolorem dici
asserit, quum hepar, vel induratum, vel
inflammatum, detrahere iugulum videt.
Alius, quum diuturno morbo laborat.
Alius quum mediocri dolore afficitur.
Sunt qui tardum ipsum significare ve-
lint, vtpote qui acuto aduersetur. Atque
vrgentem & adeo vehementem, vt nullã
admittat requiem, acutum vocant: con-
trarium vero, nempe tardum, holcimon.
Nonnulli enim eum dolorem holcimõ,
vel grauem dicunt, qui grauitatis speciẽ
refert: vsu enim receptum putant vt de
grauitate, id est holce tractus dicat. Mul-
ta insuper alia varie explicant, admiran-
di illi quidem enarratores, sed quæ intel-
ligantur a nemine. Constat igitur hoc vo

cabulum holcimos, quod in propositæ orationis initio inuenitur, nihil nos posse docere.

COMMEN. XVIII.

POSTQVAM dolorum abhorrentias partibus in similaribus superius asseruit Galenus: hac tempestate in officialibus eundem sermonem conceptari professus est, & iecoris lienis, renum, aliarumq; corporis sedium dolorum proprietates percuntatur: quæ quum tanta exundent euidentia, alia illustratione haud indigere statui: Sed tantum pro obuiatione, quæ ex eis decerpi tradita, exorare videntur: iccirco subsilentio transgredior: & constructa promulgata secundum Archigenem ascribo.

¶ Dolorum alietas sedes varias obluctatas esse denunciat: vti latere in dextro dolor extensiuus, pigridus, ardentius lacerans, iecur refragatum esse monet: latere vero in sinistro dolor grauatiuus, extensiuus, compræssiuusq; innascens, lienem contristatum esse decernit.

¶ In renum gradu dolor mordicatiuus, expræssiuus pungitiuus, stabilis insurgens, renes aduersatos esse prædicat.

¶ In vesicæ situ, dolor eximius, restrictiuus, cũ

pungitiua

pungitiua extensione associatus vesicæ iacturam indicat.

¶ In vteri spatio dolor acutus, mobilis, pungitiuus, extensiuus cum tortionibus affligens: vuluæ peculiaris existens. testimonium reddit.

¶ Dolor valde commissus, velut vteri semper medicum in tenebris reiicit.

¶ Vocabulorum significata, longo ex vsu vendicare autumat.

AT vero deinceps cōsideremus, quid vtique sit dolor inhærens. Nam hunc quoque hepatis proprium esse dixit. Mihi quidem facile persuasum est, turgido dolori inhærentem per contrarietatem opponi, ipsum dicere voluisse. Quid enim aliud coniicere quis posset? At vero hepatis dolor, si quispiam alius, vicina corpora ad consensum inducit. Nam & ad iugulum vsque porrigitur, & spirādi difficultatem creberrime affert, atque interdum tussim quoque, ac dysenteriam, neque raro notas costas infestat. Igitᷣ quonā pacto vere dicetur eodem in loco permanere? At fortasse satius fuerit putare, quod inhærentem dolorem dixerit, velu

ti infixum. Atqui hepatis dolor, vt nup ostendimus, haudquaquam huiusmodi est. Similiter antea iam declaratum est, ne torpidum quidem dolorem particulæ cuiusquam proprium esse. Nam ad dispositionem potius referendus est, hæc autem non in iecinore, sed in neruosis potius corporibus inuenitur. Porro atrociter molestás, cum torpido pugnat, vtpote qui violentus est, atque continuus. Sed nec huiusmodi quidem hepatis dolor est, sed potius grauis. At ne grauis q̃dẽ, exacte ꝓprius hepati est, sed spleni quoque, ac renibus inflãmatis cõmunis. Equidem non satis mirari possum, quo pacto Archigenes ad lienem duntaxat, hanc doloris speciem referre tentauerit. Nam vel Hippocratem audire debuit dicentem. Et in renem dolor grauis. Verum hoc peccatum exiguum forte censebit. At longe maximum est illud, quod committere solet, nomina scribens cæteris sensibus peculiaria, quemadmodum nunc de renibus quidem, austeros scribit dolores, de vesica vero astringẽtes. Hæc enim saporum sunt nomina, qui lingua vt in-

ſtrumento & guſtandi ſenſu dignoſcun-
tur. Igitur res quædam declaratur, gene-
ratim quidem per hoc vocabulum ſtrin-
gens, ſed magis particulatim per auſterũ
& acerbũ. quippe ambo aſtringunt, ſed
magis acerbum, qualis eſt omphacia vo-
cata galla. Porro auſtera ſunt multa, vt
mali punici genera, atque contonea ma
la, ac reliqua complura menſis apta. Sa-
ne acerba, haudquaquam ſunt iucunda
non ſolum ea quæ medicamentorum ſpe
ciem referunt, veluti hypocyſtis, & balau
ſtium, & galla & rhus, ſed etiam illa quæ
quum ſint huiuſmodi, recipiuntur tamẽ
in cibos. Quapropter non excogitari q-
dem poteſt, quid vel auſterum, vel acer-
bum dolorem dicere voluerit Archige-
nes, non magis q̃ aut ceruleum, aut ru-
brum, aut fuſcum, aut alium aliquem, a
coloribus nominatum. Nunc autẽ quid
dixerit doctor quidam ex Archigenis fa-
milia tempus eſt conſiderare. Nam dolo-
rum proprietates Archigenem arrogan-
tia motum interpretari voluiſſe cenſet, at
quia re vera ineffabiles ſunt, eum in hu-
iuſmodi nomina abſurda incidiſſe, non

intelligens. vnamquamque qualitatum, siue gustabilem siue tangibilē effari posse. Vbi vero multæ qualitates circa vnam essentiam apparent, ibi & proprietatem fieri contingit, idque maxime in gustu videre est, si aliquando & amaritudinē, & dulciorem, & austeritatem, & acrimoniam, in vna essentia apparere contigerit. Sic enim in gustu proprietas quædā oritur, ineffabilis illa quidem, si vnico nomine ipsam explicare tentaueris, sed quæ dici tamē potest, si per singulas qualitates discurras, eo addito, quod & magis & minus declarare, haud impossibile est. Ita & herbas vniuersas, & reliquā quoque materiam enarrauerunt medicorum non pauci, singulas qualitates quæ enūciatis rebus insunt, explicantes. Ergo Archigenes, si vniuersam essentiæ proprietatem, vnico nomine comprehēdere voluerit, indoctus omnino fuisset, id quod de Archigene nequaquam sentiendum est. Si autem simplices qualitates, ipsæ q dē ineffabiles nō sunt, earū vero quātitas, exacta quidē mēsura, ineffabilis est, quāquā sub latitudine quadā explicari pōt.

COMMEN: XVIIII.

QVAE antecedenti in litera olfecerat princeps: in præsentiarum quæ probe, in honesteq; prodita, sciscitari elaborat: Et primarie quid dolor inhærens extet, rimari profitetur: vnde bina de hoc Archigenem sentire, refert: & iecoris proprium, ingenitumq; esse: necnõ turgido aduersari dolori: at vero dolorum ab surditates iecinori ab Archigene impartitas, abolere auspicatur: non enim inherens dolor hepatis familiaris statuendus: quoniam si dolor in eo germinat, circum propinquas partes per consensum afficit: eo ꝙ ad iugulum extenditur: & sic spirandi laborem frequenter excitat: quandoq; tussim, ac dysenteriam videlicet cruentosam; & fere quotidie notas cruciat costas: ergo quo pacto dolorem hepatis esse immobilem, rite exprimi potest: quum per experimentum oppositum conspiciatur: verum subdit, honestius esset per inhærentem infixum arbitrari: quamuis iecoris dolor haud talis existat. ¶ Secondo ꝙ nec dolor pigridus ipsius sit peculiaris, delet: quia ad dispositionem magis referendus: non enim dicitur particula torpida, sed passio torpida: quare iecori minime condonandus: immo non modo rigidus do-

ſor ei largiri denegatur, ſed etiam & conturbatio torpida, quum partibus in gelidis, exanguibuſq;, vt nerui, non autem in igneis, & cruentoſis vt iecur comperiri vulgatur.
¶ Tertio (porro) Archiginem criminatur: cum hepatis dolorem eſſe rigidum, & atrocẽ promulgauiſſet, hæc quum oppugnant, minime honeſte profiteri poſſunt: nam dolor acutus congelatiuo aduerſatur: eo ꝙ ibi copioſus ſenſus, in hoc autem diminutus, ibi violentia & perſeuerantia in aſſociabilis, in hoc autem minime, ſed magis quædam triſtis ſenſatio confuſa & intermittens: ſed eius dolor grauis adiudicandus: verum haud ipſi ſolo, ſed lieni, renibuſq; inflammatis condonari princeps fatur. (Equidem) rurſus contra Archigenem inſurgit: bifariam altero ſi quidem modo, quoniam dolorem grauatiuum tantum lieni erogabat: ꝙ in decore explorauit: nam ſaltem Hyppocrati fidem adhibere debebat: Altero quod renum dolorem grauem eſſe aſſeruit: quamuis hoc delictum aliorum collactione exiguum eſſe princeps aſſerat: (At longe) ſecundo maiorem eius noxam aperit: quum differẽtias dolorum per nomina ſenſibus familiaria aſcribat: vt dolores renum auſteros, & veſicæ aſtringentes: hæc autem guſto diiudicantur: vnde quædam vniuerſaliter per hoc vocabulũ

astringens denudantur: quædam vero magis distinctæ, vt per austerum, & acerbum, & alia quæ percurre. (Nunc) eloquuta cuiusdam de Archigenis sobole deuellit: quidam enim eius discipulus retulit: Archigenē in dolorū ꝓprietatibus exponendis insudasse: quæ sunt ineffabiles idest quæ minime ab aliis traductæ fuere: sed quod Archigenes multa in erubescenda incessit, princeps probat: nam ꝙ vnaquæq; qualitas siue gustabilis, vel tāgibilis, si simplex fuerit, ꝙ vno nomine interpretari, indicariq; possit, haud agnouit: si vero complures vna conuocantur, vt amaritudo, dulcedo, austeritas, vna gignitur proprietas, quæ vnico nomine minime conspirari valet: quæ ineffabilis, a Galeno perhibetur. Sic igitur si Archigenes vniuersam qualitatum proprietatem vnico sub nomine traducere voluisset, incultus fuisset, quum exequi haud valuisset, quod ab ipso denegandum. Si vero orsus fuerit: ꝙ ipse tantum qualitates exposuit: quæ exponi valēt: tamen certam mensuram haud interpretari potuit: quum interpretabilis decernatur licet quadam sub mensura secundum humanum posse perpendi datur.

Ex his hæc eripiuntur constituta.

¶ Iecoris dolor nec fixus, inhærens instituendus: quum sedes circumlocatas consensualem

ad afflictionem compellat: quoniam si ad furculas porrigitur, spiritus duriciem, tussim, & quandoq; cruentosam solicitat dysenteriam.

¶ Dolor torpidus dispositioni, & non membro gratificandus.

¶ Grauis dolor iecinoris, lienis, renumq; inflãmatione laborantium, peculiaris statuitur.

¶ Simplices qualitates vnico sub nomine, compaginatæ vero, minime interpretari quæunt.

IGITVR longiori sermone vti nõ oportet, quum ea species ob oculos omnibus sit posita, qua vti debet is, qui quamlibet rerum sensibilium interpretari aggreditur, quippe omnium tangibilium qualitatum propria habemus nomina, haud secus, quam gustabilium, visibilium, & audibilium. Atque omnibus iis patrio more vti debemus, & neque stringẽtem, neque austerum nominare dolorem, vtpote quæ saporum proprie appellationes sint. Plurimi enim medici Archigene antiquiores, quum dolorum differentias conscriberent, haudquaquam ausi sunt a consuetudine in nominum vsu recedere, quæ & ab ipsis laborantibus audire licet, qui perinde se dolere interdũ

aiunt, quasi acu pungantur, ac rursus pe
rinde, ac si terebro perforentur. Quinetiã
videri sibi aiunt contundi sese, & diuel-
li, & tendi & retrahi, & detrahi, & graui-
tatis cuiusdam sensum percipere, qua in-
terdum subiectarum partium aliqua su-
spendi videtur, interdum vero circun-
dantibus incumbere. Igitur vt huiusmo-
di nomina omnia facile intelliguntur,
ita astringentes, & acerbi, & austeri dolo-
res intelligi haudquaquam possunt, ac
præterea ab vsu omnino aberrant. Hæc
intelligere debuit Archigenes quum do
cere nos vellet, quomodo loci affecti
possint cognosci. Nam omnis qui de do
loribus habetur sermo, vanus nugarũq;
plenus esse censetur, nisi ex his, quæ la-
borãtes ipsi dicunt, eos cognouerimus.
Ergo si ab ipsis quomodo dolent, disce-
re oportet, nunquam vero dicant, acer-
bum, aut austerum, aut atrocem, aut hol-
cimon dolorem, rursus inutilis erit hu-
iusmodi doctrina. Præterea ex eo loco
quo dicunt Archigenẽ interprætari vel-
le dolorum proprietates, hæc docendi ra
tio tum impossibilis, tum inutilis esse pla

ne videtur. Primum.n.vel ipsis authoribus non omnis ipsorum proprietas enũciari põt: quod cum ita sit, omnino fieri nõ potest, vt ea sub doctrinam cadat, vtpote quam ii duntaxat qui sensibiliter ipsam percipiunt, noscere possunt. Dein de ea nobis ignota sit necesse est, qua nõ laborauerimus, nisi fortasse Archigenes, omnes sui corporis partes habuerit affectas. quod licet concesserimus, fieri tamẽ non potest, vt credamus vnum hominem omnes singularum partium affectus fuisse expertum, donemus tamen (si volueris) hoc quoq;, quanquam impossibile est. Nam vteri saltem affectus nunquam scilicet percepit Archigenes, nihilominus huius proprietates conscripsit, quæ a solis mulieribus expertis dignoscuntur.

COMMEN: XX.

ARCHIGENIS dolorum de differentiis conspirata, lacessere adhuc attentat: vnde in primis causam referat: cur in substantiæ proprietates percuntãdo, vti Archigenes coniurauit, sermonem haud elongare debemus: quam sic

traducit, quoniam oĩbus ante oculos quædã occurrit ſpecies: qua ille fungi valet, qui aliquid rerum ſenſibilium exponere inſtat: nam omnium tangibilium, guſtabiliumq; qualitatum peculiaria habemus nomina: quibus vti ſecundum patriam conſuetudinem hortabimur: (& neq;) hic Galenus q̄ dolorum diſſonantias per auſterum & ſtipticum, nec abſolue re oportet: pluribus indiciis deuellit: quoniam aſperum, & ſtringens ſaporum & minime dolorum propria aſcribuntur nomina. ¶ Secundo complures ante Archigenem, ac eo vetuſtiores, dolorum varietates interpetrari affectantes: eorum aliquis tanta non laborauit ariditate, vt extra aſſuetum nomina asſignaret: Sed ea quæ, a laceratis haurire conſueuerant. ¶ Nam nonnulli cruciari profitentur: ac ſi ab acu pungerentur: aliqui ac ſi, a terebro perforarentur: aliquando velut aliquod contunderet: aut incideret: aut extenderet: aut retrahi, & detrahi ideſt aut ſuperius, aut inferius contrahi: & quandoq; grauitatem, ac ſi aliquod graue in loco doloris eſſet adhibitum ſenſiunt: hæc nomina dolorum intelligibilia elucent. & neq; dolor auſterus, & ſtipticus qui inperceptibiles videntur: quum conſuetum nominum tranſcendant vſum. ¶ Tertio quia omnis quæ de doloribus adulatur eloquuctio:

inanis, ambiciosa'q; suspicatur: præter eam q̄ laborantes expediunt: sed ipsi dolorem austerum, vel stipticum nequaquam prædicant: igitur &c. ¶ Quarto (præterea) aliquis Archigenem propugnans, differere posset: q̄ Archigenes dolorum proprietates tantum conuertere instigauit: quæ ratio impossibilitatē, inutilitatem'q; impellit. explorat primum princeps: quoniam aut nec omnis dolorum ꝓprietas ab authoribus exprimi valet: & tunc nec sub doctrina submitti tribuitur: vel hi solum eas diiudicant, qui sensibiliter sentire gloriantur: ita q̄ omnes tolerassent dolores: sic igitur si Archigenes proprietates dolorum internouit: eas perpeti per opus fuisset: sed quod ipse cūctas corporis sedes obluctatas habuerit: (licet: datur) tamen vt huic fides adhibeatur scilicet vt vnus mortalis omnes corporis partes conturbatas obtineat, impossibile videtur: nā vteri detrimenta nunquam Archigenes sentiuit, & tamen ea exarauit, quæ solæ eruditæ feminæ agnoscere apparent, quamobrem infāme Archigenes dolorum proprietates prompsit.

Ex his hæc subtrahuntur indicata.

¶ Dolorum discrepantiæ familiaria per nomina, & minime peraufterum, & stipticum interpetrari debent, vt flagitiose elaborauit Archi-

genes.

¶ Omnis traductio, quæ de doloribꝰ tractatur: inflatuosa, criminosaq́; conijcitur, non nisi quæ ab affligentium relatu vendicatur.

¶ Omnem naturam dolorum, a nullo exarandi potestas cõmittitur, nisi ipsimet vniuersos passus esset.

¶ Vt aliquis singulos corporis locos affectos habeat, sanciri nequit.

ITAQVE admirationem (ita dii meament) sepenumero mihi induxit, ex qua tãdem ratiocinatione, tam absurdam hãc doctrinam collegerit: quam & si verã cõtendis, nihil tamen ex ea vtilitatis prouenire fateri cogeris, nullo infirmo suos affectus per Archigenica nomina interpretante. Nam quod nonnulli laborantium fastidire stomachum aiunt, id nobis eo quod aliquando ita fuimus affecti, plane notum est. sicut etiam mœstitia torqueri, quippe quosdam sic fuisse affectos satis constat. An vero austero dolore, ab Archigene dicto, quispiam fuerit affectus, intelligi non potest: vtpote nemine sciente, cuinam rei nomen hoc adaptauerit.

Nam punctorium, & dinstendentem, atq; eos qui conformiter nominantur, atque iis multo magis vehementem, & forte, & violentum, & continuum, & intermittentem, nemo est qui non nouerit, vtpote qui per nomina a consuetudine non abhorrentia, enarrantur, & quos quotidie euenire videmus. At austerum, & astringentem, & atrocem, & holcimon, vt nemo profert, ita si quis fortasse proferat, nemo intelliget. Cæterum oportet, & affectum esse communem, & appellationem ipsum declarantem, ab auditorum consuetudine nõ aberrare, veluti quum stomachum stringi dicimus, id quod nemo nõ dicere solet. quippe tali sæpenumero senso afficimur, qualem extrinsecus onus aliquod incumbẽs, inducere potest, idq; in nõnullis oris ventriculi dispositionibus, quod per abusionem nõ solum populares, sed probatissimi quoque medici stomachon appellant. Quinetiam inter vehementer respirandum nonnũquã grauitatem in dextra præcordiorum parte sentimus. id si citra febrim eueniat, aut obstructione aut dura dispositiõe hepat

laborare coniiciendum est. Veluti quum inflammatione infestatur, febrim comitari necesse est. Itaque omnia huiusmodi & dici possunt, & manifesta sunt omnibus medicis, Archigene prioribus, atque sine absurdis illis nominibus doceri possunt. Archigenis vero doctrina hoc habet exacte proprium, vt nõ nouarum rerum, sed nominum rem nullam declarãtium enarrationi studeat. Nam librum de pulsibus, huiusmodi nominibus impleuit. quanuis ille, vt in commentariis de pulsibus ostendimus, haudquaq̃ translati indigeat nominibus.

COMMEN. XXI.

Hodierno in textu in simulationi contra Archigenem de dolorum differentia Galenum silentium claudere non dubium est. Antecedenter duo asserit: & ꝙ doctrina de dolorum absurditatib⁹ ab Archigene pertractata, fuit fæda, quum veritatem renuntiauerit & si impune veridica esset. nullum ex ea lucrari commodum: quoniam cruciantem in ventriculo grauitatẽ, vomendiq; cupiditatem, aut pungitiuam cru-

delitatem, aut extensiuam, vel ex eis debilem; vel atrocem, aut continuam, aut intermittentem sufficiētem: talem perpeti dolorem enarrant: quum affata nomina minime nominum vulgaritatem transgrediantur. sed austerum, & stipticum si quis sustineat, eum eloqui fugit: & si exprimere haud lateret, nemo suam perciperet orationem. (cæterum) pro disertorū munimento attendit, ꝙ vt aliqua ab aliis comprehendantur, gemina conuocare necessitatur videlicet vt affectus extet communis, & vt nuncupationes affectum denudantes ab audiētium assuetudine minime deflectantur, vt de ventriculo lineat, quoniam aliqui de ventriculi detrimento conqueruntur, vti ab aliquo coarctari viderentur, ac si aliquod extrinsecus immineret grauamen, quem dolorem non modo vulgares, immo & facundissimi medici stomachon perhibēt, hoc filo nec reiiectus princeps, alium exponit, vt in iecore nam si aliquis inter eximie respirādum, grauitas dextro in præcordiorum quādoq; sentitur: si citra febrilem innascitur calorem: tunc hepar, aut obstructione, vel duro apostemate discruciari suspicandum: quoniam grauitas ipsa succorum in iecinore auctionem, cohibitionemq; decernit: vnde si febris nec associatur: crassos, gelidosq; succos esse statuēdum: qui obstructionem, aut

nem, aut

nem, aut frigidum concitant apostema: Si vero conducitur, calido de apostemate censendum: eo q; igneorum multiplicationem succorum constituit: quamobrem hæc extant vsitata nomina, & comunia, quibus traductores, vt percipiantur fungi debent: & non austerum & stipticium. ¶ postremo efficit Galenus, q; Archigenes non modo, a rerum nouarum enarratione desistit: immo verba nullam indicantia intentionem exarauit.

Ex his hæc demanant instituta.

¶ Ad effectus agnitionem communitatem, assuetudineq;, nominum implorare oportet.

¶ Si aliquis prouidam inter respirationem dextro sub latere grauitate affligi cõqueritur: & hic febre relegatus comperitur, iecinoris obũbrationem, aut in tractabile apostema: si vero aduersum, inflatiuum tumorem statuere per opus est.

De via & ratione, qua simul & sedes affecta, & ipsius dispositio possit cognosci.

EQuidem voluissem Archigenem, tãtorum medicorum successorem, aliquid lucis doctrinæ addidisse: sed eam ita obscurauit, vt ne nos quidem, qui in artis

operibus iam senuimus, dicta ipsius intelligere valeam⁹. Quod igitur illius erat officii, id ergo præstare nitar. docebimus etenim in primis viam & rationem vniuersalem, cuius adminiculo, & ipse affectos locos inuenire, & cæteris viam ostendere possis. Igitur, vt in priore libro dictum iam est, via & ratio huiusmodi est. In primis enim quærendum nobis est, an singulorum locorum. quomodocunque afficiantur: propria signa inueniri possint: An pro affectuum ratione alterētur. Deinde vtrum singulorum affectuum ꝓpria sint signa, an circa quamlibet partē varientur. Et oportet loci simul & affectus non immemores, deinceps signa pestringere. Veluti si ita acciderit, vt pulmo inflammatione laboret, tanta inducetur spirandi difficultas, tantaq; angustia, vt suffocari laborantes videantur, at recti sedere conentur. quem affectū orthopnœam nominant. Quinetiam calidam sentiunt respirationem, idq; maxime si erysipelatis particeps fuerit inflammatio, quocirca vbi plurimum efflant, iuuari vidētur, ac multum aerem frigidum attrahere con

cupiſcunt, atque inter tuſsiendum ſputũ expuunt, idq; modo hoc, alias alio colore infeſtum, vt interdum rubrum, interdũ flauum, aut rufum, ac ſpumoſum quoq̃, & nigrum, & liuidum appareat. Inſuper grauitatis cuiuſdam thoraci incumbentis ſenſum, ſæpenumero percipiunt, ac dolorem ex imo ad ipſum peruenire, & ad pectus, & ad ſpinam. Præterea acuta eſt ipſis febris. Pulſum vero habent, qualem in libro de pulſibus diximus. Sic vbi mẽbrana coſtas ſuccingens inflammata eſt, acuta febris infeſtat, accedente, pulſus ea quam in commentariis de pulſibus diximus proprietate. eſt autem dolor punctorius, vna cum ſpiritus difficultate, ac magna ex parte ſputum colore infectum apparet, haud ſecus quam in peripeumonia. Igitur vtroſq; affectus ſpirandi difficultas neceſſario comitatur, eo quod affecta particula ſpiritus ſit inſtrumẽtũ oritur autem febris, & propter affectum ipſum, & propter poſitũ. Nam & pulmo, & ſuccingens coſtas membrana prope cor conſtituuntur. Inflammatio vero calidus affectus eſt. Sic etiam tuſsis ipſis, vt ſpiri-

tualibus conuenit. Sed quod aliquid expuitur, id ab affectu ipso procedit. Quippe iam ostendimus, omnem inflammationem, ex affluente fieri sanguine. quapropter si biliosus fuerit sanguis, flauum, ut pallidum erit sputum. si pituitosus: & spumans, & candidum. si melancholicus: aut nigrum, aut liuidum. si nihil horum sanguinem infecerit: rubrum. Quinetiam in laterali morbo sæpenumero magis biliosum: in peripneomonia vero magis pituitosum sequi consueuit. Sed de hoc satis iam declaratum est. Quod autem inflammatarum partium excrementa per asperã arteriam referuntur, eius rei causa tum ad positum, tum ad formationem referenda est. quippe quæ per solam hanc viam effluere possunt. At vero ventriculus duos habet meatus, ac quod in eo vitiosum est supernatare solet, vomitioneq; eiicitur: quod vero in intestinis continetur, deiectione vacuatur. Veluti renum, vesicæq; excrementa, meiendo excernuntur. Cerebri vero redundãtia, per nares præcipue, nonnũquam vero per palatum, & aures vacuatur.

COMMEN. XXII.

POSTQVAM Archigenis doctrinam de dolorum discrepantiis intimauit Galenus: subsequenter semitam, rationemq; sedem refragatam, ac refragationem in interioribus diiudicandi denunciat: Et auspicato Archigenem circa eius obductam humanitatem reprobat: cuius verba satis obuia apparent: ℂ Secundo (docebimus) suam conserit in vestigationem scilicet q͞ methodum, comunemq; coniecturam, cuius subsidio locos conturbatos excogitare, ac aliis statuere possit, erudire impellit: vt quod Archigenes desiit, ipse cõceptari polliceatur. ℂ Tertio (igitur) normas communes locum in interioribus exagitum prouidendi prælibat: quarum vna ascribitur. ℂ An quæcũq; corporis partes contristatæ, quomodocũq; contristentur: familiaria cõducant vestigia, eas detergentia. ℂ Secunda an notæ oppugnationum, abhorrentiam, conflecti videantur. ℂ Tertia an quæcumq; conturbatio peculiares colligat rationes. ℂ Quarta an quacunq; in sede corporis aduersata, indicia discrepantiam concitent. ℂ Quinta sedis affectæ, affectusq; (vna) agnitio in memoria habenda, & post id suspitiones conuo-

care, vt in similitudine dissertius conspicietur. (veluti) hic regulas in instanti dispositas per exempla gratificat: vt nono methodo medendi capite quarto conciliauit: q uniuersales methodi perfectam ad doctrinam haud sufficiunt: ideo circa exempla exercitari oportet: ea propter vt distinctius ipsa percipiantur: in particularibus dilucidat: & primo in pulmonis inflammatione, si enim spirandi acerbitas, tantaq; angustia in cubante procreatur: vt iugulari ipse profiteatur: erecte dirigi adoritur: vti in detrimento orthoponeam nuncupato frequentari solet: ac procellam calidam pulsare sentit: præcipue si imflammatio erisipilosa extat: & quum exundantem plangit aerem, suauitatem vendicat & affluentem, glacialeq; aerem lactare exoptat: sputum cum tussi commixti coloris, vt modo ruffi, quandoq; rubei & flaui, nigriq; deiicit: & vt crebrius in thoracis concauitatem, & dolorem eximo pectoris porrigi, vsq; ad pectus, & ossa dorsi sentit: & quum his etiam febris contrahitur. Sic igitur ex his attentatis, gemina, & locum affectum pulmonem, & eius affectionē, tumorem præternaturam sancies. ¶ Secundo morbo in laterali monet: quum membrana succingens costas ab inflammatione dissoluitur: hæc constipantur argumenta: febris acuta indisso-

ciabilis, pulsus vt libro de pulsibus ipse orsus fuit. ¶ Dolor pungitiuus cum auræ asperitate conuentus: sputum plerisq; coloribus vt peripleumonia disturbatum. (igitur) rationem, modo assertarum coniecturarum exponit: vt spiritus difficultas ambas cōcomitatur lacerationes, rationabiliter liquet: quum sedes quæ instrumentum anhelitus disponitur videlicet: thorax obiicitur. ¶ Febris autem construitur bifariam, & ignei causa detrimenti: quoniam binæ sedes contristatæ prope cor propter plasmationem compaginantur: qua de re quum hæ inflammatione laborent, exuberantem cordi suppeditant calorem. & sic febris germinat. ¶ Idem etiam de tussi censendum: quoniam tussis ad thoracis cohibitionem fuit machinata: thorax autem eo tempore tali solicitatur operatione, quando aliquid eum præternaturam in sequitur: sed quum pulmo, vel ipse inflammatione corripitur: tunc incommodum ea membra angit: quare tussim ad certamē accedere opus est. (quippe) de sputo postulat: ipsum cruciationis occasionem ædi: quoniā omne apostema de cruore in locis fluxo, moliri oportet: & propterea si cruor biliosus extiterit: screatus colorem rubicundum, aut ruffum lucrabitur: & si pittuitosus, spumosum, & candidum: si atrabilis,

offuſcatum, & ſi nihil horum, rubẽs erit ſcreatus, quum cruor inquinet demum concludit, id quod morbo in laterali magis vſu venit, eſt biliosũm, quoniam biliosus ſanguis ſuæ gracilitatis robore, copiam in membranam coſtas ſuccingentem, potius penetrandi obtinere videtur: Sed in peripleumonia magis pittuitoſum, (quod autem) cauſas non vna in corporis ſede eloquitur: vt cur ſuperuacua his in paſsionibus ad cannales pulmonis aſcendant: compoſitio, formaq́ꝫ eorum conficiant: quũ nec alia, excrementa profulgandi excogitatur via. ¶ Conſimiliter ventriculo bini impartiuntur meatus, vnus vnde ſucci in eo natantes vomitu auertuntur: & hoc fere aſsidue emergit: eo ꝙ ſucci in eum concurrentes natãt. ¶ ꝙ vero in viſceribus conglobatur, inferiorem per ſedem compellitur: vti veſicæ, renumq́ꝫ per vrinam quæ vero in cerebro tripliciter & per nares & hoc vt plurimum, per palatum & aures quandoq́ꝫ excluduntur: quũ hæc eius expurgatoria, a natura conſtituta, vulgatur.

Ex his hæc conuocantur aſſerta.

¶ Qui ſedem affectam, eiuſq́ꝫ affectũ in interioribus cõpperire cupit: tria prius rimari neceſſitatur: & ſi peculiaria contineat indicia: ſecũdo & illa haud fugere: Tertio & ſi affectus, lo

ciq; impulſu reiectionem parere videntur.

¶ Locum maceratum, eiuſq; macerationem decenter agnoſcere oportet: & poſt id eorum ſignificationes promulgare autumat.

¶ Si ſpirandi duricies, tantaq; contriſtatio in laborantibus in noteſcant: vt ſtrangulari videantur: ereptam diſpoſitionem optant, igneam reſpirationem explicare iactant: & quum affluentē excludunt, oblectamentum conſequi profitentur: hyemalem aerem in eſcare cupiunt: ſputum commiſti coloris, verum frequentius pittuitoſum, thoracis in concauitate grauedinem, triſtemq;: ſenſationem percipiunt: febris immictitur, hæc coniurata, pulmonem ab inflammatione laniari, teſtimonium reddunt.

¶ Sputum pleuritide in paſſione bilioſum vt plurimum excluditur.

¶ Congeſtum apoſtema partibus in cordis approperatis, febrem concomitari neceſſario refert.

¶ Spiritualium ſolicitatio tuſſim cōcitare ſolet.

¶ Omnis inflammatio ſoluto ex cruore prodit.

Quælibet corporis ſedes ingenitum continet inſtrumentum, vt eius ſuperuacua deponere valeat.

IGITVR ſedes affectæ dignoſcuntur, & ab accidĕtibus & ab actione læſa, & excrementorum qualitate, & a tumoribus præter naturam, & doloribus, & a coloris vitio quod ſequitur, vel in vniuerſo corpore, vel in vna quapiam parte, vel duab⁹, idq; maxime in oculis, & lingua, quibus addere potes, ſi vis, eam quoque affectionem, quæ proprie per conſenſum afficere dicitur, veluti in priori libro iam diximus. At nunc tempus eſſe videtur, vt amicos, quorum petitioni obtemperãs, hos cõmentarios ſcribere aggreſſus ſum, ad exercitationem inducam. fit autem exercitatio omnis quum particularia ſub eandem viam & rationem ducuntur. Huiuſmodi autem doctrinæ ſpecie, vt perſæpe oſtendimus, non aliud inuenitur vtilius. quippe viæ, & ratiões, vbi ſolæ ſine multiſaria ſecundum ipſas exercitatione cognoſcuntur, haudquaquam poſſunt perfectos efficere diſcipulos. Altius igitur viam & rationĕ repetentes, ad exercitationis modũ accedamus. In primis quidĕ intueri oportet, num actio aliqua ſit læſa, quippe cum ipſa proprium actionis in-

ſtrumentum affici neceſſe eſt. deinde vbi actionem læſam eſſe perſpexeris, ad modũ læſionis accedendo, cõſidera ad quã affectionem proprie pertineat. Poſtea affectã particulam nota, nũ tumore quopiã aut dolore infeſtetur, & quidem accurate cuiuslibet horum ſpeciem inueſtigando. ſic enim non ſolum tumorum, verum etiam dolorum quoque, varios modos addiſces. Aſpice ſubinde affectæ partis excrementa, per quem meatum vacuentur, ac vide, num aliquid eſſentiæ ab effecta parte ſecernatur. Ad hæc vtrum omnino incocta ſint ipſius excrementa, an mediocriter cocta. Ac deinde quibus vniuerſum corpus, quibus priuatim quædã corporis partes fruãtur, quod partim ex ipſis actionibus, partim ex colore & figura deprehenditur. Eſto enim vt quiſpiam inter reſpirandum in notharum coſtarũ loco doleat, nõ protinus hunc eſſe pleuriticũ ſuſpicari debes, ſed in primis quidem, an tuſſiendo aliquid expuat, intueri: id enim ſi coloratum, vt dictum eſt, videris, tum ipſum pleuriticum eſſe dices. Quod ſi tuſſiẽdo nihil omnino expuat,

fieri poteſt, vt nihilominus pleuriticus ſit ille quidem, ſed inflammationem habeat & incoctam & ſtrictam adeo, vt nihil ab ea foras eiici posſit. Ac fieri quoque poteſt, vt ob hepatis inflammationem, dolor in iam dicta ſede excitetur, intentis videlicet internis vinculis, quibus nonnullorum iecur coſtis alligatur, atque ſic dolor ad ſuccingentem coſtas membranam perueniat. Verum nequaquam ſimilis eſt pulſus, in hepatis, & mẽbranæ coſtas ſuccingentis inflammatione, ac ne alui quidem ſedimenta ſimilia ſunt. Verum hæc non in qualibet iecinoris inflammatione inſunt, ſed in his affectibus qui proprie iecorarii nominantur. Igitur vbi nihil excernitur, a quo indicium aliquod ſumi posſit, ſatius fuerit præcordiorum dextram partem tangere. quod ſi nullus apparet tumor, ne ſic quidem deſiſtere oportet. quippe fieri poteſt, vt in ſola ſima hepatis parte ſit inflammatio. ſimiliter etiam in gibbis partibus, vbi nõ omnes, ſed hæ duntaxat intumeſcuut, quæ a nothis coſtis conteguntur. Itaque laborã tem, vt vehemẽter reſpiret, monere opor-

tet, deinde interrogare, num grauitatem sentiat, aut suspensam a superioribus, aut incumbentem vicinis. Accidit autem aliquando, vt his haud secus, quam in hepate, oriatur tumor præter naturam, cuius occasione septum trãsuersum oppressum, respirationem efficit difficiliorem, atque qui ita laborant, ab exigua tussi irritantur. Ergo in huiusmodi dispositionibus, solidum, firmũq; discernendi indiciũ per omne tẽpus morbi, a pulsu sumẽdũ est. deinde tractu tẽporis, reliqua quoque accidentia consideranda sunt. Nam & linguæ, & vniuersi corporis color alteratur, vbi hepar vitiatũ est. Sicut rursus thorace affecto, tussis increscit, atque eo tempore omnino apparent, ea quæ tussiendo expuuntur.

COMMEN: XXIII.

QVVM superius aliquos vniuersales canones sedem in interioribus interrogandi conturbatam, ac etiam eorum indiuidualem exercitationem diluerit: hac tempestate eundem sermonem instigare adnititur: & ex quibus locus

obluctatus nobis vulgatur. ¶ Sex enim com memorat, vt accidentia, actionem læsam, qualitatem excrementorum, tumores præter naturam, dolores, vitium caloris, & hoc bifariã aut vniuerso in corpore, aut vna, duabusue in particulis, vt oculis, & lingua. Et subinfert ꝙ citra modo enunciatas coniecturas, aliud scilicet affect⁹ ꝑ cõsensum adiicere vales: & sic septem exprimuntur. (At nunc) tria enodat, & ꝙ iam tempus accessit habile, vt meis obsecũdem necessariis. s. de interpositis per fidem ¶ Secũdo quomodo exercitatio ipsa agitur nam tali cursu pasci debet: vt particularia eadem in via rationeq; cum vniuersalibus consentiant. ¶ Tertio hac in doctrina nihil commodi vendicatur: vbi nudæ vniuersales rationes absq; affluenti circa particularia exercitatione geruntur: haud.n eloquentes discipulos conficere potestatem habent. (Altius) suæ progressionis methodum ascribit. s. ꝙ exordio vias vniuersales, & postea circa particularia ministrationem proficiendã esse pollicetur: & talem disponit ritum: vt prius actionem loci scruteris, an detrimentum compaciatur: nam quum vritur, idem eius de instrumẽto iactandum. ¶ Secundo quum actio aduersatur, eruere per opus est, quæ aduersatæ actionis est species: quoniam triplex, a Galeno variis

in locis & singulariter tertio de sinthomatum causis hortatur, scilicet ablata, diminuta, & deprauata: iccirco quæ harum viget. ¶ Tertio partem inquire impugnatam si tumore pre ter naturam, aut dolore torquetur: & si is, in stiga quæ species tumoris, aut doloris impendit: quum apostemata, crudelitatesq; nec vnice cõprobantur. ¶ Quarto sede ex inimicata resecata meditare: & hoc bifarã videlicet iter per quod excludi debent. secundo an, a partis affectæ essentia elidantur. ¶ Quinto vtrum superuacua ipsa cruda, aut modeste concocta eluceant. ¶ Sexto locus absterritus quod suf fragiũ vniuerso suggerit corpori quod ex tribus scilicet: eius actione, colore, forma illustrandi vim habet. Hæc igitur qui sedem in in terioribus quassatam haud latere exquirit: indagare precipit. (esto. n.) vt eius expedita per spicua inspiciantur: exercitationem ad singu larem festinat: Et hoc in variis, nec ex dolore in costis pungitiuo inter respirandum si sentia tur, pleuritidem esse statuendum, sed sputum sciscitari oportet: vtrum quum tussi liberetur quod si fit, pleuritidem esse decerne. sed si tus siendo, nec excreati exiguum allicitur, tunc pleuresim esse ne renuncies: tamen quum apo stema incoctum extat, eiusq; succus suppres sus, nihil natura ad excludendum diuellere va

let (Ac) ad alia animū adhibere indicat, quoniam dolor predictus quandoq; ex iecoris malitioso apostemate innascitur: quum.n.hepar ab apostemate dimicatur: per ligamenta quibus costis contexitur. dolor ad membranas costas succingentem protrahi videtur: vt sic pungitiua acerbitas quæ in costis sentitur: ex apostemate haud pleuretico, sed in iecinore congesto impellitur. Quamobrem vt medicus circa hæc minime illiciatur: vestigia dolorē pleureticum, a iecurali dispuentia attendit, præcipue impulsu, quum pulsus in pleuresi serrinus, secus autem in iecinore excogitatur. ❡ Secūdo in deiiectis, quoniam apostema in iecinore ingenitum, cum profulgatis mactatæ carnis loturam subministrat: & hoc tantum, si hepatica passio constructa comperiatur: sed quādo hæc non associatur: tunc in egestis de in iecinore consertis nihil conspicietur. & iccirco per tactum promit suspicionē scilicet: dextrum affectando latus precordiorum: ꝙ si eo in loco apostema non pertentatur, haud hac ex coniectura recedas, quoniam si in iecoris concauitate, aut in gibo, verum non vniuersam amplectens gibositatem, Sed illa in parte quæ notis, a costis tegitur, apostema compaginatur, tunc per tactum minime diiudicari facultas habetur. Propterea aliam lineat notam, vt

tam, vt

tam: vt laboranti quod eximiū plangat anhelitum cō mittes, & eo instanti afflictum quære: vtrum grauitatem, aut rem suspensam in superioribus, vel in partibus hepar circundātibus sentiat, q si profitetur, apostema parte in concaua, vel gibosa cōductum esse promulgandum. (Accidit) hoc argumentum ad iecinoris apostema suspicandum, quum minime validum appareat: nam quandoq; tumor aliquis pternaturam septum transuersum comprimens reperitur, vnde anhelitus asperitas producitur, talis .n. iecinoris apostemati haud dissimilis, & nihilominus hepar ab apostemate relegatum non dubium est & ideo alia detergit vestigia videlicet: q vestigium a pulsu indignatū, fidele, stabileq; iudicatur: vt an hepaticum, vel pleureticum existat apostema recogitari possit, quum hoc alias conuocando rationes, vt linguæ vniuersiq; corporis colorem, nam vbi hepar obluctatum fuerit: affatim supra apertorum color perturbatur: sicut vexato thorace tussis imploratur, & ea tempestate quæ tussi deferuntur, penitus prospicientut.

Ex his hæc contrahuntur exquisita.

¶ Particularia cum vniuersalibus eodem in methodo, ratione q; inhiberi velit:

¶ Argumenta vniuersalia si a particulari exer-

citatione diuellantur, discipulos exigere minime facultatem habent.

¶ Sedis lumen affecte ex sex scilicet: actione inimicata, accidentibus, deiiectorum qualitate, tumore pter naturã, dolore, coloris inquinamento adipisci valet.

¶ Dolor pungitiuus costarum cum tussi non modo ex pleuritico, imo iecorali apostemate serpere solet:

¶ Grauitatis sensus dextra in parte, iecinoris apostema testatur.

¶ Vti linguæ, corporisq; defosmatus color, hepar criminatum esse: paripassu tussis incremẽtum, thoracem turbatum portendit.

IGITVR quemadmodum fieri nõ põt vt illæsis spirãdi, tũ ptib⁹ tũ instrũs, difficilis fiat respiratio. accidit autem interdũ, nullo existente in ipsis proprio morbo sed transuerso septo, aut detracto, aut oppresso, vt homo difficulter spiret. Ita etiã vsu venire solet in ea sede, quæ principẽ in se animæ facultatem continet. Nã quũ & scientia, & opinio, atque cogitatio omnis, in ipsa consistat, si harum aliqua lædi videatur: protinus ipsam quoq; affectu

quopiã laborare arbitramur. Nã vbi vel in pleuritide, vel peripneumonia deliriũ incidit, nemo vel a costa, vel a pulmone, accidens hoc prouenisse dixerit. Quippe vniuersi eam partẽ, in qua princeps animæ vis residet, consentire putant ac nititur quisque vt modũ consensus sectæ suæ conformẽ ostendat. Verũ in aliis affectibus, non consentire, sed primogenio ipsam affectu laborare aiunt. veluti in lethargo, & phrenitide. Vndiq; vero affici, vbi propriarum ipsius actionum aliqua læditur. Proprias actiones dico, quæ a nulla alia parte, vt instrumento, fiunt. Nam re vera & videre illam, & audire haudquaquam negandum est: sed videre oculis, & audire auribus. Atqui vt cogitet, & reminiscatur, & existimet, & eligat, neq; oculis, neque lingua, neque alia quapiã parte vtitur. Quod si hæc animæ pars ita esset in continente ipsam corpore, vt nos in domo aliqua: fortasse nullam omnino ei noxam afferri putaremus a loco. quoniam vero ipsam lædi videmus, quomodo lædatur, est inuestigandum. Si vero veluti forma quædam corporis est, ab ip-

ſo inſeparabilis, eam lædi non inficiabimur; ob ſuſcipientis ipſam corporis alterationem. At quia de hac re inter philoſophos ingens pugna eſt, aliis eam veluti in domicillio contineri dicẽtibus, aliis vero ipſam corporis formam eſſe putantibus, iccirco quomodo lædatur, inuentu perdifficile eſt. quod vero lædatur, ab experientia diſcere licet. Etenim vbi fracto capitis oſſi terebra adacta eſt, ſi quis vehementius comprimat, protinus ſenſum omnem amittit laborans. Quinetiam ſi inflammatio quædam oriatur, hæc etiã euenire interdum videmus, mentem itaq; lædi minime negandum eſt. Præterea nõnulli per vehementem capitis vſtionem delirauerunt, atque per fortes ictus capiti adactos, ſæpenumero ſtupidum ſoporem ſequi videre eſt, multi quoq; affectus in capite conſiſtentes, mentem haud obſcure vitiant, adeo vt etiam populares, quum aut delirare aliquem, aut mentem quomodolibet affici conſpiciunt, capiti remedia adhibenda eſſe cenſeant. Verum enimuero quod principium ſenſus & motionis ab impetu prodeuntis, ſedẽ

in cerebro habeat, & quod hoc a membranis (Græci meninges vocant) contegatur, id in aliis commentariis, quam verissimum esse, declaratum est.

COMMEN: XXIIII.

GEMINA p̄senti in litera rimari inflammatur, vnum q̄ sedis actio haud vitium vēdicat, nisi ipsa vel per essentiam, aut per consensum vitietur: Et in vitalibus, tūq; animalibus tali pacto perstringit: vti de locis, instrumentis anhelitus coniicimus, q̄ eis inuiolatis vigentibus haud aliqua anhelitus deprauatio consequitur: sed septum transuersum q̄ ad anhelitus operationem elaborat, quum inferius ꝓtrahitur, quia contrahitur, aut comprimitur, anhelitus incommodum solicitatur, & hoc ꝑ alterius detrimentum: paripassu de cerebro, vbi princeps residet, qui regitiua fertur, sanciendum: nam hac in sede scientia, cogitatio, memoriaq; locantur: qua de re si aliqua harū actionum aduersatur: locū in quo ipsa conducitur videlicet: cerebrum aduersatum esse, suspicari opus est: passione in laterali, peripleumoniaq; iocundat: his. n. aliquo in subiecto viuentibus, si mentem delirium obūbrat: haud

ipsos propter affectus concitari censendum: sed quia sedes vbi ipsa latitat, per consensum cæterarum affectarum sedium afficitur, subsequitur etiam ꝙ nec per consensum habitatio regitiuæ duntaxat criminatur: immo quādoq; aliis in afflictionibus vt phrenitide, lethardoq; primogenio affecto. i. per essentiam criminari conspicimus. (vndiq;) bina expedit: ꝙ affici vniuersaliter fertur, quando aliqua actionum refragatur. ¶ Secundo ꝙ propriæ actiones instituuntur: quæ veridico ab instrumento absoluuntur. vt inspicere aliquid, oculis conficitur, & consimiliter audire auribus, & sic de reliqs. ¶ (ꝙ si) secūdo finē principali imponit. s. quomodo anima corpore in locāte ipsam residet: bifariā sermocinari principem apparet: aut locat̃ vt locatio distrahibilis, vt nos ĩ domo locamur, & sic forte a loco in quo residet obluctato minime pars aīæ obluctat̃, nam etiā ꝙ domus diruitur, habitantes haud diruuntur. ¶ Aut locatur vt perseuerantia indimouibilis, & taliter partes animæ exagitatam, ꝑpter suscipiētis eam corporis mutationem, esse compescitur. (At quia) circa animæ locationem sua in sede perhipateticorum ꝑdicat sententiam, nam haud exiguū de hoc inter eos interponitur certamen: quoniam q-dam eam in corpore conciliari exprimunt, vt

res in re,& nos in domo: aliqui sicut formam in corpore.(iccirco) bina refert, q̃ quomodo laniatur, superbiam parit: sed quod exagitur ab experimento comprobatur: nam osse capitis fracto terebra adapta est.i.os capitis perforationem lucratum fuit: & si huiuscemodi fractio immense coartare irritat. cubans confestim omni a sensu exterminatur. Et si in cerebro inflammatio circulatur, mentem cruciari non abnuendum, quoniam delirium quam primum germinat, consimiliter quum caput affluenter a solari afficitur calore, nec nō fortem in capite percussionē stupor, vt crebrius associatur, hæc omnia ex capitis detrimento ꝓdeunt: quoniam cerebri essentiam contristatam esse iudicant.(adeo) nec vnum ꝓ affatorum euidentia astruit, & q̃ vulgares his in passionibus, raptim adminicula capiti accelerare insudant, & hoc quia quassationem esse in capite suspicantur. ¶ Aliud magis suum ad propositum consentaneum enodat videlicet: q̃ veridicum sensus, motusq; initium, locum in cerebro obtinet: & q̃ membranæ ipse ambiunt, ac ṕsident: vt aliis in libris exposuit.

Ex his hæc deducuntur indicata.

¶ Anhelitus deprauatio nequaquam laborat, nisi aliquod eius instrumentorum per essentiam vel consensum macerat.

¶ Nulla actionum regitiuæ facultatis afficitur, nisi sedes in qua ipsa disponitur, alienetur.

¶ Affici dicitur, vbi aliqua conturbat actio.

¶ Propria actio ascribitur, quæ suo ab instrumẽto conficitur.

¶ Partem animæ suo in loco residere, quidam sicut rem in re: aliqui vti formam in corpore prædicant:

¶ Qua via pars animæ dilaceratur, quærulosa est scientia, sed ipsam vexari experimentum testatur.

¶ Ex ossis in capite fractione diuersimode, vt cũctorum destitutio sensuum, stupor, deliriũ conduci solent.

¶ Sicut congestam in capite inflammationem delirium, paripassu caput incredibilẽ ob vstionẽ oppugnatũ sociari ꝓmulgat.

NVNC vero quomodo distinguantur affectus primitiui ab his qui per cõsensum eueniunt, considerandum est. Nam huiusmodi speculatio proprie ad hoc nostrum institutum pertinere videtur, & quidem non sine manifesta vtilitate: quippe ad curandi rationem imprimis pertinet, cuinam parti remedia sint adaptanda, cognouisse. Nam per solum consensum

læso cerebro, si ea pars quæ primitiuo affectu laborat, fuerit curata, prius quam cerebro propria aliqua eueniat dispositio, nullum in ipso relinquitur accidens. Quod si ex consensu, permanens aliqua fiat in ipso dispositio, tum non solũ parti quæ primitiuo affectu laborat, sed capiti quoque remedia adhibere oportet. Quapropter exacte definire, vtrum cerebrum, an membranæ ipsius primitiue afficiantur, haud magnam vtilitatem afferre potest. In vtraque enim dispositione, capiti succurritur. Igitur huic rei non ita vehemens studium adhibere, sed morbi potius essentiã, qualis sit inuenire, quippe humidum exiccare, aridum humectare, frigidum calfacere, calidum refrigerare, oportet. Ac si coniugatus fuerit affectus, per contrariam coniugationem ipsum curare, vt calidum & siccum, humectare, & refrigerare: humidum, frigidũq; exiccare & calfacere, atque in reliquis duabus coniugationibus ad portionẽ, ac in cæteris morbis omnibus, eadem ratione similiter facere conuenit. at vniuscuiusq; speciem, in libro de morborum

differentiis persecuti sumus. Quum itaq; & cerebri, & membranarum eius, iidem morbi simili curatione indigeant, logica magis, q̃ ad curationem vtilis esse videtur quæstio, in vtrolibet illorum contineatur princeps animæ facultas. Verũ an in corde sit ea facultas, lõge diuersa, atque omnino differens est quæstio. Esto enim vt a flaua bile in corde & accumalata, & putredine affecta, phrenitis sit excitata, nonne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino, id est oleo rosaceo cũ aceto, perfundere iusserit? Nam si hoc præsidio phrenitidis causa sanari possit, non capiti, sed thoraci, ipsum adhibere poterat. Neque tamen vniuerso thoraci, sed illi duntaxat parti, in qua cor continetur. Atque vt hæc a nobis pulchre sunt definita, ita illud non solum affectum locum, verum etiam causam illi noxam inferentem, considerandam esse. vt exempli gratia, deliriũ est accidens eius actionis quæ a loco mentis compote prodit: similiter sopor stupidus, sed a contrariis causis oriuntur, quippe & vigiliam & delirium, causa potestate calida efficit. At

quotquot somnolenti & soporosi sunt affect⁹, omnes a frigida causa proueniũt. Id quod ex medicamentorum natura plane discere licet. Quippe frigida stuporẽ soporemq́; calida vero vigilias, & varias motiones inducunt. Sed quid opus est fortia medicamenta enumerare, quũ quotidie videamus & lactucas, & potabiliũ, calidarumq́; aquarum balneas, & vinum modice dilutum, somnum inducere? reliquorum medicamẽtorum exemplo, quæ & humectare & refrigerare possunt: quæ vero iis contraria sunt, vigilias excitare. Itaque tenuis ratio victus, & vinum meracius, vigilias inducũt, idq́; multo magis, quum vinum meracum, aut suapte natura fuerit calidum, aut valde antiquũ, veluti apud nostrates Pergami olim accidisse, memoriæ proditum est. Neque absurda videtur historiæ ipsius narratio. Grammaticus quidam, singulis diebus balneũ petens, vnum ex pueris secum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem seruaret, atque ea quæ ad victum essent necessaria, præpararet. Puer itaque domum custodiens, quum vehementi siti

cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinũ antiquũ liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore vigil omnino permansit. Postea correptus febre, vna cum vigiliis oborto delirio periit. Cæterum animantia quæ frigidiori sunt natura, per hiemen ob frigoris vim, perinde ac si mortua essent, latitare solent. Atque tum viperas quoque videres, si manibus tractẽtur, deferanturq;, haudquaquam mordere: Nam per æstatem, tum hoc animal, tũ serpentes reliqui omnes, maxime sub caniculæ feruore, quum vehementer æstuãt furorem præse ferre videntur, adeo vt ne exiguo quidem momento quiescere possint. Quod intelligens Nicander, sic de Cenchride cecinit.

Non temere offendas calcando Cenchride artus,
Dum furiis agitur.

COMMEN: XXV.

QVAE medicum animo repetere impellunt: princeps euertere sancitur, auspicato hæc monet videlicet ꝙ fractiones per essentiam ab

his quæ per consensum haud præterire oportet: huius binam detegit rationem, & q̃ huiuscemodi sciscitatio hunc decenter ad librum de locis affectis expedire apparet: ¶ Et q̃ in curationis cursu in errabile suppeditat compendium: quoniam efficaciter prosternẽdi imperium non habemus: nisi quam sedem prosternere oportet diiudicemus. Et in cerebro tanquam vna singularibus de sedibus gratificatur: quoniam si pars quæ initio oppugnata fuit, a noxa purgatur: priusquam aliqua ad cerebrum pulsetur iactura: eo tempore nullum in ipso diffundi detrimentum censetur. Si vero per societatem exagitur: tunc vtrisq; subsidia maturanda, sed in primis loco per essentiam refragato, & demum alteri per consensum imperat: Et ex his partis contristatæ per proprietatem, vel per concomitantiam disciplina, quantum proba incuratione suggerit præsidium, certum habetur. (igitur) secundo alterius in memoria tanquam præcipuam reuocationem habere præcipit videlicet q̃ affectus siue puri, vel connexi essentia haud lateat: & hoc, a ratione minime abhorrens, quũ cõmune inter medicos constituatur theorema: vt omnem in vigilationem per aduersum dilui expedit: vt calidum per frigidum & de reliquis. quade re circa eius euidentiam, seduli-

tatem adhibendam esse instigat. (quum) in uolute debitum pensitat ambiguitati: quum aliquis formidare posset: si cerebri, membranarumq; affectibus pariter insistere oportet.
¶ Absoluit Galenus ꝙ haud cruciationes dissertarum discrepantes partium: eadem tractari insudatione expediunt: quum in vtraq; pars excogitetur animæ. sed huiuscemodi perscrutationem potius quæstiones ad dialeticas q̃ ad curationem oportunam esse fatur. (Esto enim) antecedentem oppugnatum locum medicum internoscere per opus est: liniamento lineat: vt in innato delirio, flaua ex bili in corde deprauata, sedet animo. nam si tali imminente dispositione oxinodinum capiti prosinthomatis blandimento annectitur: Eloquitur ꝙ si hoc suffragium pro alienatione congruum arbitratur: tunc nec circa thoracem duntaxat, sed vestigium vbi cor residet adiicere licet. (ita) ꝙ nec sedem obluctatam dumtaxat: immo eius etiam causam percunctari præcipit: Et rationalis in accidentibus facultatis deuellit: quoniam alienatio, stuporq; actione ex virtutis rationalis refragata emergunt: tamẽ dissonantibus a causis, vti alienatio, deliriũq; idest frenesis, & parafrenesis ex causa prodeunt calida: Sed cunctæ stupidæ dispositiones ex hyemali: quæ quatuor radiat mediis.

¶ Exordialiter medicinarum ex qualitate, quoniam calidæ vigilias, motionesq; rigidæ vero torporem, soporemq; concitant. ¶ Secundo alimentorum ex eucrasia, quoniam lactucæ quum gelidæ, humidæq; exstant eucrasiæ, vinum modice dilutum, balneumq; visum nocturnum solicitant: sed opposita vt inedia, nudum vinum, aut affatim calidum seu tempore consumptum, labores eorum ob caliditatem, siccitatemq; commouere apparent.
¶ Tertio per effigiem in puero, qui ex meraci sorbitione vini, vniuerso suæ vitæ durante tempore, ab excubiis correptus fuit. ¶ Quarto ex habitudine, temporeq;, quædam enim animalia pruinosæ repperiuntur naturæ (& aliis affluentius aliis) quæ in hyeme aeris ob brumam in cauernis tanquam expirata latitant: idem autem de viperis, tirisq; coiiciendum, qui si manibus instigantur haud mordent: secus autem spacio in æstiuo elucet: præsertim diebus in canicularibus inquibus promulgata animalia nimium ob incendium semper in furore, motuq; persistunt: ita q turgere videntur: quum exigua affici quiete nequeant.
Ex his hæc accommodantur aperta:
¶ Sedis affectæ per essenciam, vel consensum doctrinam ad curationis probitatem eximium suggerere compendium, fertur.

¶ Efficaciter curandi minime poteſtatem habemus: niſi locus qui primo affligitur, diiudicet.

¶ Circa conturbationis nitentiam haud modicũ implorare ſtudium monet.

¶ Cerebri, membranarumq; oppugnationibus pariter inſiſtere Galenus orſus eſt.

¶ Sedem refragatã imprimis indagare comittit.

¶ Partem in initio exagitatam, præcipue ſuffragari inflammat.

¶ Non modo alienationem, immo effectiuam cauſam indignari hortatur.

¶ Vigilias, alienationem cauſa ex ingnea, marcidam vero, gelida germinari, gloriatur &c.

VERVM de iis alibi pleniorẽ inuenies & enarrationem & demoſtrationem. Siquidem calida cauſa motum excitat, atque iccirco vigilias affert: frigus autem ocioſum, & ad motiones pigrum reddit animal, ob idq; ſomnũ, ſoporemq; inducit. Igitur qui hæc intelligit, quum per ardẽtium febrium vigorem, hominem viderit & vigilare, & delirare, deinde inclinante iam febre, & dormire, & recte ſapere, in capite nullam propriam eſſe diſpoſitionem, ſed a febris abundanti calore, delirium fieri exiſtimabit. Sic etiam in peripneumonia,

neumonia,& laterali morbo, quum ad vigorem febris peruenerit, delirium sequi solet, nullo existente in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius esse putandus est, quum permanere in parte quapiam conspicitur. Vnde si in laterali morbo, permanens eueniat delirium, caput proprium habere morbum existima, ita vt quanuis lateris morbus quiescat, possit tamen capitis morbus permanere. Sæpenumero enim vidimus panum ob vlcus aliquod obortum, vlcere curato, deinde diutius infestare. Ergo quũ pars aliqua simul cum alia sic afficitur, vt irritata quidem vna altera vehementius molestetur, remissa vero irritatiõe quiescat, eam per consensum affici putandũ ẽ. Hæc enim vna coniectura communis est. Sed de cerebro, vt dictum est, proprium sumitur indicium, si non assidue deliriũ permaneat, sed auctam febrim sequatur. Atq̃ eadem ratione fieri solet, vt quum febriũ accessiones irruere incipiunt, sopore laborantes grauentur, quod hoc tempore cerebrum vehementer sit refrigeratum, quippe quod alioqui paratissimum est,

vt noxam huiusmodi subeat, quum intẽperiem habeat frigidam, non vero tantã, vt hæc sola prædictorum accidentiũ possit esse causa, sed quum accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit, vt soporem queat inducere. Id vero, vt dixi, fieri consueuit, vel ab intemperie frigida, vel a pituita in cerebro exuperante.

COMMEN. XXVI.

QVAE ante indisserta oratione promulgauerat princeps: impræsentiarum limitem imponere elaborat: videlicet ꝙ calidæ: pruinoseq; qualitates dissonanter operantur: quum prima mobilitatem, vigiliarumq; instantiam impellit: gelidum autem stuporem, ac animal a quiete, visuq; nocturno coarctatum, ad motum pigridum exponit: vt ardente in febre fulget: quoniam summo in vigore existente, vigiliæ, deliriumq; eam machinantur: ipsa vero ab eo destituta, somnus, aliaq; vt proba intelligentia atq; sensatio consequuntur: Et hoc quum in capite haud per essentiam detrimentum ex cogitatur: sed caloris ex febrilis affluentia delirium, residuaq; pullulari coniiciendum: parifilo aliis inoppugnationibus decer-

ne. (quippe) affici per essentiam, consensumq; exponit: affici enim per proprietatem eloquitur: quum dispositio sua in peculiari essentia contrahitur. Et morbo in laterali dilucidat: quoniam tali in passione si delirium obuiat: perpende: an quum morbus lateralis ipse succūbit delirium minime: Et eo instanti affectum esse per essenciam senties: Et panus quidem in iguinibus, aliquod ob vulnus emineat: si vulnere iam percurato apostema ad huc viget: morbum, illamq; sedem per essentiam refragatam esse statuendum: cuius aduersum de affectu per consensum simulandum: tunc enim aliqua pars per colligantiam obluctari fertur: quando quum vna oppugnatur, & reliqua & q vna sospes, & alia etiam sospes: vt de parafrenesi ex febris in mensitate ingenita, per suasum habetur: nam febre vberius affligente aut minus, vel extincta· parafrenesis ipsa crescit, decrescit & desiit. ¶ Et de euidentia enarrata incapite nec esaciatus, quo ad alienationem, suum in stupore propositum etiam illustrare exquirit. Vbi bis gemina enodat: q in initio accessionum febrientes atorpore perturbantur: ¶ Secundo huius reconciliat rationes: videlicet ea tempestate stupor insurgit: & quia cerebrum exundantem vendicat frigiditatem, naturalis ob caloris ad corre-

uocationem: Et quum sui exinnata natura scilicet hyemali copiosius ad sensus carentiam disponatur. ℂ Tertio promit ꝙ nuda cerebri rigorosa intemperies stuporem excitandi minime imperium habet: sed quum in accessionum initio frigus ita vigoratur: vt stuporem impellere posit. ℂ Quarto quod pro memorabili ascribitur: stuporem aut gelida ex intẽperie, vel pituitæ in cerebro redundancia germinari autumat.


Ex his hæc moliuntur indagata.

ℂ Causam igneam mobilitatem, vigiliasq́; hyemalẽ vero, aduersa subministrare apparet

ℂ Sedem affici per essentiam fertur, quãdo vna suam ad inuiolationem reuocatur: alia vero nequaquam. & per consensum affici detegitur, quando si vna in assuetam couflectitur integritatem, & reliqua: & latere ex aduerso.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM DIGNOTIONE LIBER TERTIVS.

Quod actionũ noxæ, ipsarum actionum instrumenta affecta esse declarant, aut primitiue aut per accidens.



E affectis locis (sic enim vocant corporis partes) pauci admodum medici scribere aggressi sunt, ac multo plura quam attingerint, omiserunt. Itaque cæteris silentio præteritis, vnius Archigenis haud indigni qui omnibus præferretur, meminimus diximus enim eum sermonẽ, quo asserit actiones quasdam lædi, illæsa ea corporis particula, quæ ipsis deputata est, discussione egere. defendi enim potest, si pars per alterius consensum læsa, nondum permanẽtem habeat dispositionem, sed veluti vmbra quædã, vt ipse dicebat, insit hæc ei affectio. Nam si ad ignem quis ꝓpius accesserit, vt fere comburi videatur, citra tamen vstionem, dolebit quidem vehe-

menter, sed calfacta parte nihil adhuc patiente: Sic etiam vbi ambiens aer vehemēter frigidus aut aqua exacte frigida, aut nix infestat, grauis admodum dolor excitatur. Atqui ablata re quæ nocuit, protinus conquiescit affectio. Quamobrem satius fuerit, vt dicamus nomine idipsum indicante, affici quodam modo eam partem, quæ alteri cōsentit. Neq̃ enim pars quæ nihil patitur, sed ea quæ cum alia patitur, consentientis vocabulo significatur. Itaque quum affecto stomacho, oculi similibus infestantur casibus, quales in suffusionibus apparere solent. dicendum ēst illos pati, elato ad cerebrum ab humoribus in ventriculo cōtentis, fumoso quopiam vapore, non tamen adeo affi.ciunt, vt ablata re quæ molestiam intulit, propria curatione egeant. Verum huiusmodi disputatio, vt dixi, ad dialecticam potius pertinet. Quæcunque enim quæstiones vsum transcendunt, qualis sit rerum natura secundum propriam essentiam indagantes, haud dubie logicæ esse censent. Sic enim Chrysippus philosophus quum de animi ægritudinibus scribere

institui∫∫et, vno quidem libro curandi rationem tradidit nobis ad earum curationem im primis nece∫∫ario, aliis vero trib⁹ logicas quæ∫tiones e∫t complexus.

COMMEN: I.

HIC tertius exorditur liber: in quo bifariam ∫uam (vt con∫picietur) ∫crutationem, primo enim communiter ∫edes affectas in inquirendas, & demum ∫ignatas ad refragationes diffundit. Vnde hac in litera quæ aliis anterior a∫cribitur: complura deuellit: & cau∫am cur liber de locis affectis in∫cribitur: necnon medicos de his exarantes criminatur. (Itaq;) quæ∫tionem ab Archigene agitatam: ac etiã purgatam: ip∫e conficere, præ∫idereq; te∫tificatur: videlicet Archigenes actionem obluctari, ∫ede eius inuiolata permanente promulgabat. Quam ∫ententiam princeps taliter protegit: ꝙ ∫i Archigenis di∫∫erta contri∫tatis pro partibus per con∫en∫um ∫tatuuntur: haud, a veritate penitus aliena videntur: quum enim aliquis corporis locus per con∫en∫um aduer∫atur: ita ꝙ detrimentum in eo minime ∫tabile, ∫ed per viam tran∫itus ∫eu vmbræ con∫eritur, vt ip∫emet retulerat: tunc actionem e∫∫e adver∫atam, etiam ꝙ eius locus ∫o∫pes excogi-

tetur, eloqui possumus: ¶ Et binas, extremasq; per qualitates figurat: vt ignis calorem & aeris frigiditatem quum enim ad ignem acceleramur, ita vt extra combustionem, comburi sentiamus, dolorem habebit: Sed ipsa calefacta minime adhuc inimicata inspicietur: consimiliter etiam immensa externa ex geliditate grauis admodum innascitur dolor: Sed causa crudelitatem commouente, exterminata: quam primũ crudelitas ipsa expirat. (Quãobrem) quum Archigenis votum, nec omnimodo tutum sedeat animo: probi⁹ sciscitatur: ꝙ quæcumq; corporis sedes, quæ per alterius consensum afficitur: affecta prædicanda: vt in oculorum imaginibus propter succos in ventriculo conglobatos conciliari valet: vnde vapores ad oculos solutos: imagines procreantes: eis obluctari exprimendum: verum non taliter, vt causa profulgata, oculi peculiarem excipiant in vigilationem: quum non per essentiam, sed per colligantiam alienari sentiãtur. (verum) efficit princeps, huiuscemodi rimationem quæ haud ad medicum, sed magis ad dialecticum expedire videtur: quod gemino illustrat medio, scilicet ratione, & Chrisippi iuditio quæ omnia percurre, quia satis euidẽtia.

Ex his hæc germinant promulgata.

¶ Archigenes locis de affectis aliis, decoratius

trattauit.

¶ Omnis corporis ſedes, quæ vel ſecundum innatam ſui eſſentiam, vel propter alterius compaginationem afficitur: affecta ſantienda.

¶ Omnem indignationem, quæ vſum naturæ indignando tranſgreditur: ad dialeticum conducere ponit.

Quod læſarum actionum modos cognouiſſe ſit vtile:

IGitur quot ſint læſarum actionum modi Archigenes parum accurate explicuit, quanuis hæc quæſtio & melior, & huic noſtro propoſito vtilior fuiſſet, quod & primo affectæ, ſiue proprie affectæ, ſiue quomodolibet nominaueris, corporis ſedes ita deprehenduntur, & curandi quoque facultas abunde ſuppetit. Ego vero in vocalibus inſtrumentis id iam expoſui, ac in eo quoq;, qui in manu ſenſum amiſit digitorum, ipſis non affectis: quippe inuenta in dorſi initio pars, quæ primo afficiebatur, idoneam curationem oſtendit.

COMMEN: II.

GALENVS his paucis in verbis tria conspirat: & q̧ Archigenes refragatarum speties actionum satis diminute detersit. ¶ Secundo (quamuis) q̧ ex modorum actionum oppugnatarum doctrina bina compendia decerpi fatur: & sedis Affectæ si per essentiam, vel p consensum agnitio: necnon insistendi methodum affluentius impartitur. ¶ Tertio (ego) vbi hæc annotauit: repetit animo videlicet in vocalium instrumentorum institutione, ac in illo cuius digiti sensu relegati fuere, ipsi contristationem minime habentes, qua de re loco prius affecto excogitato: vt spinæ initium, vbi adminicula accelerata, mortalis ille sospes euasit.

Ex his vnum dumtaxat resecatur memorabile.

¶ Modorum oppugnatarum actionum euidentia, bis singulare vt loci per proprietatem, vel consensum friuolam dilucidationem: necnon prosternendi methodum subministrat.

Triplex læsionis modus per consensum.

SED aliter eueniunt suffusionis accidentia, affecto ventriculo, atque aliter ei, qui

ab alto decidit, nullo existente in vocalibus instrumētis vitio, vox intercepta est. Denique alia cōsensus specie laborabat is, cuius digiti sensum amiserant. Siquidem oculi vexabantur quod ascenderet ad eos aliquid, vox autem quod materia eius esset oblæsa. Sed digiti iccirco torpebant, quod sentiendi facultas ad ipsos non descendebat, proinde satius fortasse fuerit, vt existimes, tum vocalia instrumēta, tum digitos nulla affectione laborasse, id quod de oculis haudquaquam dixeris. nam his vt fumoso vapore impletis affectus ipse inest. Vocalium vero instrumentorum, atque digitorum offīciū læditur, non quod veniat ad eos quippiā præter naturā, sed quod careāt eo quod secundum naturam ad ipsos venire debet. Sana secundum dorsi erga spinam læsa neruiorigine, vis sentiendi digitis non influit. Guttur vero resolutis intercostalibus musculis efflatum spiritum nō recipit. Nihilominus recte dixeris, in ipsis hanc esse passionem, quod non perueniat ad ipsas partes ea, quæ antea, quū secundum naturam se haberent, venire

solebant. Etenim fontes affici haud absur de putaueris, si non perueniat ad ipsos aqua. Sic Cerealium quoque frugum e terra prodeuntium, squalor immodicus, passio est: & animalium, cibi potionisq; penuria. Quoties enim alicui deest illud, sine quo secundum naturã, munere suo fungi non potest, ipsum optimo iure affe ctum esse putandum est. Sed huiusmodi quæstiones (vt iam dixi) ad dialecticam potius pertinent.

COMMEN. III.

COMMODO modorum ex agnitione sediũ inimicatarum emergente, expedito: asso-cianter perturbationis numerum per conne-xionem quippe enodare instruit: & triplicem esse enarrat: quædam per rei affligẽtis ad par ticulam raptum, attenditur: vti de suffusioni-bus ob vapores, a ventriculo ad oculos salien-tes nitet. ¶ Alia per orbationis viam, mate riæ ad locum deferri assuetæ, statuitur: vt de vocis extinctione propter lacertorum incõ-modum, inter costas constipatorum testatur: re vera si lacerti isti exagiuntur, insufflatio fortis, quæ materia, elementumq; vocis exi-stit. minime ad vocis instrumenta plangitur: &

sic vox perit. ¶ Tertia vero per frequentatæ facultatis sensitiuæ ad sedem defluentis, denegationem ascribitur: quemadmodum de alto cadenti formatur: quum digiti manus sensu euoluti fuissent: propter consuetæ virtutis reluctatum transitum, & hoc non ex noxa in digitis; quum nulla suspicetur: sed in spina dorsi. Sic igitur aliter vocis instrumenta, digitiq;, & aliter oculi afficiuntur: quum priora ex consuete virtutis priuatione, non quod in eis aliquod præternaturam obuiat detrimentū: sed oculi quia, vaporibus redundantes, affectus in eis congeritur. (Etenim) expositas sedes cunctas affici, sanciendū, non vnice testatur: primo per magis sensata, vt si ad fontes assidua aqua non decurrit: si eum esse affectum referes, haud infame erit: & si terræ nascentia alienantur: quia modicum habent liquorem, consimiliter datur. Secundo ratione vt obuiat, postremo has indagationes vsui esse ad logicum claudit.

Ex his hæc reconciliantur exquisita.

¶ Affici per consensum tripliciter ex cogitaris vel vi rei vexantis particulam, aut materiæ priuationis ad locum consuetæ: vel sensitiuæ facultatis ad sedem repugnantia, censetur.

¶ Quoties .n. aliquē deserit id, sine quo sīn natură sua fungi vice, neq́: eū affectū ēē coīcīēdū.

Cæterum magna medicorum pars negligit eas considerationes, quæ vel læsis, vel deperditis actionibus, necessariæ sunt. Quũ enim duæ tresve fuerint aliquando huiusmodi actiones, accidit interdum; vt vna particula affecta, reliquæ illi consentientes in suis actionibus simul lædãtur, interdum vero, vt omnes eodem modo afficiantur. Atque accidit interdum, vt harum aliquæ dispositionem habeant (vt ita dicam) hecticam, id est quæ tenaciter hæret: reliquæ vero (vt sic dixeris) cataschesin, id est quæ facile discutitur, de quibus secundo libro de viuorũ dissectione, atque in eo qui hunc præcedit, iam diximus, ac nonnihil in sequentibus quoque dicemus, vt videlicet futurũ sermonem, qui sine huiusmodi definitionibus explicari non potest, perficiamus. Sed iam enarrare aggrediamur id, quod admodum vtile fuerit prædixisse, ꝑpter eos, qui verbo quidem demonstrare nituntur, affectorum locorum inuestigationem medicis esse necessariam, opere vero illam euertunt. Atque vnum aliquem affectum pro exemplo sumamus, sitq; is

pleuritis, in qua latus esse affectum, dolor eum locũ infestans declarat. Sed vtrũque succingens appellari solet siue membrana, siue tunica (nihil enim refert) inflammetur, in pleuriticis an alia quædam lateris particula: præterea vtrum pulmo secundum fibras necessario afficiatur, an omnino affectionis sit expers, scire nihil ad rem pertinere autumant ii, qui vsum, & experimenta præferunt. multos enim pleuriticos alios vna cum præceptorib⁹, alios sua tantum industria se curasse dicũt, obseruatis iis præceptis, quæ ab Hippocrate in libro de ratione victus in acutis morbis, præscripta sunt. item quid ipsis prosit, & quid noceat plane noscere, euidentiaq; signa habere, quibus discãt cui venam secare oporteat. Insuper de fomentis, cataplasmatis, victus ratione, alui ductione, nihil sibi ad completam notitiam deesse, idq; ex longa experiẽtia. Sed quid vel Hippocratem, vel alium quempiam illo priorem induxerit, vt hæc inueniret auxilia, se penitus ignorare: satis ipsis esse, si iam dictis remediis commode ytantur. id quod alios quoque artifices

facere videmus. Neq; enim faber, siue lignarius, siue ærarius, neque cerdo, quo pacto artes suæ fuerint inuentæ, inquirunt, sed a præceptoribus edocti, vsu eas probant, & confirmant, atque sic clarum nomen assequuntur.

COMMEN: IIII.

HAC in oratione quorumdam lacessit iudiciũ: & sine dubio tria prælibat. ❡ Complures medici quæ ad refragatas, expiratasq; actiones, remedio erant, destituerunt. ❡ Secundo quum binæ vel tres actiones dilacerãtur: tũc vt vna pars per essentiam, reliqua vero per cõsensum obluctentur: aut pariter quandoq; euenit. ❡ Tertio corporis loci, quidam iacturã superbe obtinent distrahibilem, vt febris fixa: quidam vero aduersum, vt succosa febris quæ per causæ exclusionem, futiliter deducitur. ❡ His attentatis, certamen contra non nullos auspicatur, & hoc (sed iam) vbi gemina asserit, videlicet suum propositum, nam quod compendium, salutareq; existit, denunciare pollicetur. ❡ Secundo aliqui oppugnatarum sedium percunctationem, mirifice medicis oportunam esse promulgabant, sed post

id in actu

id in actu, operationeq; diluebant: Et vt hæc nitētius cōprehendant: lineamēto lineat. f. in lateralis morbus instituatur: vnde tristis sensatio in latere dispendium compaginari indicat: Sed vtrum in membrana, vel alia in parte lateris coniungatur: ac consimiliter in pulmone si fibriæ eius habeant detrimentum: an nō hæc meditationem exquirunt: cuius aduersum alii fatentur: q̄ supradicta sciscitari minime oportunum apparebat: qui vsum, & experimēta profitentur: nam quosdam pleureticos cū præceptoribus & alios quos ipsi curauerunt, a regulis Hyppocratis nec recedentes, habuisse eos mitigabat: Etenim ex micronoxia insudatione, experientiaq; elapso in tempore, quæ eis subueniunt, quæ ve inimicantur, cui cruorem mittere, necnon de internis, externisq; maturandis, haud latere possumus. Sic igitur quare hæc leuamina comperta fuere secundū eos scire, haud opus est: Sed si oblectamenta decenter conferantur inerrabile ponitur: hoc autem alios per artifices testimonium reddūt: quum nemo vnquam in diiudicando, cur huiusce modi ars fuerit reperta: inuigilauerit: sed vsus eius tantum sufficiebat quia eorum magistri taliter functi fuere, ita q̄ vsus pro veritatis testimonio placabat eos.

EGO quidem, vt verum fatear, quum medicos, qui se empiricos ab experiētia nominant, talia proferentes audio, inducor certe vt probabiles putem eorum rationes, videnturq; mihi Dogmatici, contra illos parum idonea se responsione tueri. Proinde vt cæteris in rebus omnibus temerarium assensum semper substinui, ita in inuestigandis singulorum morborum remediis diu multumq; apud me cogitaui, an logica demostratione indigerem, an sufficeret ea peæcepta quæ ab experiētia, & præceptoribus, atque ex meipso didiceram. Igitur ea quæ diutina inquisitione longe optima iudicaui, ita me dii ament, veritatis amatores docere non grauabor. Nihil enim causæ est, quamobrē mentiar, quod facere solent ii, qui vni sectæ addicti, omnem ex ipsa gloriam quærunt. quippe contentiose eos defendere oportet, eam sectam veram esse, quā vnicam nouerunt. nam ex nullo alio disciplinarum genere gloriam sperare possunt. Ego vero re ipsa, & publice, & priuatim, apud eos videlicet qui sectam quamlibet a me discere cupiebant, ostendi, in om-

nium sectarum scientia (ne maius quicquam dixero) me esse posthabendum nemini. Quod si vni sectarum patrocinium ferre velim, ita in promptu sunt mihi rationes, vt non verear ne quis me conuincat. Non enim, vt nonnulli faciunt ex libris eas didici, sed præstãtissimis in vnaquaque secta præceptoribus vsus sum. Neq; sane odisse possim empiricos quorum p̃ceptis sim institutus, vel dogmaticos. pari enim studio omnibus dedi operam, versatusq; sum eum præstantissimis in vnaquaque secta præceptoribus. Itaq; innotui Romæ, tum primoribus eius vrbis ciuibus, tum imperatoribus deinceps omnibus, & quidem ob artis opera, non ob sophisticas rationes. Quamobrem nihil prohibet quo minus de vnaquaque secta vere dicam ea quæ sentio. Igitur per artis exercitationem comperi, eam remediorum inuentionem quæ ex vera demõstratione procedit in his quæ raro accidunt, experientia longe præstare. Vnde multos morbos curaui, medicamentis ab experiẽtia maxime alienis, q̃ q; dẽ in libro de curãdi via & rõe latius explicata sunt. II

COMMEN: V:

ANTECEDENTI in textu de aliorum promptis sententia, ad præsens debitum pensitat princeps: q̄ eorum rationes, qui sedes verbo excogitandas, censebant: opere vero delebāt: probabiles esse refert, pro cuius euidentia annotare oportet: vt ex topicorum primo affatis philosophorum principis est decerpere: ꝓbabile bifariam constitui valet: vno modo probabili simpliciter, quod secundum ipsum videtur omnibus, vel pluribus, vel maxime sapiētibus: quæ diffinitio taliter sentire potest, probabile est quod quum sit verum, & necessarium, non est euidens: sed omnib⁹ apparēs: vel pluribus, maxime sapientibus: Sed alio modo & magis large aliquid dicitur probabile secundum quid, quod quum sit verum, siue necessarium, siue contingens, non tamen est euidens. sed apparens alicui, vel aliquibus quare Galenus postremo modo orsus est (proinde) suam exprimit assuetudinem, q̄ nec viam tantum consequutus fuit empericam: videlicet, a præceptoribus, &, a se ipso per experientiam excogitatam discere: immo rationalem methodum, vt cunctorum affectuū familiaria indagare adminicula, & ea diu altius cogitare,

si logica egerent demostractione:& quæ optima censuit: erudire haud renuit. (Nihil) aliquos insimulat: qui vni tantum sectæ inherēt: & hoc vt omnem inde gloriam vendicent, & tunc hoc germinat dispendium, ꝙ illam sectā etiam criminosam tueri impelluntur: quum ad aliam liberari nequeant. (Ego vero) modo suas detegit partes, ꝙ in propatulo, vel clam omnes docere exoptantes, quacunq; de secta eis in animo sederet, & ꝙ si singularis sectarum imploraret suffragium, tales immensas habet rationes, vt nullus eum succumbere posset, cuius affert causam, quoniam ea quæ ipse didicit, non ex scriptis librorum, sed ex eloquentissimis vna quaq; in secta magistris lucratus fuit. neq; plura præsefert, quod haud empericos, nec dogmaticos odio prosequutus fuit, sed cum vtrisq; in studiis fuit associatus, verum potius cum facundissimis præceptoribus. ¶ Secundo ꝙ romæ increbuit, & ab imperatoribus, priuatisq; mortalibus non sophisticas ob rationes, sed artis opera, celeberrimus habitus fuit. (quam) Tertio se a criminis vitio protegit, quum eum aliquis obiurgare posset: cur ipse in aliorum opiniones prædicando tempus conterat, soluit quoniam nihil prohibet, vt vna dequaq; secta quæ vera censeo aperiam, & non modo de his elaborare te

neor, immo de adminiculis, quæ per experimentum, & quæ rationali discursu reperiuntur: quoniam complura per exercitationem inueni præsidia, quæ a demonstratione innascuntur, & alios deposui affectus, cum auxiliis ab experientia absurdis, quæ in libro de curandi methodo enodata fuerunt.

Ex his hæc conceptantur tradita.

¶ Præsidia accelerari non debent, nisi duplici via emperica, rationaliq; prius rimentur: vt Galenus etiam insudabat.

¶ Nemo vni duntaxat sectæ incumbere debet.

¶ Galeni celebritas romæ nō sophisticas ob rationes, sed medicinæ laudes fuit promulgata.

NVNC vero ea duntaxat perstringam, q̄ nostro proposito magis accōmodata videbuntur. Nam comperi læsas actiones non solum in similiaribus partibus laborantibus, verūetiam in aliis quibusdam particulis, q̄ licet actionem non habeant, vsum tamen quēdam præstare videntur. Sic etiam instrumentalium partium morbos, actioni nocentes deprehendi. Quibus præcognitis, inueni deinceps morbos quosdam, continenter plurimos ho-

mines infestantes, alios vero raro acciden tes. Atqui experimenta tantum spectantes medici, non ea quæ raro, sed q̃ crebro accidũt, memoria, & imitatione assequũtur. Quocirca dispositionum raro euenientium, non solum curationem, verũ etiam præuenientes ipsarum notiones negligunt. Proinde primum inuestigaui quomodo cognoscendæ sunt, inueniq; earum quasdam scientifica deprehendi posse notitia, nonnullas vero artificiosa vocata coniectura, atq; iccirco ipsas magna ex parte rectas. Eiusmodi enim est artificiosæ coniecturæ vis. Verum tum has ipsas, tum vel maxime quæ raro eueniunt affectiones, scientiamq; notitiam admittunt, indigere semper inueni affectarum partium notione. Itaq; medicinam professus, vsq; ad senectutem, nullam in hodiernum vsq; diem calumniam subii, neque curando, neque præsagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdũ accidere memini. Quod si quis gloriam ab artis operibus, nõ a sophisticis sermonib⁹ assequi voluerit, is nullo negocio, facili compendio colligere poterit ea q̃

per omnem fere ætatem diligenti inquisi
tione inueni. Idq; sibi persuasum habeat,
hac via & ratione, medicamenta me inue
nisse quibus morbos raro euenientes cu-
rarem, quum antea neq; præceptorem vi-
dissem huiusmodi morbos curantem, ne
que ipse aliquod expertum haberem re-
medium. id qd' per deos immortales, affir
mare nequaq; timeo. Quippe vitiata actio
ne, semper inuestigare stupebam, quænã
sedes, vel ipsa afficeretur, vel alteri con-
sentiret. quumq; eã inuenisse persuasum
mihi esset, tum dispositionẽ ipsam quæ-
rere, atque ex vtrisque, totius curatiui ge
neris indicationem sumere, simul reme-
diorum & quantitatem & qualitatem, &
idoneam materiam inuenire. Præterea cũ
prædictis, & ætatem, & naturam laboran-
tis, tum anni tempus, & terram, & id gen⁹
alia, quorum in Hippocraticorum libro
rum enarratione memini, perpẽdere ope
ræpretium ducebam. Verum superiorib⁹
duobus libris hunc præcedentibus, nisi
fluxa admodum fuit memoria, didicistis
affectas sedes posse deprehendi ab excre
mentis, atque iis quæ affectis partibus ad

nascuntur, item actione illæsa quibus cõnumeratur & color præter naturam, & figura. Sed excrementa trifariam diuidun tur. aliquando enim affectarum sedium partes, ipsarum videlicet essentia vel soluta vel dissecta excernuntur, interdum ea quæ in ipsis continentur, nonnũquã aliquid quod morbosas dispositiones sequitur, idq; vel solas, vel semper, vel magna ex parte. Quum itaque in quibusdã affectibus, nulla alia mihi pateret via, sola actionis læsio satis conducebat ad affectarum partium inuentionem.

COMMEN. VI.

VNVM præcipuum vt affectus in interioribus inquisitionem meditari exquirit, & nec singu lare exponit, primarie aliqua antequam ad in dagationem descendat præcurrit quæ extant nam ad præsens quæ nostræ subueniunt intẽ tioni, recogitat. ¶ Secundo q̃ actio aduersata non modo ex cogitatur, quum partes oppugnantur similares, immo etiam quando circumuicinæ quæ nec vsui, nec actioni cõducũt: pariter in officialibus coniiciendum videtur. ¶ Tertio ex his præsentis, q̃ affectus quibus

dam vt crebrius, aliis vero raro vsu euenire efficit. ¶ Quarto medici qui experimenta dũtaxat conspiciunt, non nisi quæ frequentius accidunt, & non raro studium adhibent, necnon eorum methodum medendi, agnitionẽq; præteriræ videntur. His affatis, suum auspicatur principale, & hoc (proinde) gemina sedes exagitatas comperuisse via refert, scilicet scientifica, & artificiali coniectura, quæ aũt huiuscemodi artificiosa extet coniectura: in primo horum exquire librorum com. 8. vbi a Galeno satis obuie ascripta fuit, quare conturbationes cunctæ, siue quotidianæ, vel raræ perpetuo sedis conturbatæ enitentiam exposcunt: quæ in instãti prædicatis viis vendicari datur vnde quum ipse talem sectaretur normam, senilem vsq; ad ætatem, nec morborum inuigilatione, neq; in præsagio crimini fuit vnquam impartitus, quemadmodum quibusdam præstantissimis accidere medicis repetit animo. (q̃ si) modum quo laudum, dilectionisq; ad cælum extollentiam, quicũq; non in sophisticis Argumentationibus, sed in medicinæ actionibus adipisci valet: intimat quod friuole, nec exundanti labore perfici valet, & hoc in percũtatione cum præassumptis pergere viis, ac etiam actionem semper requirere violatã, & qui locus exagitur, vel peres-

ſentiam, aut per conſenſum: contriſtationem etiam ipſam haud fugere. Ex quibus binis vt affectus, ſediſq; affectæ euidentia, tria innoteſcunt ſalutaria, & methodus inſudandi generalis, quantitas, qualitaſq; adminiculorum & idonea materia ideſt habilis medicina, ex quibus proba moliri curatio inſtituitur: quum his etiam & Hyppocratis denunciata annectens: vt ætatem, cubantis naturam, tempus anni & reliqua. (verum) quæ anterioribus in libris expediuit in præſentiarum in memoriam reuocat, quoniam loci alienati pluribus ex coniecturis diiudicari valent: aut, a contentis in loco alienato, aut ab actione læſa, figura, colore. ¶ Vel ab eiectis & hoc trifariam, aut quia de eſſentia loci affecti partes exiſtũt: nam ab eis defluunt, vt humiditates febre infixa, quæ, a membris diſſoluuntur, vel quia diuelluntur ab eis, vt cortices viſcerum in diſſenteria. Secundo modo quia de ſuperuacuis in loco oppugnato reſecantur: vt vrina in veſica, & feces in inteſtinis. ¶ Tertio quæ de illis, quæ ſemper, vel perpetim morboſas conſequuntur diſpoſitiones: vt egeſtio mactatæ carnis conſimilis, quæ inimicatam iecoris cõcoctionem iugiter inſequitur. (quum) fragmento claudit: ꝙ aliquibus in refragationibus, nec vnica fuit ſatelles, ſedes contriſtatas

diiudicandi, nisi actio contristata, cum ipsa elementum, fundamentumq; in eas internoscendo primo in libro ab ipso asserta fuerit.

Ex his hæc compilantur exquisita.

¶ Non modo partes similares, officialesq; dilaceratas, immo etiam & circumcompaginatas, actionem solicitare absterritam sentit.

¶ Internum affectum duplici via, scientifica, artificialiq; cōiectura sciscitandū esse, autumat:

¶ Qui laudes, gloriamq; non in sophisticis argumentationibus, sed in medicinæ insudationibus lucrari impræcatur: hec gemina vt affectum, locūq; decenter recōciliare ꝑ opus est:

¶ Ex morbi, morbificatiq; loci nitentia, generalem insistendi cursum, subsidiorum & quantitatem, & qualitatem, necnon & compendiosam leuaminis prouisionē pullulari statuit.

De memoria perdita, deq; aliis affectibus qui circa principem animæ facultatem euenire possunt.

IGitur quum deperditam cuiusdā memoriam restituere oporteret, essemq; adhuc iunior, ac neque præceptorem vnquam vidissem, qui huiusmodi affectionem curasset, neque apud vllum antiquorum

curationem legissem. Primum quidem apud meipsum inuestigaui quænam pars esset affecta, cui topica, id est localia vocata remedia adhiberem, prius videlicet vniuersi corporis curatione pmissa. Id enim commune præceptum est quod in omnib⁹ morbis obseruare oportet. Deinde qua via & ratione, remediorum singula inuenirem. Cæterum affectam sedem eam ipsam existimaui, qua princeps animæ vis continetur. Medicamenta autem ea adhibenda esse, quæ huius sedis dispositioni aduersarentur. Interim oratos habere velim omnes, qui in horum commentariorum lectionem inciderint, vt pruritum, solicitudinem, vel insaniam, quam de sectis conceperunt, deponant. deinde sic, vt probos viros decet, dicendorũ seriem considerent. Equidem quum ea quæ iam supra proposui, perpenderem, accepi Archigenem librũ quendam de oblæsæ memoriæ restauratione edidisse, quocirca omnes bibliothecas illico percurri, conueniq; bibliopolas omnes, atque medicos quoque, quos & viri, & scriptorum eius studiosos

esse sciebam, quo eius libri copia mihi daretur, sperans in eo remedia me inuenturum, locum autem affectum minime, quod plane scirem nullam aliam a corde sedem huic affectioni ipsum destinasse, secta ipsius constanter defendente, principem animæ vim in ea parte sedem sibi vendicare.

COMMEN: VII.

QVVM assentatis in sermonibus vniuersalem locis de affectis enodauerit eruditionem, hac tempestate magis per partes detergere insistit: & ab affectibus qui circa principem animæ facultatem accidere queunt vt de memoria extincta auspicatur. & hoc haud, a ratione alienum, quum innatum processum, a præstãtioribus ad minus præstantia exequendũ fertur: vnde hæc litera quæ in antecedenti asserta fuere, per effigiem illustrat: de quodam iuuene, a memoria relegato examinat: cuius curationem quum nec ab artigrapho, nec aliquo, a seniorum adiscere conspiceret: taliter se gessit: vt supra enunciauit: videlicet locum præcipue obluctatum perquisiuit: & hoc vt cui leuamina parti inhibenda essent: haud lateret.

¶ Secundo vniuersum corpus curando quum hoc cunctis in passionibus commune extet theorema: vt etiam quarto methodo medendi alijsq; in locis ostecit. quod ordinem curationis diruit: qui partem curat affectam, corpore non curato. ¶ Tertio quum sedem esse refragatam, eam in qua regitiua residet facultas, sanciret: tunc ei & nec alteri adminicula construenda esse censuit: quoniam loci contristati, contristationisq; scientia, præsidiorum, partisq; vbi ea accelerare oportet: internoscere docet. ¶ Quarto (interim) quandam implorat obsecrationem, vt quicunq; hos libros conspicere voluerit: alterationes quas sophisticis eliderunt de sectis: deserant: quum non commodum, sed potius vellum concitare appareant, quin circa veritatis lumen instent: vt probi mortales assueuerunt. ¶ (Equidem) duo de Archigene ponit: & quod Archigenes librum ad memoriam dimissam, in integrum reuocandam construxit: vnde cuntas librorum bibliothecas inuestigauit: vt ab eo aliquod ad ipsam deponendam ægritudinem, suffragiū haberet: & non modo adminiculum haud excogitauit: immo minime veram sedem exposuit affectam: sed regitiuam facultatem in corde residere Archigenes disseruit.

Ex his hæc prodeunt tradita.

¶ Cunctis in perturbationibus vniuersi curationem corporis præponendam esse, commune statuitur præceptum.

¶ Libros Galeni exponentes, quæ veridica sententia, & minime sophisticis exundant intentionibus sequendos esse censet.

¶ Regitiuæ sedes virtutis, cor tantum ab Archigene iudicat: cuius aduersum clamat princeps.

PORRO intelligere cupiebam quod intẽperãtiæ genus, eius affectionis causam esse putaret. neque enim dubitabã, quin distenperantiam aliquã pro causa afferret, vtpote qui sectam eius non ignorarẽ. Sciens itaque octo intemperantiæ genera in qualibet particula posse cõsistere, quatuor simplices, & quatuor compositas, noscere cupiebam, quod intẽperantiæ genus Archigenes læsæ actionis causam esse declararet: frigus ne, an humiditatem spiritus in corde, an compositũ ex frigore & humiditate, aut ariditatem cum frigore, putaret huiusmodi posse affectionem producere. Etenim manifestum erat, eum in hac re nihil tribuisse caloris. Sed quid demũ mihi acciderit, iis qui huius

sectæ

sectæ insaniã absterserint, iam narrare aggredior. Sane primos eius libri semones scripsi, vbi videlicet Archigenes curationem scribere aggreditur deletæ recordationis, siue obliuionis, siue memoriæ amissæ aut læsæ, vel vt cunque eam, quã supra proposui affectionem, nominare volueris, aut si non affectionem, sed morborum, aut accidens, aut infirmitatẽ appellaueris. talia enim a sophistis tractant, quæ ne minimã quidẽ vtilitatem ad curationis rationem afferunt. Verum quo clariora reddantur ea, quæ posthac dicem*: hoc prædixisse non parum refert. Archigenem vndecim libros epistolarum scripsisse. in quorum primo extat ad Marsum epistola, qua consulit, vt patri memoriã restituere nitatur, atque ab initio statim post proœmium, vbi curationẽ tractare incipit, ita ad verbum fere scriptum est.
Itaq modici sanguinis iterata detractio, incipiente etiamdũ malo, meo quidem iudicio, non parum conferre videtur, nisi laborantis forte imbecillitas obstiterit. Deinde rursus inquit. Consultum mihi videtur, vniuerso quidem corpori & imi-

gationes, & fomenta, derasouero capiti cucurbitulas adhibere. His ita lectis (vt verum fatear) fastidio affectus sum. idq; nõ abre, quod spe quam de viro conceperam, frustratum me viderem. quippe qui millies, in multis cõmentariis suis, affectorum locorum, atque dispositionis ipsorum scientiã, necessariam ad rectã curationem esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde consequemur, nisi ab ipsis ad remediorũ inuentionem dirigamur? Qua igitur o Archigenes, pbabili ratione persuasi, caput aggrediemur, relicto corde, cuius cognatũ quoddam officium memoria est? affectus vero actionis, huius deperditio? Quam dispositionem sanando, cucurbitula capiti adhibita, memoriam reuocat? qua ratione huiusmodi suades remedia? ita nunc quoque inter visitandũ ægros per cõmunes cõsultationes, video medicos inter ipsos interrogantes, qua ratione hoc potius, quam illud adhibere suaserit, atque ii ne minima quidem negligunt, tantum abest, vt tam grãdia, qualis est cucurbitula capiti adhibita, prætereant. Neque video si pectori, e regione

cordis fuisset adhibita, qua ratione Marsi patrem iuuare potuisset. Præterea proposita iam verborum series non explicat, vtrũ concisa ante scalpello, an integra cute, cucurbitulã thoraci aptare voluerit. Si.n. forte fortuna, vt nõnunquã euenire solet, frigidaq; aridaq; fuerit dispositio, sanguinis quidẽ detractio ad extremũ ducit periculum, solæ vero cucurbitulæ, nõ alio nomine, quã caloris excitãdi gratia, vtiles esse censentur. Cucurbitulæ enim attrahũt ad sese humorẽ ex imo, id quod aridæ dispositioni maxime aduersatur. Ignota itaque dispositione, quæ vel caput, vel membranas ipsius afficit, haudquaq̃ tutum fuerit, in exteriores caluariæ partes materiam retrahere. Sic enim prædicere debuerat, si frigida humidaq; affectio fuerit, capite hoc modo dispositio, curationis summam in calefaciendo exiccandoq; statuere, atque præsidiorum materiam, quæ huiusmodi habeant facultatem, adhibere oportet.

COMMEN. VIII.

HAC in oratione quum Archigene, methodicisq; de regitiuæ facultatis loco, priuataq; memoria, causa, ac in vigilatione scrutari testificatur. Et suum disponens certamen: a causa exordit: & hoc haud, a ratione abhorrens, quum causæ præagnitio, semitam curationis indubiam facit, qua de re Archigenis asserta examinando, vt quod regitiua virtus in corde residet: necnon extinta de memoria, cuius vna de causis aliqua iniqua suspicatur eucrasia: idcirco ab Archigene qualis extat hæc intemperies exquirit, aut est de aliqua simplicium, aut compositarum, quum vti quatuor simplices, parifilo & totidem composite numerantur: vt an refragatæ actionis causa secundum Archigenem frigoris excessus, an humiditatis, an vtriusq; simul in corde aut siccitatis cũ frigiditate statuitur: ita vt mentis priuationẽ concitare possit: quæ litargica passio inscribitur: nam quod huius afflictiõis in causa, nec de caloris affluentia censendum, lucet quum qualitas in excessu calida, siccitatẽ suggerat: quã haud memoriæ naufragium, sed potius ei munimentum impellere, fertur. (sed) quæ vsu ei venirent: deuellit: quoniam ea quæ ab Ar-

chigene suo in libro annotata videbātur exara uit: vbi euersæ memoriæ curationē, vel læsæ aut vtcunq; nuncupare velis aut affectionem, aut si non affectionem, sed egritudinem, aut accidens nominaueris: hæc enim nominum absurditas subdit princeps, a sophistis frequē tatur, & nullum ad curationem suffragium subministrare apparet. Et quare hæc disseruit: causam explorat: (quoniam promulgandis expediunt) ¶ (Archigenem) quam cō plura enarrat: primo libros ad epistolarū modum scripsit Archigenes, vbi in primo epistolam pro memoria reuocanda notauit, & post prohœmium quando curationem aggreditur: gemina prædicatæ passionis depositiua promit adminicula, vt cruoris ex vena missionem verum modicam, & iteratam. ¶ Has circa particulas adhibe animum, nam retulit modica, ipsam propter perturbationem ex intemperie innascentem hyemali: vt litargia, in qua copiosa sanguinis missio, nec datur, quum suæ innatæ caliditatis cruor, vnum de præsidiis curatiuis, & nec affectiuis constituitur. ¶ Connexit etiam iteratam, quoniam talis venæ sectio minime vt euacuatio, sed vt auersio adiudicatur: quod deflectione in ipsa congruum censetur. ¶ Appendit & aliam, si vires consentiunt, morbo inchoante,

quoniam vbi ipse destituũtur, penitus denegã dá esse certũ habet. ¶ Secundũ suffragiũ ab eo ꝓpulsum, sunt irrigationes, fomẽtationes, & abraso capite cucurbitulæ. (His) Archigenis sententiam non vnice lacessit: antecedenter ꝗ in finitis in locis, afflictionis, lociq; afflicti scientiam probam ad inuigilationem oportunam esse indicauit: quare ad quid ipse hæc explorauit: si ab eis auxilia comperiendi, cursum assumere nequiuerat. ¶ Secundo cur caput curat corde destituto, quum secundum eum memoria sit cordis innatum officium: cuius morbus est memoriæ nudatio. ¶ Tertio quæ refragatio ex cucurbitulis capiti accelera tis prosternitur: vt memoria in pristinum redeat ¶ Quarto qua ratione adiutoria dispo suisti, nec aliquã de eis attulisti causam: quod ordinatis reluctatur medicis, qui quum laborantes curant: ne exiguum quidem suppeditãt medicamen: nisi prius ab eis sit ratione præcursum: vt si consentaneum, vel non consentaneum videtur. ¶ Quinto si Archigenes cucurbitulas thoraci adhiberi imperasset: vbi cor memoriaq; locantur: minime quid comodi memoriæ Marsi patris conduceret, rationem impartiri valuisset. ¶ Sexto suo in colloquio de insufficientia criminatur, quum cucurbitulas præcipitur, verum si cum scalpellis, vel

absq; ,maturandas esse nec iactat: quod exprimere necessarium esse iudicatur. quoniam si perturbatio frigida, siccaq; apparet: cruoris missio dispendiosa potius, quam compendiosa sentitur. si vero sine scalpellis gratificãtur: nec aliter salutares arbitrantur, nisi quum calorem concitant naturalem: eoq; calefaciunt: & siccæ reluctantur discrasiæ, quoniam ex alto ad exteriora alliciunt humiditates: & sic si ipse in capite pro memoriæ reuocatione adaptarentur: quum passio arida existit. succos ab ea exterminarent, & detrimentum abstruere detrimento inesset. ¶ Septimo (ignota) eundem arcessit, quoniam honestus medicus nec cucurbitulas, aliaq; oblectamenta humiditates ad externa in escantia, vt caluarie partes consilium præbere debet, nisi prius refragatiõis, lociq; refragatio, vt si ĩ cerebro, aut eius membranis sit refragantiæ, illustrationem cõsequatur. Qua propter quum ipse his minime insudauerit, conuenienter id ei vitio damnum est: quoniam ex passionis in capite agnitione duntaxat, solatia committendi consentanea potestatẽ habuisset, vt oppugnatio est frigida & humida, igitur igneis est demolienda.

Ex his hæc disponuntur indicata.

¶ Idem discretis perhiberi nominibus, sophisticis, & non medicis vsui est.

¶ Proborum extant partes medicorum, vt de approperandis rationem reconciliare debeāt.

¶ Nominum discrepantia curationi non minimum subuenit.

¶ Cucurbitulæ haud aliter, nisi quia calorem corroborant naturalem, ac humiditates alto ex corporis ad exteriora iactant: fructuose opinantur.

¶ Siccam, frigidamq; affectionem minime cruoris missione indigere autumat.

¶ Ex nuda vessacionis agnitione adminiculorū excogitacio, nobis vulgari potest.

Quumq; vix ex obscura me vertigine recollegissē, sequētia ēt legere aggressus sum, inuenire me posse sperans, si non per ordinē, saltem sine ordine, huiusmodi aliquem sermonem, qualis is erat, quē nuper exempli causa percurrimus. deprendi itaque omnia præsidia per delectum vehementer calorifica atque exiccantia, adeo vt totum caput, sinapismo ab ipso, vocato calfaceret quamuis vehementissimū sit medicamentū. Deinde ablato sinapi, caput nitro conspergere, mox aqua calida rigare iubet, quo medicamine nul

lũ in arte medica violentius inuenies. siquidem dolorẽ veluti cauterium excitat: sed diutius durat eius operatio. Itaque Archigenes inferens inquit, Igitur intollerabilem habet dolorem, neque vlli vel maximorũ præsidiorũ cedit hoc medicamentum. Quinetiam ex sinapi, nasturtio, grano gnidio, vua taminea (staphisagriã græci vocant) apophlegmatismos instituit, ac sternutamenta mouere, & potiones propinare iubet. vtraque ex vehemẽter calidis aridisq; medicamẽtis cõponẽs. Vt facile constet ipsum credidisse, ad humiditatem, & fregiditatẽ, vel cerebri, vel mẽbranarũ hanc dispositionem pertinere. Huiusmodi enim dispositio, si caluariã tantum affecerit, hominem memoria haudquaq̃ priuabit. Verũ hæc obiter propterea dixerim, quod exiccantia calorifica q; remedia inducit. q̃q̃ nusq̃ ab ipso explicatũ est humore frigoreq; obliuionem constare. Sed quis non indignabitur, videns caput tot vexari modis, alia videlicet parte affecta? Cæterũ id quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, postea pergens huiusmodi verborum

ſerie manifeſtisſime declarat. Atq; irrita-
tiones (inquit) quas ſinapi, cucurbitu-
læq; intulerunt, leuare oportet. quippe q̃
interdũ mitiores, interdũ vehementiores
eſſe ſolent. Atq; efficaciores ſunt illæ quæ
conciſa prius cute adaptantur. Verũ o
clarisſime Archigenes, nulla tibi ſuffra-
gari ratio poteſt, quãobrẽ capiti iſta adhi
beas, ſi affectio conſiſtat in corde. Neq;
ab experimento, vt interim empiricos al-
loquamur, talia poſſunt inueniri. Nam
æſtuans quiſpiã ſub ardente febri, frigidã
aquã per intẽperantiã ingesſit, & nonni-
hil præſidii expertus, medicis imitatio-
nis viã, nulla interueniente ratione, ape-
ruit. Cucurbitula vero, nulla occaſione
duce, ſed ſola indicãte ratione adhibet.
Neq; enim ſua ſponte cucurbitula ſeſe a-
daptare, neq; etiã ſi hoc detur per occa-
ſionẽ aliquã capiti adhiberi poteſt, præ-
ſertim in ea affectione, quæ raro euenire
ſolet. Interroganti vero mihi noſtræ tem-
peſtatis medicos, præcipue ſenes, & exer-
citatos, curaſſentne vnq̃ huiuſmodi affe
ctum: omnes pene reſponderunt nunq̃ id
ſe tentaſſe, vno duntaxat excepto, qui di

ceret curationem quidem aliquando se aggressum, nihil vero profecisse. Quo pacto igitur eorum, quæ ex casu quodã accidunt, auxilia experiẽtiæ imitatione, cognoscemus? quum raro eueniat huiusmodi affectus, neq; fieri possit, vt cucurbitula per se casu quodam capiti adaptetur? Frigidæ enim potio, cæteraq; id genus remedia, quorum quotidie in multis creberrimũ facimus periculũ, per experimenta inueniri possunt. sed cucurbitulæ appositio, siue concisa prius cute, siue ea integra fiat, ab experientia occasionẽ accipere non potuit. Quum enim reliquarum affectionũ sedes, quãuis non exacte, ad inuẽtionẽ tamen remediorum, satis sensibus dignoscantur, in memoria id conceditur minime.

COMMEN: IX.

PRAESIDIA, intentionesq; passionem deponentia lethargicas, ab Archigene suis in bibliothecis annotata, aceorum falsitatem, in textu denunciare non dubium est. (Quunq;) suam monet intentionem videli-

cet quum vix ex obscura vertigine me recollegissem, idest quum torpida, a passione, a qua correptus fui, me recollegissem idest ad pristinum me reuocassem, sequentia Archigenis legere nec denegauit, cuius causam præmit, quoniam eius excogitata, vel rite, vel irrite in eis aliquem vti prædixit comperire sermonem cupiens. ℭ (Depræhendi) Archigenis scripta reserare exorditur, quum lithargice pro affectionis inuigilatione complura subsidia acutæ calefaciendi, exicandiq́; vim obtinentia præcepit: vt sinapismum emplastrum; post id nitrum, & raptim aqua calida caput abstergere, hoc autem ita valide ignet, quo in arte, nec vnum ardentius reperies, & dolentiam vti cauterium cum igne solicitat, verũ tamen eius actio lõgiori cũtat tẽpore, necnõ & alia ardentia attendit adiutoria, ex quibus nobis innotuit, q̄ hæc frigidæ humidæq́;, cerebri, membranarumq́; contristationi expediunt. (huiusmodi) Archigenis enunciata in simulare instruit, præcipue q̄ si hæc iniqua imtemperies scilicet gelida, humidaq́; in caluariæ loco conuocatur, minime memoriæ naufragium impellit, quoniam hoc haud cõmoueri potest. nisi ipsa inequalis eucrasia postremam capitis partẽ vbi memoria residet, afficiat. ℭ Secundo Archigenis lethargiæ euersionem, quum calo

rificis, aridisq; exposuit, & eam succo ex hyemali congeri; nunquam indicauit, & sic Archigenes merito accusatur. ¶ Tertio quis ad iram non concitabitur, quum in memoriæ relegactione caput variis modis obluctari conspicitur, corde existente inuiolato, & ipse memoriam, ac virtutem in eo collocari regitiuã voluit. ¶ Quarto pandit q quamuis in initio indeterminate de cucurbitulis affatus fuerit nihilo setius eius asserta magis percurrendo, reperit, q de eis lucidissime orsus fuit: quũ pmpsit, q interdum suaues, & quandoq; vehementiores fiunt: Sed vtiliores quæ soluta cute adhibentur. ¶ Quinto (verũ) Archigenis sententiam circa obliuionis curationes criminiosam esse, triplici testificari medio elaborat, primo rationali quia si passio viget in corde per te: quum memoriam in eo locari coicit: cur capiti adminicula accelerari imperat: ¶ Secundo neq; per experimentum nulla suarum medicinarum inueniri potest: quod tali illustrat medio, sit aliquis nimis febriens, nec non & siticulosus & quũ hoc aquã sorbeat gelidam ex qua auxiliũ suscipiet: ei methodum empericorum medicorũ prosequi sufficit, & nec aliquam afferre rationem, cur aqua præsidio fuerit, oportet: Sed de cucurbitulis secus erit: quum nulla ex occasione, nisi ratione ad

moniti, eas approperare congruũ statuitur: & hoc binis perstringit coniecturis: quoniam cucurbitula aliqua in sede corporis ex se inhærere nequit: & si id tribuitur: capiti eam esse adhibendam minime comprobatur: præsertim illis in oppugnationibus, quæ haud crebro accidunt: & hoc attractionis pertimescentia. ℭ Tertio via figurali psius curationem afflictionis esse laboriosam, indicat: quoniã per liniamentum curatio nec possibilis ascribitur: nam eius eloquentes præceptores consimilẽ concitare dissipationem nunquã ausi fuere: & qui eam cõmouerunt, inflatuose inludauerunt. ℭ Quarto ea quæ probatione in experimentatiua enudauerat: dilucidius aperit, & hoc (quo pacto) subdit ea quæ, a casu contingunt: eorum leuamina per experimentum reperiri queunt: vt aquæ de frigidæ assumptione, si aliquis suffragatur: sicut supra ꝑdicatum extitit: sed de cucurbitula impossibile est, vt a casu capiti inhibeatur: nõ nisi rationali peracta perscutatione: verũ aqua de glaciali, aliisq; oblectamentis, ex quibus complures periculum subeunt, per experimenta excogitari sufficiunt: sed in memoria per cucurbitulæ maturationem haud sentitur: quũ ipsa auxilium elisiuum videatur: qua propter & ipsam necnon & alia summæ attrahentia

capiti accelerare, formidare peropus est.

Ex his hę inducuntur memoriæ.

¶ Nitrū in tm̄ calidæ, aridæq; inspicit naturæ vt eo in arte calidius, nullū excogitari valeat.

¶ Memoriæ detrimentum nisi quum hyemalis intemperies parti capitis posteriori oppugnat: germinari censet.

¶ Virtutem in corde regitiuam residere, Archigenes inconstanter tractauit.

¶ Cucurbitulas quum cutis secactione salubriores esse ponit.

¶ Cucurbitulæ copulationem, nec per experimē tum, vt alia solatia reperiri posse, neq; subministrandam esse, nisi sufficienti percursa ratione, testatur.

¶ Cucurbitulæ coniunctionem a capite recusandam esse, p̄dicat.

RELIQVAS voco affectiones, vt lateralem morbū, peripneumoniam, nephritidem, dispositioné colicam, hepaticam, splenicam, aut intestinorum, aut vesicæ, aut vteri affectus, atque id genus cæterarum partium. In quibus omnibus, & dolores, & ea quæ per meatus excernuntur, & si non exactissime, saltē in latitudine,

ſedem affectam declarant. In laterali enim morbo facile eſt vniuerſo lateri adhibere quicquid volueris, ſimiliter ventri in colica, quemadmodum ſi hepar, aut lienis inflammetur, præcordiis atq; haud ſecus in cæteris partibus. Deperdita vero memoria, nullum affecti loci ſignum, neque tumor præter naturã, neq; dolor aliquis, neque excretio, neq; aliud quidpiã extat. Quemadmodum neq; in melancholia, phrenitide, mania, morbo comitiali, lethargo, ſopore, & in ea affectione, quã recentiores medici catochen, id eſt vigilantem ſoporem nominãt, atq; catalepſi, id eſt occupatione, ac ne in iis quidé affectibus, qui vel toto corpore reſident, vt ſpaſmis, & ſaltibus, vel altera duntaxat medietate, vt paralyſi. nullũ enim ſignũ ab his tanq̃ ex radice prodit. quippe neq; tumor præter naturam, neq; dolor, neq; color a priori mutatus, neq; excrementa, vnde Archigenes potuiſſet inuenire remedia. ſiquidem nugaces ſunt empiricorum occaſiones, atq; Archigenis ſermo nos ducit ad cor. Verũ ſi cõcedamus ab experientia, dictarum affectionum auxilia prodidiſſe

lia prodiisse, nunquid manifeste deprehendentur falsa illorum arrogantia, qui dogmatici vocantur: ac ne simplex quidem illa reprehensio erit, sed gemina, atque vtraque fortis. Si enim vsque adeo vtile est experimentum, vt non solum citra rationem inueniat remedia, verumetiam coarguat rationem tanquam aperte falsam, tantum abest vt ratio dogmaticis medicis sit vsui, vt etiam nocere videatur. Sed (vt aiunt) satis erat eam inutilē esse ostendisse. Verum si ratio aliquando etiā nocere videatur, quod maius argumentum desideras, quo rationis vitium ostendatur? Porro multas de principe vi animæ rationes, dialectico more interrogando inductas, vna cum affectorum locorū vsu, quibus euincere possis, in animalibus affectibus, auxilia cordi adhibenda esse, ita subito contempsit Archigenes, alioqui in curandi ratione exercitatissimus, vt neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret, ipsumque, licet haudquaquam affectum, & incideret, & vreret. Nū igitur per Iouem mentitus sum pauloante, quum dicerem rationalē viam, quod

ad remediorum inuentionem pertinet, omnino prodi ab his scilicet, qui patriæ, quam sectæ suæ proditionẽ, æquiori ferrent animo: quippe proditionem esse arbitrantur, si vera dicendo, dissentiendũ sit his, quibus ea secta defenditur. Igitur vt in præsentia, turpem contentionẽ manifeste declarant, sic etiam haud obscure dementiam suam produnt, quum putant om̃nia sua decreta turbari, si aliquãdo, vel in vno reprehendantur. Placitorum enim alia, mutua consequentia cohærent, alia inter se pugnant, alia neque consequuntur sese, neque pugnant, vt in hac ipsa de principali animæ potestate, quæstione (siue enim in corde, siue in capite sedem ei statueris) poteris de naturæ elementis quancunq; volueris eligere opinionem, cum priore sententia neq̃ pugnando, neque consequens aliquod adducendo. haud secus de generatione quoque & corruptione, de animæ essentia, de diis, de prouidentia, de fato item genitus ne sit mundus, an ingenitus, finitus, an infinitus: præterea an plures sint mundi, numeroq; incomprehensibiles,

an vnus dũtaxat? quippe nulli iam dicto tum placitorũ repugnat, neque ad vllũ ipsorum sequitur, ea quæ de animæ vi principali habetur opinio, siue in corde siue in cerebro eam contineri dixeris. Itaque vniuersam suam sectam dogmatici produnt, qui huiusmodi scribunt curationes, quum de præcipua animi vi, adeo manifestæ sint demostrationes, vt omnibus fere hominibus nota sit pars in qua resi det, solis medicis summisq; philosophis, qui in corde eam collocant, non appareat. Demonstrationes vero ipsas in cõmentariis quos de Hippocratis, Platonisq; decretis edidi, iam dixi. Porro rationalem animæ vim in cerebro, virilem vero, atq; irascibilem in corde, concupiscibilem in iecore sitam esse, nemini nõ persuasum est. Id quod quotidie dicẽtes audiendo, discere licet. quippe fatuũ, aiunt cerebrum non habere. timido & pusillanimi cor deesse. Tityo vero iecur ab aquila erosum, non solum poetæ, verum etiã pictores, sculptoresq; fingunt.

COMMEN: X.

DE Archigenis, empericorumq; dissertis princeps adhuc nec renectus, propterea eadem sciscitari adoritur & principaliter quibus in obluctationibus sedes futiliter, ac quibus querulosæ diiudicatur: detergit. quoniam gemine cõstituuntur: quædam acerbitate, tumoreq; cõtristatos solicitant: & in his dolores, aut preter naturam tumores, aut excrementa, quæ ex foraminibus excluduntur: locum portendũt obluctatum: vt dolor morbo in laterali, peripeumonia, & tumor quando inflammatio lacertis thoracis in exterioribus cõgesta fuerit, in nephritica passione, & colica bina sedem esse refragatam, vt crudelitas siue dolentia, & deiecta: quoniam si in eis arenulæ conspiciuntur. vt vrinæ sedimen sabulosum elucet: & dolor prope renes, tunc sedem aduersatã, eos esse denuncia: si vero colice indicia associantur, & haud lotium vnquam sabulosum reperitur: & acerbitas quotidie angit: partem exagitatam esse colon cense: pariter in iecorali, ilienali, in vesicali afflictionibus, nec non & reliquis coniiciendum: quoniam dolor, & quæ per exiles deiiciuntur, locum obluctatum statuunt: & si non efficacissime, saltem secun

ctum aliquam efficaciæ causam. Qua de re in his non solum sedis affectæ scientia, tractabilis vendicatur: immo & loci vbi ad minicula adiicere, peropus est. ¶ quædam reperiuntur obluctationes a dolore, tumoreq; relegatæ, ut lethargica, melancolia, & cætere quæ in littera numerantur. in quibus sedem internoscere offensam, superbum apparet quoniam nec ex indignatione, neq; ex tumore, nec pristini coloris conflectione, neq; ex superuacuis aliquod vestigium locum agnoscendi affectum decerpi datur. ¶ (Vnde) Archigenis indicatis obiicit: & hoc in geminis, vt oblectamenta in obliuionis ad integrum reuocatione per experimentum excogitari posse, profitebatur: & q letargica passio in corde constringitur. fatur. n. princeps si hoc tribuitur, tunc honeste de fæda dogmaticorum superbia criminari valet: quo crimen nec simplex, nudumq; , sed geminatum & vtrumq; roborosum sancitur, Primum q in obliuionis inuigilatiõe presidia citra rationem, sed experimento duntaxat reperiãtur: Secundo q experimentum rationem tanq̃ flagitiosam repellat: & ex his bina alia prodeunt: & q ratio inflatiua erit: immo quãdoq; iacturam gratificari apparet: quo nihil in rationem esse infamem, efficatius decerni potest. ¶ Tertio (porro) exponit q complures

regitiua de facultate con temdebant: dialectica afferentes argumenta: ex quibus duo, & regitiua detrimenta esse in corde, necnon & leuamina in eo adhiberi, sentire oportet. (ita) Archigenis enarrat sententiam: qui quum in arte curandi mirifice elaboratus sapiensq; extitisset: raptim supra asserta abnuit: quoniam ipse lethargie in abolitione cunctas thoracis partes destituit. & capiti adminicula adiici precepit: etiam si caput non contristaretur, & incideret, & vreret. i. cucurbitulas cum incisione, & coctione accelerare committebat.

¶ Quarto (num) Archigenis ludificationem enodat: & quia litera difficilis videtur: iccirco eius pro lumine animum adhibere necessitatur: q ut supra com S. & hic latenter promulgare apparet: nullus vni insistere sectæ debet: quoniam eam etiam in honestæ presidere impellitur: Secundo q Archigenes sectam dogmaticam fuit consecutus. Tertio q qui vni sectæ reluctatur: eius diruptionem exquirit. His prelibatis ad litere sensum descendo: Galenus affatur: q per Iouem mentitus sum. i. ego Archigenes iuro per deum q mentitus dixi: quum ante affirmaueram: q via rationalis ad presidiorum excogitationem remedio est: quibus obliuionis cura conficitur. adde tu quum huiuscemodi via empericorũ sectæ obiurgat:

post id subinfert: quod omnino prodi ab his scilicet qui patriæ, quam suæ sectæ proditionem æquiori ferrent animo idest viam profiteri rationalem, sectæ perditionem quærere erit: vti illi student: qui valido animo patriæ vastationem tolerant. nam ab eis dissentiret quæ ad sectæ munimentum elaborant: etiam vera iactando, de mo itionem esse sentitur. ¶ Preterea (igitur) vt ea quæ princeps retulit: lucidius percipiantur: decretum expetit methodicorum. quod si in vno insimulantur: cuncta delere videntur. ut animæ, elementisq; facultatibus, lineat: qua de re cuncti emperici super negationem, affirmationemq; compescuntur: quoniam tam in animæ edictione, quam depravatione, in deo omnipotente, de mundo, ac aliis vnanimes esse debent. (Itaq;) sedes animæ absoluit, & tria exigit, & quod virtutis significationes regitiuæ adeo euidẽtes existũt: vt quicunq; qua in sede anima residet haud fugit: preter medicos, qui eam esse in corde suspicantur: & non apparet idest nec verum videtur. Secundo suam promit intentionem quod in Platonis Hippocratisq; præceptis explicauit animam rationalem in cerebro locari: audaciam & iram in corde, concupiscitiuam in iecore ¶ postremo quodã per cõmune enunciatum animas fatis in locis residere clamat:

quidam enim vociferant: stultum non habere cerebrum: timidum, pusillanimumque non habere cor &c.

Ex his hæc consectantur enunciata.

¶ In perturbationibus cum dolore, aut tumore connexis, sedem diiudicare perturbatam. friuole: in reluctantibus uero difficile statuitur.

¶ Empericorum ascribitur decretum, vt semper eiusdem exstent sententiæ.

¶ Archigenes qui sectæ aduersatur: eius vastationem expetit.

SED tempus est vt ad propositũ redeam. Sane in confesso est omnibus medicis, si opera spectes, quæ rationali potestate affecta laborantes faciunt, caput propriam rationis esse sedem. proinde consideremus oportet, qualis sit in vnaquaque affectione dispositio, de læsa memoria principium facientes. si quidem de ipsa loqui statuimus, hæc autem affectio crebro nobis occurrit, vitiata simul quodammodo ratione: queadmodum si ratio lædatur, memoriam quoque lædi contingit, vtriusque noxa ab eadem dispositione procedẽte, quæ vbi vehementius intenditur simul

cum memoria, ratio quoque deperditur, quæ affectio, stultitia nominatur. Sic in lethargo etiam, atq; omnibus soporosis affectionibus, vtræq; pereunt. Atque dispositionem ipsam secundum primum genus, similem esse necesse est, nempe intemperiem. Iam enim explicauimus, eam similiarium partium, quæ primo operantur, communem esse dispositionem. Secundum vero alterum genus frigida omnino intemperies est, hæc enim animales actiones torpidas efficit. id quod animalia quæ per frigora latere cogũtur, haud oscure declarant. Id etiam in frigidis medicamentis videre est, ac frigidis quoq; cibis: siquidem lactuca graues inducit somnos, si multam ipsius quantitatem qs ingesserit. Verum etiam capitis grauitates, quæ videlicet sine mordaci infestant dolore, somnum soporemq; afferunt quibus apophlegmatismi magnifice opitulari videntur. Ad hæc non mediocri argumento sunt capitis & ardor & refrigeratio. siquidem ardor vigilias refrigeratio soporem inducit. Item biliosi calidiq; morbi, vigilias, deliria, phrenitides. con-

tra pituitosi frigidiq;, ignauiam, soporéq; efficiunt. Quippe quod ad vigilias, sopores q; per morbos pertinet, calida, frigidaq; intemperies, primam sibi facultatem vendicat. altera vero ab hac, ad humiditatem ariditatemq; refertur. Nam balneæ eo quod caput madefaciunt, soporiferæ sunt: haud secus vini moderata potio, omnes cibi humectantes. atque ex ætatibus, pueritia quidem ob humorem somnolenta est. Senes vero ob ariditatem, vigiliis vexantur. Igitur omnia hæc argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam, secundas partes obtinere: frigiditatē vero priores. Proinde vt humiditas abundans, vel sola, longos profundosq; somnos: ita ariditas quoq; sola, vigilias efficit. de quibus dispositionibus ab Hippocrate dictum est. Somnus aut vigilia, si alterutrum modum excessit, malum est. Quod si frigus cum humore vehementer intendatur, soporem, stuporemq; constituit, sine hoc vero, memoriæ nocet, stultitiamq; inducit. Quum itaq; non solum in frigiditate, humiditateq;, verum etiam

in ariditate, & calore, non paruũ, secundum magis & minus, sit discrimen, nihil mirum si multifariæ inueniãtur causæ, q̃ animales actiones lædere possint. Cæterũ clarioris doctrinæ gratia rationalis animæ actiones, principales: irrationalis vero, morales vocentur: sed has in præsentia silentio præterire decreuimus. nondũ enim vel cordis, vel iecoris affectus, tractare proponimus. Igitur quemadmodũ somnus, & vigilia, si modum excesserint, ille ob humiditatem, hæc vero ob temperantiam fit aridam: ita & in his ipsis, & magis, & minus, tum in somnis, tum vigiliis sequitur maiorem, aut minorem, vel humiditatem, vel siccitatem. Quumq; bifariam (vt iam declaratum est) fiant huiuscemodi intemperies, duplex quoq; erit vtriusq; dispositionis modus. vnus quidem in humidis, siccisq; humoribus: alter vero in corporibus solidis, si aliquando in easdem intemperies solidæ partes atq; molles inciderint. Præterea quanuis iam dictæ temperies sint contrariæ, fit tamen ex ipsis mixtum quoddam temperamentum, vt in vigilanti sopore, quum pitui-

tosus biliosusq; humor abundauerit: ita in calidi frigidiq; contrarietate, eosdem quoq; modos inuenire licet, tum simplicibus intemperantiis, tũ ex ambabus cõpositis. Pituitæ enim si bilis misceatur, flauam dico, mixta fit ex calido frigidoq; dispositio. Quod si in solidis corporis partibus, mixtam ex contrariis dispositionem fieri fateamur, tres ita prodibunt in vnaquaq; contrarietate intemperies. Igitur huiuscemodi affectus omnes, capiti aduenire solent, sed inter se differunt, non solum mixtionis varietate, aut eo quod magis minusve interduntur, tum in simplicibus, tum mixtis dispositionibus: verum etiam q; ventriculi cerebri, interdum afficiuntur huiusmodi intemperantiis, interdum vniuersa eius vasa, aut humiditas q̃ per corpus cerebri dispersa est. Accedit ad hæc quartus quoq; modus, quum videlicet ipsummet corpus cerebri intemperatum redditur.

COMMEN: XI.

QVVM quæ Archigenes regitiuæ de facultatis loco, necnon litargiæ curatione sentit:

superius intimauit Galenus. associanter suum asserere iudicium gloriatur. Et precipue quantum ad animæ residentiam: quoniam cunctorum ex medicorum enunciato, rationalē animam in capite, Et non in corde residere iactant. ¶ Secundo quid rimari perquirit: profitetur. videlicet q̄ suum hortatur propositum scilicet quodcunq; ipsius incommodum facultatis scrutari. qua de re a memoria exorditur: cuius causam deuellit, quoniam hec perpetim nobis occurrit: verum nec simpliciter, sed quum rationis quodam modo detrimento cō uocata: post id cur orsus est, quum rationis iactura constructa, premit: quoniam si ratio oppugnatur. Et memoriam etiā oppugnari per opus est: Et latere ex aduerso, quum hæc gemina conflectibilia iudicantur: & hoc haud a ratione abhorrens: quia vtriusq; dispendium eadem a dispositione concitari princeps autumat, & quando dispositio vires adiicit suas: memoriam prosternens, vna etiam & ratio prosternitur: ex quibus quædam germinat passio, quæ stultitia fertur. Cuius complures annumerantur species: quas modo ascribere minime videor. sed verba Galeni dūtaxat. (quantum ad facultates) exprimere. ¶ (sic) ipsarum detrimentum virtutum particulares ad afflictiones indicat, vt in letargica ac omni

intorpida contristatione animæ rationalis binas enunciatas virtutes scilicet cogitatiuam, memoratiuamq; dissolui, reiicit. ℂ (Atq;) essentiam affectionis & memoriæ, rationisq; explicat: & bifariam esse monet: vna quæ primo in morbi genere conducitur. & iniqua perhibetur eucrasia: necnon partes ad similares actionem primitus molientes communis censetur. ℂ Alia quæ secundo in genere contrahitur: & frigida existit intemperies: & hæc regitiuæ partes virtutis rigidas machinatur. Sed q gelida intemperies taliter impellat: nec vnico instituit testimonio: & per pruinosæ naturæ animalia, quæ inhyeme frigiditatis impulsu: terreis sub cauernis latitant: etiam escis in rigidis, humidisq; vt Lactucis quibus vbertim deuoratis, visus nocturnus innascitur.
ℂ Præterea in capitis grauedine a mordaci, aculeoq; dolore relegata, persuasum habetur: quoniam ipsa gargarismatum, aliorumq; solatiorum suffragio pituitam elidentium, aboletur. ℂ Postea per primas, secundasq; qualitates vt geliditatem, igneitatem: quæ quum primæ constituent qualitates: anterior enim nocturnam vigiliam, subsequens excubias sollicitat: secundæ vt humiditas, & ariditas idem moliuntur: quoniam humiditas quietem, tabescentia vigilias concitat. consimiliter in la-

cerationibus quoniam, ardentes affectus, vi
delicet biliosi sicut phenitides, vigilias, pituito
si profundum commouent somnum. id etiam
in balneis, vini moderata sorbitione, nam si
meracum assumitur, vigilias, si vero dilutum
suæ humiditatis impulsu imaginem submini-
strat, in ætatibus, vt pueris ob humiditatum
in eis affluentiam, somnolentiæ, in vetustio-
ribus ariditatis causa vigiliæ crebro comperiũ
tur. ¶ (proinde) ex his aliqua efficit correla-
ria, vt affatim humiditas, & inassociata, my-
cronoxias, altasq; nocturnas cõcitat vigilias:
paripassu tabescentia labores: quod Hippocra
tis verbis corroborat. ¶ Secundo rigiditas si
copia quum humiditatis fuerit compaginata:
torpidam edit affectionem, quæ subectica a
medicis nuncupatur, si humiditate nudata,
memoriæ suggerit iacturam, ex qua stultitia
germinat. ¶ Tertio (quum) si animalis facul-
tatis actiones diuersimode exagiuntur, nec ad
mirabile statuendum, quum quatuor inter as
sertas qualitates non modica secundum ma-
gis & minus dimicat abhorrentia. ¶ Quarto
(cæterum) de actionibus sermocinatur, quo-
niam geminæ excogitantur, aliquæ rationa-
lis animæ quæ principales perhibentur, vt co
gitatiua, memoratiua. ¶ Aliæ irrationalis
animæ, quæ morales dicuntur, & in corde, ie-

coreq; reperiuntur, quare subdit q hac tempestate minime de moralibus, sed de priorib⁹ contendere profitetur. ¶ Quinto (igitur) quemadmodum ex humiditatis, ariditatisq; exundantia, nocturna vigilia, industriæq; ad augentur, parifilo eorum ex diminutione, ea aduersum insequuntur, quoniam somnus, & vigiliæ ipsas qualitates secundum magis, & minus consectantur. ¶ (quumq;) princeps loquitur, quod quum bina sit intemperies virtutis actionibus regitiuæ obsistens, vt huius in exordio literæ promulgatum fuit: similiter harum vnaquæque specierum bifariam ascribit, vna humidos, aridosq; ob succos. ¶ Altera solida ob membra si in eis in iusta imperat intemperies. preter hæc versuta de ineucrasia distinguit, quod aliqua simplex excogitatur vt ardens tantum ¶ Alia associata, & hæc duplex, quædam suo cum contradicente conglobata, vt vigilatiua, stupidaq; in passione in qua dissonantes, ut flaua bilis, pituitaq; exundantes, conspiciuntur. Residua de non tenuēte molit: videlicet calido, siccoq;. ¶ (quod) in suæ orationis tramite omnem refragationem caput contristantem, siue quatuor ex reluctantibus qualitatibus constructam suspicetur: siue non: quatuor modis reiectionem habere posse, efficit: aut compositionis contro-

uersia, vt quando ex infestis contexitur qualitatibus: scilicet bilioso, pittuitosoq; succo: si vero ex non obstinatis, refragatio dicitur cō posita. & nec aduersum vt febris, aut inexcessus mensura secundum magis, & minus videlicet hyemalis intemperies secundum excessum, & recessum absurdas procreat dispositiones. ¶ aut in capitis loco vt in cerebri vētriculis, vel arteriis quæ in cerebro resident, aut in humiditate, quæ in cerebri essentia est diffusa: quoniam ex disturbatæ partis passione, disturbatus consequitur affectus. ¶ aut quum vniuersum cerebri corpus discrasiatur vt in stultitia sedet animo.

Ex his hæc prouocantur exquisita.

¶ Regitiuam in cerebro facultatem residere, cūcti clamant medici.

¶ Memoriam, rationemq; in afflictiōe, causaq; haud dissentire, fertur.

¶ Omni in pigrida obluctatione memoriam, rationemq; quiescere, ponit.

¶ Quemadmodum caliditas, frigiditasq; vbertim, vt primæ qualitates somnos vigiliasq; prodeunt: pariter de humiditate, ac ariditate tanquam de secundis, profiteri impellimur.

¶ Sicut versutæ oppugnationes vt biliosæ, vigiliarum copiam: pari filo hyemales videlicet pittuitosæ imaginis grauitatem impartiūtur.

¶ Vt ætate in puerili somnū humiditatum imperio, con similiter pertinatias in senili siccitatum, exundare autumat.

¶ Bruma affluenti humiditate connexa, stupidā affectionem. citra ipsam stultitiam concitare solet.

¶ Imaginem, excubiasq; ex causarum exundantia, paruitateq; cresci, & decresci promulgat.

¶ Vigilatiuam torpidamq; affectionē obstantibus ex succis vt biliosis, pittuitosisq; germinari, sentit.

¶ Corpus cerebri ad aridum lassum, stultitiam pullulari testatur.

De stultitia: sopore, lethargo phrenitide, & mania.

QVorum itaque vel memoria, vel intellect⁹ periit, somnos obseruare oportet (qppe intellectus amissio stultitia est) vtrum vehementer, an modice somnolenti sint, aut omnino non somnolenti, sed quantum ad somnum pertinet, secundū naturam sese habeant. sic enim vincentē inuenies intēperiē. Præterea considerandum est, vtrum excernant quippiam, vel

ex naribus, vel ab ore, quod a capite defluat, an aridæ huiusmodi partes sint. quippe ex iis dispositionem ipsam, coniectura consequi poterimus. Quẽadmodum in destillatione & grauedine vsu venit. siquidem in iis, & qualitas, & quantitas excrementorum, atq; causarum quæ præcesserunt, contemplatio, capitis dispositionem declarat: siue calida fuerit, vt in vstione: siue frigida, vt in refragatione. Nisi enim omnia hæc discrete cognoueris, idoneam dispositioni curationem haudquaquam inuenies. Quum igitur vel periit, vel grauiter læsa est memoria, frigida omnino intemperies est; quo circa calefacere ipsam oportet: at vero exiccare, aut humectare, non necessarium est: sed si humiditati copuletur, arefacere: si ariditati, madefacerẽ. Cæterũ si inter has mediũ obtinet, ipsũ cõseruare oportet. Equidẽ noui quẽdã, q̃ ob laborẽ in studiis, atq; vigilias, memoriam pene amiserat, læsa etiam ratione. Item agricolam, qui ob labores quos vites colendo subierat: ac tenuem victum, eodem modo affectus est. atq; ii exiccantibus, calorificisq; lædeban

ma defacientia vero, quæ calefaciendi quoq; vim haberent, haud mediocri ipsis erant præsidio. Interdum vero, vbi principales actiões læsæ sunt, febris quoque accedit, vt in phrenitide, & lethargo. interdum sine febre vitium est, vt in mania, & melancholia. id quod modo p consensum, modo primaria affectione cerebro laborante accidit. Quum igitur ppriis accidentibus, exacte discernuntur huiusmodi vitia, & perpetua sunt, neq; aliis præcedentibus superuenerunt, primogenia affectione: quum vero propriis accidentibus discerni non possunt, neq; perpetuo permanent, atque ad alias affectiones cõsequuntur, per consensum ipsa constare dicimus. Neq; latere nos debet, vbi per cõsensum quis afficitur, fiatq; adhuc affectio, ꝙ deletis efficientibus ipsam causis, ipsa quoque simul deletur. Si vero consentientes partes, permanentem iam habeant dispositionem quãuis quiescat causa efficiens, ipsa tamen permanebit affectio. Igitur ꝙ in cerebro cõsistant omnes principalium animæ viriũ affectus, in confesso habent omnes medi

ci, nisi quis vni fortasse sectæ additus, aliter in animo sentiat, aliter depromat ex ore. At qualis sit intemperies, nõ sine negocio inuenitur. medicumq; requirit, nõ qui laboret quomodo antiquis contradicat de animæ principatu, re adeo aperta & perspicua, vt eam in cerebro esse, et inter priuatos conueniat: Sed qui laboriosus sit & inquirendo non defatiget. Sed philosophis fortasse, vtpote in ocio degentibus, facilius pro hoc errore quis veniam dederit. Medicis vero, qui iam in operibus ad senectutem vsque versati sunt, quum de hac re contendunt, tantũ abest vt ignoscamus, vt etiam ignominia dignos esse censeamus, quippe qui vigilantibus, delirantibus, phreniticis, lethargicis caput irrigare consueuerunt. Nam & Archigenes quoque, vbi vitiata memoria medicanda est, aut stultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnquam exercitatus medicus apoplexiã, morbũ comitialẽ, opisthotonõ emprosthotonõ, neruorũ distẽtionẽ aliter curauit? quis denique dimidiam partẽ corporis resolutam? Nunquid vero vbi ner

ni conuulsione afficiuntur, omnes medici, vel experimenta etiam professi, summam curationis esse censent, primis vertebris remedia adhibere? quemadmodũ vbi dimidia quoq; vniuersi corporis pars resoluta est. Porro cerebrum quoque calfaciunt, quemadmodũ apopleticos quoque curare consueuerunt morbumq; comitialem. Atquum vel in stomacho vel in alia quapiam parte affectio consistit, eam maxime, & in primis curare præcipiunt. Cerebrum vero ita præparant, vt non ita facile afficiatur. Hæc itaq; potissimum inquirenda sunt, non principalis animæ vis, quam nemo (nisi peruersa fuerit mente) non apertissime cognosci. Neque neruorum originem, diuinantiũ more, a diis petere, sed ab experto dissectore discere oportet.

COMMEN. XII.

DE refragationibus per species vt stultitia, sopore, letargo, frenitide, & mania contendere instat. & antecedenter causam ex qua memoria, ratioq; expirant: tribus diiudicare con

iecturis agreditur: scilicet nocturna ex vigilia, vt quum loquitur, memoria, vel ratio auferũtur, ex quo passionem cerebri corruptá, quæ stultitia dicitur, oriri arbitramur. somnos obseruare idest inuestigare oportet: an copiosus in sit somnus, an modicus, an naturalis tantũ quoniam taliter suscitando, quæ intemperies in causa imperat haud fugere poterit, præcipue quæ anteriori in litera sunt expedita, per currendo. ¶ Secundo ex eiiectorum copia, qualitateq; & hoc (præterea) vt an ex capite aliquid per nares, vel os plangatur: & si affluẽtis quantitatis, aut modicæ conspiciatur, an huiuscemodi expurgatoria instrumenta arida reperiantur; quoniam ex his cerebri in eucrasiam dignoscendi, potestatem habet, si fluxus affatim excogitatur humidam, modicus, aut penitus suppressus, aridam cerebri in temperiem portendit: idem ex qualitate vendicari potest, vt in cerebri grauedine, diariisq; vsu euenit, nam si eiiecta biliosa inspiciãtur: ignei succi, pittuitosa hyemalis imperium denũciãt: consimiliter in aliis coiiciendum. ¶ Tertio (atq;) causarum ex præcessarũ rimatione: quoniam capiti obuiantes, si ardentes extiterint, dispositionem versutam esse: si gelidæ gelidã cense. ¶ (nisi) tria præmit, & quodam theorema ꝙ haud aliquis peculiarem affectum ex

cogitabit inuigilationem, nisi causas, earũq; abhorrentias decenter, intus noscat. Secundo si memoria aduersatur, aut desiit rigidam in cerebro intemperiem congẽstam esse, testimonium reddit. Tertio caput pruinosa obluctatum discrasia, ignire cogitur: si bruma cum humiditate compaginata, & vrere, & exiccare. Si cum tabescentia humectare, si inter has iocunde se gerit, taliter etiam præsidere: sic igitur vt eius asserta nitentius diiudicẽtur, binas per figuras lineat: quæ eius euidentiæ impulsu reticeo. ¶ (interdum) aliqua explorat, & q̃ regitiuæ perturbationes facultatis, quædam a, febre minime deducuntur, scilicet phrenitides, litargiaq;. ¶ aliæ ab ipsa dissociantur, vt mania, melancoliaq;. ¶ Secundo q̃ perturbationes assertæ aliquando a cerebro per consensum, quandoq; per essentiã germinant: quarum erudictionem ex his adipisci posse, princeps monet, puta si accidẽtia conducta familiaria, aliqua absq; intermittẽtia intuentur, & nec aliis antecedentibus contingunt, eo tempore caput per essentiam contristari, suspica: si vero obstinata impendunt, etiam obstinatum sanciendum. his ergo suspitionibus Galenus minime reiectus, aliam efficatiorem enodat rationem, ex quã singulariter nudaq;, oppugnationem ipsam si per essen

tiam, vel per consensum sciendi vim habet: & est, si ex oppugnationis permanentia post causæ exclusionem, quoniam si causa retrattata adhuc oppugnatio particulam oblaniat, eam esse per essentiam iudica: si vero ad causæ refugientiam, oppugnatio nec magis obturbat, per consensum pone. nihilominus cuntæ animalis facultatis discrutiationes siue per essentiam, aut per societatem extant, de omnium ratione medicorum eas in cerebro confirmari claudit. nisi aliquis alteri sit additus sectæ, & tunc aliud in corde censebit, & aliud ore explicabit: quoniam vt supra Galenus orsus ē, qui vni inhæret sectæ, eam etiam flagitiosæ protegere compellitur. ¶ (At) quis intemperiem actionem regitiuæ facultatis lacerantē, di iudicandi vim habet: detergit scilicet, medicus qui haud veterum accusationibus, sed studiosis per cunctationibus absq; insudatione operam nauare, non abnuit. Sed peripateticis quietæ fungentibus, leuiter hoc erogari crimen potest. ¶ (Quippe) adminicula in oppugnationibus circa sedem primarie oppugnatam, conglobanda esse, prædicat. & in geminis testificatur, vt in capitis afflictionibus scilicet frenitide, litargia, vigilantibus, alienantibus caput irrigare idest balneare assueuerūt & Archigenes in memoriæ iactura capiti leua-

mina connecti, committebat, pariter in apoplesfia, morboq; comitiali statuendum. ¶ Secundo in neruorum inimicationibus vt in episthotonon idest particulari in cõuulsione, em prosthotonon scilicet thetano qui vniuersalis ascribitur conuulsio, vniformiter vtramq; corporis partem videlicet: anteriorem posterioremq; crucians, vt latius de morborum differentiis olfecit princeps: consimiliter vbi media corporis pars mollificata fuerit: sic igitur normam curatiuam efficit vniuersalem scilicet ꝙ his in obluctationibus præsidia i primis vertebris idest in prima spondilis dorsi adiicienda, & quum hoc caput calefacere. ¶ Sed si dispendium in ventriculo, aut alia corporis sede excogitatur, ex quo nerui refraguntur; eo tempore inuigilationem conflettere per opus est, videlicet suffragia nec in primis circa vertebras, sed partem principaliter refragatam, & sic apud ventriculum si affuerit ipse & demum ad cerebrum: vt detrimentum renunciet, qua de re subdit, ꝙ hæc sciscitari præcipue medicus compescitur, scilicet sedem exordio aduersatam, & ei oblectamẽta accelerare, quæ in caligine existunt, & minime principalem animæ facultatem, quam liqdissimæ quicunq; (nisi mente fuerit orbatus) agnoscere potest. idem etiam de neruis fatur, cuius fun

damentum non dii, sed experti dissectores no bis indicare quæunt.

Ex his hæc excitantur inuestigata:

¶ Memoriæ, rationisq; prosternatio stultitiam suggerit.

¶ Cerebri intemperiem his ex tribus nocturna vigilia, deiectorum copia, qualitateq;, instrumentis ad expurgandum congestis, erudiri posse, sentit.

¶ Antecedentia ad causarum, affectuūq; euidentiam conuocari autumat.

¶ Nullus contristationi peculiarem excogitabit curationem, nisi causas earumq; dissonātias, efficaciter dignoscat.

¶ Memoriæ incommodum, cerebrum gelida ab intemperie contristari, refert.

¶ Ex his vt coinnatis accidētibus, nec intermittentiam habētibus, in associabilibus, & haud aliis præcedentibus, sedem per essentiam disturbari, iudicare possumus.

¶ Si post causæ expirationem, detrimentum adhuc sedem obrigit, hoc vnicum, locum sciendi offensum attenditur.

¶ Parti in initio afflictæ medicum insudare & cum hoc alteram nō reprobare committitur.

¶ Neruorum in vexationibus apud eorum originem, leuamina adhiberi, & caput calefacere, sancit.

¶ Quæ in tenebris, & haud in propatulo videntur, medicum perquirere congruum suspicatur.

¶ Regitinæ intemperiem facultatis nec qui seniorum criminibus, sed studiosis indignationibus aliquo absq; labore insudat, diiudicare potest.

SVNT enim nonnulli qui sibi iam persuaserunt, neruos a corde oriri, eo quod nequeunt inter syndesmum, neruumque discernere, quibus nonnihil etiam suffragari videtur ipsa homonymia, quippe copulæ a multis medicorum colligantes nerui appellantur. Verum nulla vexabimur nominis inuidia, si modo non syndesmos ipsos, sed voluntarios (vt ipsi aiunt) neruos intelligant, quos scilicet a cerebro initium accipere dicimus: neq; enim illi, aut conuulsionem, aut paralysin, ad syndesmos referunt, sed eorũ neruorum qui voluntatis imperio obediunt affectionem esse dicunt. Conuulso enim vniuerso corpore, omnes quidem autumant affici talem quampiam partẽ, quæ vt in arbore caudex ramorũ, sic ipsa sit om

niũ neruorum cõmunis origo: idq; veluti caudex nõ paucorũ in vna parte, quẽadmodũ ramus: vt si vel crus, vel altera manus forte fortuna conuellatur, totius mẽbri conuulsio, neruorum qui ad ipsum proueniunt, originẽ affectã fuisse declarat, rami cuiuspiã exemplo in arbore. Quod si vniuersum corpus afficiatur, cõmunem originem omniũ infra faciẽ neruorum, quæ arboris caudici proportione respondet, affectã esse putandũ est. q̃ sunt primæ spinalis medullæ partes. Proinde exercitatissimi quique medici, huic remedia adaptant. cordis vero in hac affectione, nullam omnino mentionem fecerunt. Si vero simul cum vniuerso corpore facies quoque conuulsa videatur, non solum eam partem quæ ex spina procedit, verum etiam cerebrum ipsum curamus: etenim labra quoq; sæpenumero cõuulsa videmus, item oculos, frontis cutẽ, totam mandibulam, similiter & linguæ radicem. At quia omnes iam dictas partes, a musculis ex cerebro neruos suscipientibus, moueri ex anatomice didicimus cerebrũ: ipsis sic laborantibus credi-

mus esse affectum, vbi vero ipsis illæsis, cæteras partes conuelli viderimus, spinæ initium affectum esse fatemur. Hæc igitur sunt quæ prompte discere, mox ipsorum dispositiones cõsiderare oportet. Sed sunt nonnulli medici, qui dispositiones ipsas ne aggrediuntur quidem, sed certant super rebus manifeste apparentibus iacturamq; temporis nos facere cogunt, quod non erat cõsumendum respondẽdo iis, qui recta medicorum decreta euertunt, sed inueniendo potius ea, quæ illi silentio præterierunt. Et vel haudquaquam res ipsas definierunt, aut eas sine demõstratione, aut sine idonea definitione, aut non satis abunde explicauerunt: quemadmodũ Hippocrates, vbi neruorũ conuulsionẽ, vel ob plenitudinẽ, vel vacuitatem fieri dicit. Etenim verus est sermo eius, quibus vero rationibus fulciatᵛ, vt fides ei adhibenda sit, nõ popularibus, sed doctis duntaxat viris, & qui diligẽter prima medicinæ rudiméta didicerunt, notũ est. Hæc igitur quum didicissem, facile mihi persuasi, cõuulsionẽ fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate di-

ctæ sunt. Quippe si omnis motus qui a volũtate ꝓcedit, attractis musculis in eas, quibus innascũtur, partes, fieri videtur, neque possit fieri attractio, nisi ad suam originẽ retrahatur musculus: cõstat cõuulsionem in cõuulsis partibus factam, hac sola ratiõe a motu naturali differe, quod præter voluntatem fit. Itaque quemadmodũ in eo, qui secundũ naturã habet volũtas in cerebro iuxta neruorũ originem ordinata, motionis principium, primis dat neruis, ac per ipsos, musculis. Ita si sine huiusmodi principio, inuenerimus quæ causa neruos cõuellere possit: modũ quo cõuulsio fiat, nos iam scire, nõ temere ꝓfitebimur. Etenim si videris aliquando neruosa corpora, vt lyræ chordas, ob ambientis aeris immodicam intemperiem, adeo vehemẽter, vt rumpãtur, intentas: haud difficulter intelliges, idẽ in animãtiũ quoq; neruis posse cõtingere. Sed quo modo affecto aere tẽdunt chordæ, vt rũpant? si vel nimis aridus, vel admodũ humid⁹ sit. Nẽpe humor malefacit ipsas, vt in tumorẽ præter naturam attollãtur, qui mox eas extẽdit. Ac veluti sol tergora are-

faciēs cōtrahit, ita ſiccitas, chordas & trahit, & extendit. Sic lora quoq;, quum ad ignem exiccātur, contrahi tēdiq; vidētur. His ita præcognitis, haud difficile inuētu fuerit, vtrum ab ariditate, quæ eſt humidæ eſſentiæ defectus, & vacuatione, an ab humoris plenitudine, quæ egeſtati aduerſatur, & ab Hippocrate repletio nominata eſt, affectus ipſe prodierit. quippe quum conuulſio fit, vel a labore, vel vigiliis, vel fame, vel ſolicitudine, vel arida æſtuanteq; febri, qualem in phreniticis videre eſt cauſam eius eſſe ariditatem vacuationemq; recte putaueris. Si vero temulento cuipiam, ac omnino pleno homini, q videlicet in otio degit, id euenire conſpexeris, nō ab re a cōtraria cauſa conuulſionem ortum habuiſſe iudicabis. Atqui euacuationi contraria eſt repletio.

COMMEN: XIII.

HAC in litera neruorum originem eſſe in corde pdicantes laceſcit. & ſui in colloquii exordio & falſo coiicientium rationem, nec non

& eorum ludificationis causam exprimit; nõ nulli cor esse neruorum fundamentum quidẽ sentiunt: & huius illustrat causam, quia inter syndesmum idest ligamentum, & neruum secernere fugiunt: cuius etiã alia explicatur causa, quia homonymia idest colligantia eorum in nomine, eis ad hoc suffragari videtur: quũ copulæ scilicet ligamenta pluribus a medicis nerui nuncupantur ligantes. ℭ (Verum) quæstiones expedit veritatem, gradatim oportuna examinans, vbi loquitur, ꝙ nullo detẽtus liuore, voluntarios neruos non syndesmos idest ligamenta vt ipsi iactant, a cerebro germinari ponit. ℭ Secundo conuulsionem, paralaxim minimæ ligamentorum, sed voluntariorum passiones neruorum referunt. ℭ (cõuulso) de cõuulsione distinguit, aut corpus vniuersalem compatitur conuulsionem, & tandẽ vt cuncti asserunt, partem quampiam affici idest passio vna experitur in corporis parte, quæ vt caudex idest per ramorum respectũ in arbore se habet quæ omnibus eius imperat ramis, & talis pars affecta, cunctorum neruorũ existit origo, & huiuscemodi nuca statuitur: ℭ aut corporis pars vt crus, vel pes conuulsionem patitur, & eo tempore illum neruum esse obluctatum, cẽseri oportet, qui neruos illam commouentes partem, sub imperio habet:

¶ (quod) præmit ꝙ si vniuersum corpus a conuulsione detinetur, omnium neruorum originem, fundamentumq; esse oblaniatum conciendum, qui locus spinalis medullæ principalis arbitratur pars, hoc re vera ex eruditissimorum curatione medicorum comprobat: quum tali obturbante cõuulsione, nequaquã circa cor adminicula adhibent. Sed de nuca vel cerebro sedulitatem implorant: quum ex eis, & minime ex corde nerui prodeunt. ¶ (si vero) bina promulgat, & locum in neruorum vessationibus vexatum dignoscere, & methodum inuigilandi monet: loquitur enim ꝙ totius cõuulsio corporis, aut faciei partes etiam contristatione afficiuntur, tunc minimæ pars spinæ duntaxat, immo etiam & cerebrum exagitur: & ex consequenti gemina scilicet: spinam, cerebrum curare oportet: si vero conuulsio vniuersalis apparet, facies tamen sospes, nuchæ initium esse afflictum censendum, ratio antecedentis sic instituitur, quoniam omnes musculi, faciei partes commouentes, neruos per quos ad eos facultas motiua, sensitiuaq; defertur, a cerebro inescant: quare facie affecta, cerebrum etiam esse affectum extimandum. ¶ (hæc) ex promptis quodam exponit consiliũ (vt medicus hæc extant) scilicet hæc irritant medicum, copiosam ad indagationẽ

vt quæ sedes afficiuntur, nec non & quæ sint affectiones:& subinfert ꝙ aliqui excogitantur, qui morbos ne aggrediuntur quidem, sed haud de dubiis, latentibusq;, immo apertissimis dimicāt, & ipsum impellunt, vt tempus iactetur, & eos aduersū præliari, qui seniorū asserta diruere insudant. ¶ & secūdo eos criminatur, quoniam in quæstionibus, litigationibusq; minimæ tempus conterere, sed in eis quæ a senioribus destituta fuere, debent: & hoc aut enim ea per diffinitionem nec statuerant, aut sine demostratione, vel diminute definitas aut non affluenter enūciata, immo imperfectæ, vt Hyppocrates testimoniū reddit, quum conuulsionem esse bifariam promulgauerit, aut ex pleno, vel ex vacuo: sed huiuscemodi ratiocinatio a veritate nec aliena, qualiter verificetur, minimæ populares, sed eruditissimos viros facultatem habere, sentit. ¶ (hæc igitur) Hyppocratis sermonem de conuulsione detegere professus est: vbi fatur, quomodo motus machinatur naturalis, quoniam non molitur, nisi quando lacertus sibi elidit membrum, quum quo associatus reperitur:& huiuscemodi lacerti inescatio, hoc cum membro haud fit, nisi quando coarctatur, & ad suam reuocatur originem, & ex his prodit ꝙ motus conuulsionis, & naturalis quantum

ad masculorum ad originem reditionem, cōsentiunt: sed dissentiunt, quoniam naturalis secundum naturæ concursum fabricatur: conuulsiuus vero absq; naturæ, voluntatisq; conuocatione. ¶ Secundo refert, quia si corpus naturaliter se habet, ea tempestate voluntas quæ in cerebri essentia residet, in initio neruorum constituta, primo neruis voluntarium subministrat motum, & nerui eos ad lacertos deferunt; paripassu volūtario profulgato motu, si quid conuulsionem concitat, haud ignoramus, etiam quo pacto conuulsio effigitur, agnosci datur. ¶ Tertio sua asserta exteriora per corpora neruosa illustrat, vt cordæ liræ, quemadmodum chordæ propter aeris exūdantem humiditatem quando tenduntur, dis rumpuntur, pariter neruos animalium perpeti posse coniicitur, consimiliter vti chordæ copiosam ob humiditatem extenduntur, quoniam humiditate inflantur non naturali, & siccitatis impulsu contrahuntur sicut sol incorio, quia ipsum cōtrahit, compescitq;, parifilo in neruis accidit: quia si aliquis gulositatibus, ocioq; insistit, tunc ex humiditatum redundātia in neruis inflatio præter naturam compaginari potest: & ex consequenti conuulsio repletionalis nuncupata: si vero conuulsio post laborem, aut vigilias, vel famem, aut solicitu

dinem, vel ardentem febrem, aut phrenitidẽ innaſcitur, eam ex tabeſcentia eſſe cenſendũ.

Ex his hæc eripiunt tradita.

¶ Cerebrum neruorum originem, & haud cor gloriari per opus eſt.

¶ Sicut vniuerſalis conuulſio nucam eſſe contriſtatam, conſimiliter particularis neruũ eiuſdẽ partis principalem, eſſe refragatum decernit.

¶ Quemadmodum cõmunis conuulſio faciem etiam obturbans, nucæ initium, cerebrũq; vna obluctata eſſe, parifilo eadẽ facie inuiolata permanente, originem, fundamentũ q; neruorum duntaxat eſſe obluctatum, portẽdit.

¶ Probi medici non litigationibus, argumentationibusq;, ſed eis quæ a vetuſtioribus minime excogitata fuere inſudant.

¶ Conuulſionem geminam eſſe Hippocrates ſcribit.

¶ Motum ad naturalem voluntas conſpirat, ad conuulſiuum autem minime.

¶ Sicut affluentem conuulſionem, affluentia antecedit: ſic aridã, arefacientia p̃cedere ſolẽt.

ATQVE morbus quoque comitialis cõuulſio eſt omnium corporis partium nõ perpetua, vt in emproſthotono, & opiſthotono, atque tetano (i d eſt neruorum

rigore) videre est, sed quæ ex temporum accidit interuallis, neque solum hac re, sed mentis quoq;, ac sensuũ oblæsione, a iam dictis conuulsionum generibus differt. vnde cõstat in supremis corporis partibus, cerebro videlicet, hunc affectum consistere. Cæterum velox eius discussio crassum humorem, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentem, hunc maxime affectum peperisse declarat, neruorum principio seipsum quatiente, quo excutiat id quod noxium est. Ac fortassis per morbum comitialem conuulsio haud absimilis est, his quæ a spinali medulla incipiunt conuulsionibus, singulorum neruorum irrigatis processibus.
Verum non ab ariditate, vacuationeq;, sed a crasso semper humore, hanc affectionem induci, argumento est, quod & subito fit, & soluitur confestim. nam subitariam meatuum obstructionem a crasso viscosoq; humore fieri constat. Etenim breui tempore fieri non potest, vt vel cerebrum, vel tenuior ipsius membrana, ad tantam perueniat ariditatem, vt corio simile quippiam pati videatur. Acceditad

hæc, vt is qui sic laborat, neque videat, neque audiat, neque vllo sensu quicquã percipiat, ac ne consequi quidem possit, quid factum sit: si quidem cum memoriæ viribus ratio quoque læditur. Ex his igitur omnibus plane constat, in cerebro hanc affectionem consistere, impediente humore animalem spiritum, qui in ventriculis eius continetur, quo minus possit exire. Porro quamobrem hic spiritus vocetur animalis, aut quæ sit eius potentia, in eo commentario, quem de Hippocratis, Platonisq; placitis scripsimus, iam demostratum est. Sane quum ea, quæ per dissectiones apparere solent, accurate cõsideraremus, rationi consonum videbatur, animam in cerebri corpore sedem obtinere, atque in ipso, & rationis vim & sẽsibilium imaginum memoriam residere, ac primum ipsius instrumentum, tum in sensilibus actionibus omnibus, tũ in his quæ a consilio & voluntate prodeunt, spiritum esse, qui in ipsius ventriculis, maximeq; postremo, continetur, quamuis non contemnendus sit medius ventriculus, perinde quasi non valentissimus sit

multis enim rationib⁹ inducimur, vt hũc amplectamur, duos vero anteriores deseramus: Verum exacta horum notitia, ad curationis inuentionem nihil fere conducit. Nam satis fuerit ad probe curandum, nosse sedem affectam esse cerebrum atque in ejus ventriculis humorem crassum & viscidum cõprehendi. Igitur quẽadmodum hæc ad curationes, quarũ gratia, & affectas sedes, & earum dispositiones inquirimus, sunt vtilia, sic crassorum quoque humorum differentiæ, vtrum videlicet pituitæ, an atræ bilis naturam habeant. Si tamen in præsentia non obliuiscamur, Pituitosos quidem eos nominari, quum simpliciter ita dicimus, in quibus humiditas frigiditasq;: Melancholicos vero in quibus siccitas atque frigiditas, dominantur: quãuis magnæ; peculiaresq; interim differentiæ, tum pituitæ, tũ atræ bilis inueniantur.

COMMEN. III.

PRAESENTI in textu morbo de comitiali disserere elaborat, & in primis qualiter ipse

a scribatur, exponit: quoniam omnium corporis partium conuulsio ponitur, verum non perpetua idest continua, vti aliæ cõuulsionis species inspiciuntur, vt emprosthotono, & opisthotono, & tetanus, quia hæ perpetuo sollicitant, ea enim quum intermittentia: qua de re comitialis conuulsio ab aliis conuulsionis speciebus non modo ante in asserto discrimine dissentit, immo quantum ad aliud, quod princeps enodat: quia comitiali in conuulsione sensus, motusq; detrimentum associatur, nam nequæ vident, nequæ audiunt, & hoc refragationem in cerebro connecti portendit: sed in aliis hæc nequaq̃ excogitantur. ¶ (cœterum) tria præmit, & causam cur comitialis conuulsio festinanter terminatur, quoniã succus meatus in ventriculis cerebri obstruens, crassus existit, quæ ipsum intus pergere detinet, & iccirco velociter desiit. ¶ Seundo quo modo morbus machinatur comitialis, loquitur quidem φ initium neruorum: vacillãs, vt a se aduersantia excludat, contrahitur, & comitialis innascitur conuulsio. ¶ Tertio φ spasmus comitialis per infusionem molitur: sicut enim conuulsio nucæ impulsu, minime germinat, nisi irrigatis processibus idest viis infusis, & quum hoc etiam neruorum initium infunditur: pariter commitialis conuulsio nec

excitatur, nisi neruorum fundamentum made fiat. ¶ (Verum) causam ex qua refragatio nascitur comitialis, & sedem in qua conuocatur, expedit: quod haud causa ex tabescente produci tribuitur, ut cerebri; aut membranarum ariditate, eo quod id non nisi prolixo in tempore gigni potest: sed huiuscemodi afflictio repente accedit, raptim recedit: qua propter potius crassis ex succis prodire sentiendum, quod vnica illustrat ratione, quoniam eius accessio confestim inuadit, & cõfestim desistit: hoc autem non nisi crassis gratificatur succis: quum inopinata obstructio nec ab alio, nisi ab his sollicitari solet. ¶ Secundo eius sedem esse cerebrum ex his exponit, nimirum ea sensuum dispendio inaccessionis tempore persuasum habetur: quia eo tempore nec cernunt, neq; audiunt, nec sentiunt, neq; memorantur, nec intelligunt: sic igitur his ex vestigiis comitialem oblaniationem in cerebri essentia nec non crasso ex succo viam spirituum obstruente, eorum exitum reluctante, congeri profitetur. ¶ (præterea) locum, vbi causam annotauit, cur spiritus nuncupetur animalis, repetit animo. ¶ (sanæ) tria promulgat, & animæ rationis, memorieq;, ac eorũ quæ sensibus comprehẽduntur, sedem esse in cerebro. Secondo primum animæ instrumen

tum tum actionibus in sensibilibus; tum in volũtariis esse spiritum, enarrat, qui in cerebri ventriculo, & præsertim extremo locatur, medius tamen licet nec ita compẽdiosis sit us minime repudiandus, sed binos anteriores desserere cẽsuit & ex his quatuor esse cerebri vẽtriculos prædicare cogimur. ¶ Tertio q̃ horum scientia curationi haud remedio est.
¶ (nam) tria explicat alia, & quæ ad curationem sufficiunt. ¶ nam sedis affectæ, succiq; affectum impellentis scientia, adcomode curandum sufficere videtur. ¶ Secundo q̃ non modo harum agnitio ad curationem salutaris, immo & causarum abhorrentiæ, vt cuius succi causa ipsa naturam obtineat. ¶ Tertio quos pituitosos, atrabilesq; succos appellat.

Ex his hæc emergunt tradita.

¶ Gemina morbo incomitiali peculiaria, vt temporis intermittentia, mentis, sensusq; iacturæ videntur: quæ in aliis obstinata suspicant.

¶ Comitialem affectum, vniuersalem esse conuulsionem; sancit.

¶ Inoppinata morbi comitialis resolutio, succo impartienda crasso, statuitur.

¶ Conuulsio per infusionem dumtaxat excogitatur.

¶ Comitialem contristationem crassis ex succis contexi, autumat.

¶ Repentina obstructio tãtum crassis ex succis germinat.

¶ Rationis, memoriæq; comitiali in passione oppugnationem, in cerebro residere, testatur

¶ Spiritum posterioris in cerebri ventriculo locatum, actionum sensitiuarũ, voluntariarunq; instrumentum esse, refert.

¶ Cerebri quatuor esse ventriculos, ponit.

¶ Loci affecti, succi affectum excitantis, absurdarum causarum agnitionem, probæ curationi expedire, coiicit.

PITVITAE quidem vnum genus est, quod quotidie vel screando, vel vomendo, vel emungendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenum, vt ne sensum quidem lateat, ipsum esse dissimilare. Alia vero pituita, similaris quidem videtur, licet fortasse non sit similaris, qualis est tũ crudus humor qui in vrinis substat, tum is qui a Praxagora vitreus appellatur. Atque ex hoc genere esse videtur saliua, q̃ neque fluida admodum est, neque aquosa. Verum saliua non vnica dũtaxat qualitate gustum afficit, nedum vniuersa pituita. Sæpenumero enim & acrem, & acidam, & salsam in ore saliuam, manifeste

deprehendimus: veluti quum sani degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde quasi aquosa, saliua gustu offertur. Sic atra bilis quoque ob substantiæ varietatem non obscuras habet differentias. Nã alia est veluti fex sanguinis, quæ admodũ spissa est fæcib⁹ vini haud absimilis. Alia vero, quam superior, essentiæ est multo tenuioris, atq; vomentibus eam & olfacientibus, acida videtur, quæ etiam terram radit, attollit, & fermentat, atque ampullas quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed ea, quam crassæ fæci similem esse dixi, in terram effusa, non inducit feruorem, nisi forte in ardente febri, ipsam præassari contingat, neque vlla etiam acida qualitate participat, tumq; ipsam nominare consueui melancholicũ succum, aut melancholicum sanguninẽ. Hæc enim, meo quidem iudicio, non recte atra bilis appellari potest. Prouenit autem huiusmodi humor in quibusdã plurimus vel a temperie ab initio cõparata, vel a cibis, qui (quum in venis concoquuntur) in huiusmodi humorem transmutari solent. Igitur vt crassus pituitæ suc

cus, ita hic quoque, comitialem morbũ solet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus. Vbi vero in ipso cerebri corpore abundat, eam insaniæ speciem, quam Græci melancholiam vocant, efficit. Quemadmodum alter atræ bilis succus, qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modo sine febre, modo cum febre in cerebri corpore abundans. Atque hanc ob causam phrenitis nonnunquam mitior est, quum videlicet à pallida bile ortum contraxit, interdum vehementior, quum flaua bilis eam peperit, atque insuper alia nonnunquã dementia occurrit ferina & melancholica, flaua bile præassata. Deliria autem, q̃ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per cõsensum fiunt, proinde eos delirare & desipere, non solum medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt. Verum ita affectos nõ nominãt phreniticos, eo q̃d phreniticorũ insania, nõ qescit mitigato febriũ vigore. Igit̃ quẽadmodũ phreniticis febris, vnũ quoddã accidens dispositionũ

cerebri cẽset, sic e cõuerso ĩ ardẽtiũ febriũ demẽtia, multis elatis ad ipsũ vaporibus. Haud secus fit ea affectio q̃ suffusioni i accidentibus similatur, a ventriculi dispositionibus ortum trahens. Nanq; cerebrũ ventriculo, & ventriculus cerebro, suas affectiones transmittit, idq; propter neruorum a cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, per quos etiam sensus huic particulæ, quam vlli reliquarum corporis partium, acutior est. Quocirca capitis fracturas, quum ad membranas vsque perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum dolores capitis, quomodocunque fiant, nausea, stomachiq; morsio comitatur. Hypocondriacas vero & flatuosas vocatas affectiones melancholica tristitia sequitur, haud secus q̃ acutam febrem dementia, & quibusdam oris ventriculi dispositiones, eaq̃ in accidentibus suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflammatis, promptius quam reliquis, delirium superuenire solet, idq; ascendente ad caput interdum per continuas ptes, solo calore, interdũ vero spiritu vaporoso, vel fumoso, vel fuliginoso,

COMMEN. XV.

CVM præassumpto in sermone causarum abhorentias dignoscere, curationi præsidio esse ꝓmulgauisset princeps: nec eas enodauisset. hodierno in textu pituitæ, atrabilisq; succi dissonantias exquirere, consentaneum censuit. sua profecto inscrutatione tria exequi videbitur: exordio principale intentum ꝙ pituita, succusq; atrabilis complures amplectitur absurditates, quoniam pituitosus succus geminas secatur in species, vna ascribitur, quæ singulis diebus, horisq; quum screatu, vel modo alio deiicitur, & hæc quidem bina sub se, & spiritus halitosi copiam, & in partibus dissimilitudinem confert. ¶ Secunda pituitæ species in partibus similitudinem habere apparet, licet non sit, vti crudus succus qui in vrinis residet, aut vitreus, & saliua quæ nec nimis aquosa, neq; nimis liquida, eiusdem suspicatur speciei. ¶ Secundo (verum) pituitæ ex saporis natura discrepantias subministrare, & hoc per saliuam monet: quoniam si saliua dissonantias suscipit, vt hoc instanti gustũ excitet acrem, & acidum, & modo salsum, & quandoq; nulla deprauatum qualitate vt in sanitatis latitudine, nec de pituita diuersitates

habere,

habere, quum succus magis dissimularis existat, admirabile videtur. ¶ (Sica trabilis) ipsius disparitates exponit, & tres in liquore seu substantia dissidentes asserit: quædam velut sanguinis fæx spissa excogitatur, Secūda subtilior, Tertia acida seu acetosa quæ in terram effusa ebullit: sed prima si in terram proiiciatur, nec ebullitionem compellit: nisi quū propter febris vehemētiam inflammatur, minime acetosa inficitur qualitate: Ex his efficit ꝙ hos succos, atra bilis cruorem, & non melācholiam perhiberi: committit: & sic succū inter melancholicum, & melancholiam discrimen præliari sentit. quamobrem conflexibilia haud statuuntur, non enim currit, est succus melancholicus, ergo est melancholia. ¶ Sed hæc eius promptis xiiii methodo medendi capite. 9. reclamare videntur, de atrabili loquens, quæ in terram effusa ebullit: habet re vera ꝙ talis bifariam nuncupari potest vel melancholicus humor, aut nigra bilis, sic igitur verba eius hic, & ibi reluctari elucent: huic taliter debitum pensitaui, ꝙ de melāncholia bifariam sermocinari vim habemus, vno modo vere: & sic illa melancholia fertur, quæ sanguinis laudabilis fæx existit, vt Auic. prima primi capite de humoribus annotauit: alio quidem sensu improprie, hoc quidem intelle

ctuconuersionem vendicabit: sed priori minime. ¶ Secundo causam cur acetum in terrā effusum ebullit, indagare oportunum censui: enarratur de Galeni sententia de simplici medicina disti tertia capite quarto quia acetosa subtilis substantiæ penetratiuæ repperiuntur & hac in penetratione aerem imporis terræ inclusum mouent: & ille aer sursum impulsus ampullas suppeditat. ¶ (prouenit) atre bilis exundātiam, geminam sollicitare causam, ait vnam ex naturalis temperaturæ impulsu, quæ succum ad melancholicum germinandum aptitudinem amplectitur: aliam ex alimētorum hos ad succos festinandorum assuetudine, quum in venis conquoquuntur: impartitur. ¶ (igitur) quum pituitæ, atræ bilisq; succi differentias prædicauerit princeps, consequēter dispendia ex eis pullulantia dilucidat: & primo de pituita quoniam vti prænominatus succus, si in cerebri ventriculis detinetur, siue medius, vel postremus exstat; comitialem sui crassitiæ gingit passionem, qui si in cerebri essentia redundat: speciem īsaniæ quam græci melancholiam dicunt: producit. Et pro horum euidentia attende, ꝙ nuda apituita nunꝗ innascitur melancholia sub natura pituitæ vigente, sed quando in bilem conflectitur nigram, propter spissitudinem idest congelatio

nem inspissantem, ei iniqua ex gelida, aridaq; in temperie occurrentem: aut per succi quum ea atre bilis commixtionem: aut aliquam ob vstionem idest remissam forsitan, eoq; pituita adustioni, eius binis qualitatibus aduersatur, vel quia si copiosam vendicaret adustionem, haud melancholiam subministraret. Pari passu atre bilis succus, qui rubea ex bili summæ assata germinat, quum in cerebro exundat, ferina deliramenta idest ferales alienationes cōcitat: sicut & leonina alienatio quæ quū audacia compaginatur. ¶ Secundo de alienatione distinguit: q; quædam quū febre: quædam absq; febre contexitur: vt phrenitides nequaq̄ a febre dissotiatur, mania vero, & melācholia, febris connexionem haud impræcantur. ¶ Tertio alienationem penes magis & minus secernit: quoniam aliqua quietior, leuiorq; excogitatur, videlicet quum pallida ex colera prodit: quandoq; vehementior, quādo rubea ardente ex bili congeritur: aliquando alienatio innascitur feralis, & hoc quum flaua assatur bilis. ¶ (deliria) binam esse alienationem exponit, quædam per aliorum mēbrorum consensum, minime in cerebri essentia permanens, hæc enim febris vehemētiam consequitur, quoniam febre summo in vigore permanente, alienatio pullulat quædam,

quæ parafrenesis perhibetur idest fumosa collectio, & febre decrescente, ipsa decrescit. ¶ Alia per essentiam fertur, quæ febris ardētia extincta, non extinguit. ¶ (igitur) igneo in cerebri apostemate febrem dispositionum cerebri accidēs esse vti febribus in acutissimis alienatio quodam accidens coniicitur, & hoc quando copiosi ad eum ascendunt vapores: quam obrem præassumptam alienationē vaporosam, suffusioni consimilem esse, ex vaporibus a ventriculo ad oculos salientibus, autumat. Et cur ventriculi affectio capiti impartitur: & ex aduerso ¶ soluit, propter neruorum magnitudinem a capite ad ventriculum descēdentium, & hos ob neruos copiosum ei subministrantes sensum, vētriculus aliis sensibilior statuitur. ¶ (quo circa) capitis, ventriculiq́; consensum, per cranei fracturam vsq; ad cerebri membranas peruenientem, denudat: vt biliosus vomitus. ¶ Et aliquis quidem instigare posset, talem vomitū nulla ex alia innasci tribuitur causa: iccirco vt hoc repellatur, subdit q́ omnem ad capitis passionem, dolorē'q́; non modo vomitus, immo nausea, ventriculiq́; morsio, seu arsura consequuntur. ¶ (hypocondriacas) quemadmodum passionem hypocundrialem seu mirarchiam atræ bilis insequitur tristitia: ita acutam ad febrem aliena-

tio, ventriculi ad affectiones ſinthomata con ſectari ſolent: cuius taliter cauſa exprimi poteſt, quum enim in mirach ipſum pro miſſin terio, zirbo meſeraicis, aliiſq; partibus adiacentibus coabſumendo, nutrimenti ſuperua cua conducuntur, & præcipue craſſa pars melancholica, ac etiam viſcerum vapores cõtrahuntur: quare ſimul in mirach conſtipati, ab eius, iecoriſq;, ac aliarum adiacentium calore partium aduruntur: & genus in melancholicũ commutantur: ex quibus ſiue apoſtementur, ſiue non, & ſi ſic, ſiue ante vſtionem, vel poſt vapor ad caput eleuatur tenebroſus, & melancholia inſurgit. ❡ (ſic) poſtremo claudit, q ſi neruoſa ſedes calido laborat apoſtemate, alienatio quandoq; aſſociatur: & talem aperit cauſam, vt ad caput, iniqua in apoſtemate reperta materia, fluxa: quod vnico comprobat medio, ſcilicet nerui ob continuationem ad cerebrum, cuius colligantia, neruoſa refragata pars ſeu apoſtemata, ad caput vel ſolum calorẽ, aut vaporoſum ſpiritum, aut fumoſum, vel fuliginoſum erogat: ex quibus cerebrum calefit, & arefit, ſpirituſq; animales perturbãtur, & rationis permixtio emergit. ❡ Et animum adhibe q in vapore, fumo, fuligineq; teſtimonium reddit: quoniam interſe abhorrẽt nã vapor tarda, crudaq; excõcoctione excita

tur, fumus ex semi vstis materiis, fuligo ex in modice assis, vstisq; vt Galenus octauo methodo medendi olfecit.

Ex his hæc actende memoria digna:

❡ Atram bilem, naturalem melancoliam haud conuersionem consequi, sentit.

❡ Copiosam atræ bilis cōgestionem, aut naturali a temperamento, aut ab edulioru assuetudine produci, refert.

❡ Pituitosus succus si in cerebri ventriculis reluctatur, comitialem morbum, si in cerebri corpore sine essentia exundat, melancholiam germinat.

❡ Pallida bilis cerebro oppugnans, alienationē iocundiorem, rubea atrociorem, assata feralem impellit.

❡ Alienationem quum febre, & sine febre, per essentiam, ac consensum excogitari, censet.

❡ Ventriculi iacturam capiti, & capitis ventriculo conferri, suspicatur.

❡ Ventriculus cūctis aliis corporis partibus sensibilior ponitur:

❡ Cranei fracturam vsq; ad cerebri membranas attingentem, vomitum, nauseam, ventriculi arsuram consequi, testatur.

❡ Quemadmodum mirarchiam, melancholicā tristitiā, paripassu neruosam sedem calido detentam apostemate, deliriū assotiari, pdicat.

PORro quemadmodum hæ passiones quibus caput per consensum afficitur, ita ille quoque quæ primogeniæ ipsius affectiones sunt, non parum inter se differũt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdum ei vt instrumentali, interdum vt similari parti nocẽt: quum enim meatus obstruũtur, vt instrumentali, quum vero temperamentum alteratur, vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de vulgaribus morbis præscriptus est. Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur: & contra, morbo comitiali laborantes, efficiuntur melancholici. Atque horũ vtrũlibet magis accidit, prout vel in hanc, vel in illam partem infirmitas repit. Si enim in corpus: epileptici. si vero in mentem, melancholici redduntur. Hoc sermone primum quidem declarauit quod nõ sẽper, sed magna ex parte horum affectuũ alter in alterum transit. Quippe non solum atra bilis, verumetiam pituita morbũ comitialem committit. Igitur ea quã atra bilis constituit, in melancholiam transit.

hinc melancholia et comitialis morbus abeat: eaa.

quæ vero a pituita parta est, in aliam affe-
ctionem, de qua paulo post dicturus sum
permutatur, melancholiam vero haud-
quaquam efficit. Altera vero Hippocra-
tici sermonis pars, non paruum contem-
plandi locum desiderat, quippe quum
anima sit aut temperamentum actiuarum
qualitatum, aut ab ipsarum temperamen
to permutetur. Bilem, quum cerebro ve-
luti parti instrumentali nocet, ad cerebri
corpus conuerti ait, id quod in obstru-
ctionibus fieri constat. Quum vero tem-
peramentum mutando, ei vt similari no-
cet, ad mentem eam repere dicit. Verum
hoc quod medici dereliquerunt, defini
re in primis, necessarium esse videtur.
Nempe vt in manifestis corporis partib⁹
interdum omnibus, eadem apparet tem-
peries, vt in morbo regio, & elephante
sic vocato, & aqua inter cutẽ & malo ha-
bitu, quæ a Græcis cachexia dicitur. In-
super in his quæ ab hepate, atque splene
pendent colorum vitiis. Interdum vero
vnius duntaxat partis, quæ videlicet aut
biliosum, aut pituitosum, aut melancho
licum humorem suscipit, temperies per-

mutatur. Ita etiam cerebro accidit, vt nõnunquã vniuerso in venis sanguine melancholico effecto, ob commune vitium ipsum quoque lædatur. Nonnunquam vero, reliqui corporis sanguine prorsus innocuo, solus is qui in cerebro contentus est, alteratur, idq; bifariã fit: Aut enim aliunde in ipsum deriuatur, aut in ipsomet melancholicus humor genitus est, quum videlicet internus calor aut flauã bilem, aut crassum atrumq; sanguinem, superassauit. Atque hæc doctrina nõ paruum habet in curatione momentum: siquidem vbi vniuersum corpus sanguinẽ melancholicum continet, curationem a venæ sectione incipere oportet. Vbi vero solum cerebrum, infirmus (quod ad hanc dispositionem attinet) sanguinis detractione non indiget, quanuis ob aliã quampiam causam, sanguis mitti possit. Vtrum vero melancholicus sanguis vniuersum corpus, an solum cerebrũ occupet, ita discernendum est: In primis vniuersi corporis habitum, qualis sit, consideres velim, meminerisq;, quod molles, & candidi & obesi, nequaquam humorẽ

habent melancholicum. Macri vero, & nigri & hirsuti, & quibus latæ sunt venæ aptissimi sunt, vt huiusmodi in ipsis humor cumuletur. fitq; interdum vt ruso colore homines, affatim in melancholicam temperiem decidant, atq; post hos flaui, idq; maxime, quando & vigiliis & multis laboribus, & solicitudine & tenui victu fuerint educati. Quibus hæ quoque notæ conueniunt, an hæmorrhois aliqua restricta sit, aut alia quæpiã consueta sanguinis vacuatio, aut mulierum menstrua. Insup quibus cibis quis fuerit vsus, vtrũ iis qui suapte natura melancholicum sanguinem pariunt, an e diuerso. Porro qui melancholicum sanguinẽ efficiunt, hi fere sunt: caprina, bubulaq; caro, magisq; hircinæ & taurinæ, sed maxime asinorũ, camelorumq; carnes. nam & his nõnulli vescuntur. item vulpine, caninæq; carnes: atque magnam in huiusmodi sanguinis generatione vim obtinet ex lepore cibus: sed multo magis ex apris, ac limaces quoque melancholicum sanguinẽ pariunt, si frequens sit eorum vsus. præterea omnes terrenorum animaliũ carnes sale con-

ditæ, aquatilium quoq; carnes, vt thũni, balenæ, vituli marini, delphini, canis, atque cetaceorũ omniũ. Ex oleribus autẽ, brassica fere sola, huiusmodi sanguinem gignere consueuit, quẽadmodum & arborũ germina, vbi vel muria, vel oxyhalme condiuntur, præcipue lentisci, terebinthi, rubi, canirubi. Leguminum vero omniũ maxime lentes inter melancholicos cibos numerãtur, mox panis furfuraceus, & qui ex typha, atque vitiatis seminibus factus est, quorũ apud quasdã nationes vsus loco frumenti habetur. Verũ de iis in primo libro de ciborũ facultatibus iã dictum est. Præterea vina crassa, nigraq;, aptissima sunt vt ex ipsis melãcholicus humor fiat, præsertim si quis abunde ipsa ingerẽs, oblata occasione in multo corpus calore contineat. Vetus deniq̃ caseus, vbi forte fortuna in corpore fuerit sup calefactus facile huiuscemodi parit humorẽ. Igitur si quis anteaq̃ in morbum inciderit, huiusmodi victus ratione fuerit educatus, maiorem quandam inde licet facere coniecturam. Si vero boni succi cibis vsus fuerit, considerare oportet

exercitationes ipsius, mœstitiã, vigilias, solicitudines. Sunt etiam nõnulli qui p febriles (vt dictum est) morbos, melancholicum humorem cõtraxerunt. atq; ad efficaciorem notitiam, non parum confert anni tempus, ac præterita, præsensq; constitutio: item terra, ac laborantis ætas. His itaq; omnibus præmeditatis, quum speraueris in vniuersi corporis venis melancholicum sanguinem contineri, quo certiorem habeas notitiam, cubiti venã seca, præcipueq; mediã, quæ cõmunis est & ei quæ humeralis nominat, & ei quæ per axillã ad manũ fertur. Quod si, tum fluens sanguis non videatur melancholicus, statim supprimatur. Si vero talis appareat, vacua quantũ pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris.

COMMEN. XVI.

HOC in colloquio melancholiam contemplaturus Galenus, cõplura promulgat, & q̃ morbi nec per colligantiam duntaxat, sed etiam essentiæ vi, abhorrentias amplectuntur. ¶ (igitur) refert q̃ crassi succi in corpore cerebri temperatam seu naturalem excedentes

mensuram, bifariam ei obsistunt, vt membro instrumentali quum eius meatus obstruuntur: & tandem affectus in officialibus vt in via intitulatur. ¶ Alio modo vt est similaris particula, & hoc quum eius naturalis crasis sua a iusta temperie ad præternaturam reiicitur: & sic complexionalis affectus appellatur. ¶ (melancholici) indicat q hi gemini affectus scilicet melancholia, comitialis vt crebro sese ad inuicem associantur, secundum partis varietatem quæ afficitur: quoniam si crassa materia cerebri substantiam refragatur, comitialem concitat, si mentem melancholicã: propterea melancholici morbo a comitiali & e contra corripiuntur: prout materia ipsa residet: tamen non ppetuo, sed iugiter. ¶ (quippe) quæ commitialis contristatio in melancoliam cõflectitur enodit: & de comitiali distinguit: quoniam aliquis ex pituita pullulat, & hic haud in melancholiam, sed aliam indispositionem ad præsens minime explicandam festinat. ¶ Alius succo ex atra bili quum pituita permixto, & hic ad melãcholiã cursum habere potest, vt supra enunciatum exstitit. ¶ (Altera) sermonis Hyppocratis ptẽ speculatione indigẽtẽ asserit, q loqtur q anima, .i. crasis naturalis, aut actiuarum qualitatũ est temperies, aut ab ipsarum temperie permuta

tur, deinde subdit, bilis aut lædit cerebrum officialiter, per viam obstructionis organorũ naturalium eius, & sic bilem in cerebri corpus permutari dicit: aut lædit ipsum complexionaliter, & sic ad mentem habere raptum refert. ¶ (verum) vitium cerebri & per consensum, & per essentiam docere exquirens, in toto tius, partiumq; corporis accidentali habitudine lineat: quoniam sicut toto in corpore eadẽ apparet habitudo & hoc lienis, iecorisq; crimine, per indicium a colore inescatũ, vt morbo in regio, & elephante sic nuncupato, & aque inter cutem, & iniquo habitu certum habetur, quæ a græcis cachexia fertur: nam regius morbus qui ab aliis icteritia perhibetur, si ex lienis parte germinat, totius habitudo, melancholica apparebit: si ex iecoris noxa, quum color totius fit citrinus, biliosa apparebit: si in elephante atra bilis, si in hidropisi pituitosa, eo q̄ tali in passione cruor crescit pituitosus, icirco vniuersi corporis color ad opacum album pergit: consimiliter constituta in sede corporis sentiendum, quum ad ipsam alicuius copia decurrit succi, vt atræbilis ad pedes desluxus, omnes secundum eorum ingrossantur partes, & morbus qui elephantia appellatur, machinatur, vbi pedum cucra sia variatur. Pariter in cerebro accidere con-

ſpicitur, quoniam aut vniuerſi cruoris noxa perturbatur, eo ꝙ totius cruor naturam atræ bilis vendicatus fuit. ℂ Aut vitio cruoris partis tantum, puta ſanguinis qui in capite locatur, a laudabilis natura relegati, & in atram bilem permutati, cruore totius ſoſpite vigente: hoc autem bifariam molitur, vno modo ad ipſum cruor atræ bilis defluxus, alio modo in eo congeſtus: illuſtrat ſe ipſum Galenus: nam cruoris atræ bilis in cerebro germinationem ſubdit, quum enim calor innatus cerebri tantum ad caloris exceſſum creſcit, vt flauam bilem, aut craſſum, atram bilemq; cruorem in menſe cõcoquẽs, quod tenue eſt diſſoluit, & diſſipat, craſſũ aũt adurit & ſic atra bilis in eo ꝓcreat̃. ℂ (atque) preaſſumptæ inueſtigationis cõpẽdiũ pãdit, ꝙ indagatio pauloante de atra bili in toto, vel duntaxat in cerebro aſſerta: melancholiæ curationi præſidio eſt, ſi quidem atra bilis in toto excogitatur, ita vt huius maleficio paſſio prodeat atra bilis: inuigilationis exordium a ſanguinis miſſione auſpicabitur: & hoc vt auerſiuum, euacuatiuumq; leuamen. Si vero atra bilis tantum in capite reſidet: tunc indicium quod a melancholia de venæ ſectione decerpitur, reuera reprobat̃, quum ſanguinis atra bilis ſucci digeſtiuũ, frenumq; ſtatuitur, quamuis princeps inferat, ꝙ

alio ex assotiato quum ipsa, emissionem sanguinis excipiente, permitti potest. ¶ (vtrū) atra bilis exundantiam cruoris si vniuerso in corpore, vel capite repertam, discernere non vnice incendit, primo totius exhabitudine, corpus quidem molle, crassum, cādidum, succum nequaquam atram bilem gignit, sed magis pituitæ copiam, sed corpori macilento, nigro, obtusæ carnis, venas habenti latas, succi procreandi atræ bilis affluentiam, magis impartitur: & quum tale tibi corpus occurrit, vniuerso in corpore atram bilem imperium habere puta: deinde innuit ꝙ corpus ruffo colo(r)atum colore: futiliter habitudinem in atram bilem labitur, post id flauum corpus, præcipue quum nimiis a vigiliis, solicitudine, copiosoq; labore, quum in edia detentus fuerit. ¶ Secundo (quibus) aliqua ex naturali suppressa euacuatione eruditionem monet, vt in viris hemorroidalis, in mulieribus mensalis. ¶ Tertio (insuper) vsu ex alimentorum atram bilem commouentium, videlicet in carnium genere crapinæ, leporinæq;, ac cæteræ exstant, in olerum genere brassica, in leguminū omnia: sed præcipue lentes, furfureus panis, & qui vitiatis ex seminibus construitur, in potus genere vina crassa, nigraq; iudicantur; vt si affatim vtatur, atram bilem ad generandum

dum non minimam obtineant facultatem, & caseus antea ia quum caloris circunstantia.
¶ Quarto (igitur) alia atræ bilis ad multiplicationem, oportuna congnitu, sciscitari exqrit .v.g. si passione laborans atra bili, melãcholicis alitus fuit escis, priusq̃ a morbo detineretur, inmensa quum institutione, totius atram bilem corporis, morbi extitisse causam annuere opus est. Si vero proba victus ratione funtus fuit, alia percuntari, per opus est, vt de laboribus, mœstitia, vigiliis, solicitudinibus, si in his iustam excessit mensuram, atræ bilis redundantiam sanciendum: quandoq; præcedente ex febre subiungit, atra bilis augetur, quoniam graciles dissoluuntur partes, crassæ aduruntur hoc autem primo de arte curatiua ad glauconem capite de quartana ipsemet dilucidauit, quum prædicabat, q̃ quartana ex febribus assidue, & non rectis, & indigestis, & inique curatis innascitur: & nec exposita dũtaxat, immo alia vt anni tempus, constitutionem, præteritam, præsentem, terram, ætatẽ perpendere cogimur: propterea q̃ secundum temporum absurditates, absurdi germinãtur succi: vt in hyeme frigiditatis, humiditatisq; impulsu pituitæ, in æstate caliditatis, siccitatisq;, flauæ bilis copia innascitur, & ita de residuis vt ipsemet Galenus, hyppocratesq; ter-

tia ĩ pte aphoristica cõm. 3. exclamãt. ¶ (his) ex indicatis tria efficit: & ꝙ atræ bilis copia in toto residente, venam partire communem. ¶ Secundo ꝙ hæc quum humorali idest basilica, & ei quæ per axillam ad manum fertur idest cephalicæ. ¶ Tertio euacuationis mensuram per bina hortatur, & sanguinis colorẽ, quoniam sanguis quum egreditur, & minime atra bilis apparet, confestim reprimendus. ¶ Secundo per laborantis habitum, si enim sanguis atra bilis videtur, tantum extrahe, quantũ pro corporis natura deficientiã haud incurras.

Ex his hæc inescantur tradita:

¶ Crassus succus si essentiæ oppugnatur cerebri comitialem, si menti atram bilem concitare loquitur.

¶ Comitialis, atræ bilis in passionem festinari solet.

¶ Cerebrum atra bili affici a succo, aut ex totius cruore, aut ipsiusmet, sentit.

¶ Cruorem in cerebro locatum, aut per essentiã vel per consensum vitiari, autumat.

¶ Causæ euidentia si vniuerso in corpore, aut si gnata in sede excogitatur, curationi mirifice subuenit.

¶ Atræ bilis vniuerso in corpore exundantiam ex his vt totius habitudine, assueta, naturaliq;

ſuppreſſa euacuatione, victus ratione, laboribus, animæ paſsionibus, micronoxia antecedente febre, anni tempore, regione, ætate di iudicari poſſe, teſtatur.

¶ Vniuerſi atræ bilis exuberantia, non partis, venæ ſecationem implorat.

¶ Atræ bilis in perturbatiōibus, circa ſanguinis miſsionem, hæc gemina, cruoris, colorē, totiuſq; habitum perquirere cogit.

EST præterea tertium melancholiæ genus morbi comitialis exemplo, quum ortum a ventriculo habuerit. Solentq; medicorum aliqui, hanc diſpoſitionem, hypochondriacum, flatuoſumq; morbum nominare. Verum ſatis mihi fuerit, ea accidentia percurrere, quæ a Diocle præſcripta ſunt in libro, cui titulus eſt affectio, cā curatio, in quo Diocles ad verbum ita ſcripſit. Porro alius oritur a ventriculo morbus, qui ſupra propoſitis non diſsimilis eſt, nominaturq; ab aliis melancholicus, ab aliis flatuoſus: quē, ſumpto cibo maxime coctu difficili, & cauſtico ſputū humidum, idemq; multum comitatur, itē ructus acidius, flatus, æſtus. præcordiis

fluctuatio non illico, sed quum retinuerint, interdum ventriculi quoq; vehementes dolores, qui nõnullis ad dorsum vsq; procedunt, concoctis deinde cibis quiescunt, mox aliis ingestis, eadem rursus reuenuntur accidẽtia, q̃ interdum ieiunos, interdum etiã a cœna mõlestant, atq; euomunt crudos cibos, & pituitam, vel subamaram, vel callidam, vel acidam. adeo vt nonnunquam dentes torpedine afficiantur. atq; horum plurima ab ineunte statim ætate eueniunt. Vtcunq; tamen acciderint, omnibus protelantur. His præscriptis, Diocles mox causam subiungẽs ita scribit. Cæterum flatuosas vocatas, suspicandum est, plus caloris q̃ decet, habere in his venis, quæ alimentum a ventriculo excipiunt, sanguinemq; in ipsis crassiorem factum (quippe in his venis sanguinem contineri constat, vel hoc argumento, quod alimentum corpori nõ distribuitur, sed in ventriculo manet incoctum, quum ipsum meatus antea susciperent, magnam ipsius partem in imum vẽtrem excernerent, tum q̃ postero die, vomitu reiiciantur, vtpote non digestis per

corpus cibis. Sed quod calor id quod se cundum naturam est excedat, facillime intelliges, tum ab æstu, qui ipsis accidit, tum ab his quæ ingeruntur. siquidem iuuari videntur a refrigerantibus cibis, qui videlicet calorem refrigerare, extinguereq; solent. Deinde alia quoq; Diocles iã propositis in hoc sermone addidit. Aiũt autem nonnulli, os ventriculi quod intestinis continuatur, in huiuscemodi passionibus inflammari, ac ob inflammationem ipsam & obstrui & prohibere, ne alimẽta statuto tempore ad intestinum descendant. quamobrem diutius quam decet in uentriculo manentia, & tumores, & æstus, atq; reliqua quæ prædicta sunt, efficiunt. Hæc sunt quæ Diocles quidem literis prodidit. Verum in hoc symptomatum catalogo præcipua totius concursus silentio præteriit, quæ videlicet & melancholiam & flautosam, hypochondriacamq; affectionem, tanq̃ charactere quodam designat. atqui omisit (vt puto) huiuscemodi accidentia, eo q̃ ex morbi ipsius nomine manifeste declarantur. Etenim ab Hippocrate didicimus. Si metus

& mæstitia longo tempore tenent, melancholicus est huiusmodi affectus. Verum haud absurda quæstio est quare Diocles quum causas aliorum accidentium redderet, quam ob causam mens læ datur, nõ scripserit, siue enim venarum, quæ ventriculo contiguæ sunt, calor exuperat, siue partes quæ iuxta portam sunt (Græci pyloron vocant) inflammatione laborant, quid causæ sit, cur melancholica comitẽtur accidẽtia, derelictũ est. Etenim quod venter flatuoso spiritu impleatur, ac deinde eructando ipsum leuetur, ac præterea quæ dicta sunt, vomitione quoq; iuuetur, vel nihil dicente Diocle, manifestum est. At propria melancholiæ accidentia, simul cum dicta ventriculi dispositione scribere, haud ita facile ei fuit: Id itaq; addere, ac simul qualis sit in huiuscemodi affectibus ventriculi dispositio, manifesta interpretatiõe enarrare aggrediamur. Atq; videtur quidem in ipso inflammatio esse. Sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior, & atrebili magis conformis. Itaq; quemadmodum elato ex ventriculo ad oculos, fuliginoso

quodam aut fumoso halitu, aut crassis quoque vaporibus similia suffusorum accidentia contingunt. eadem ratione sublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione melancholica euenient in mente accidẽtia Quinetiam q̃ frequẽtissime videmus, flaua in ventriculo bile contenta, caput dolore affici, vt ea per vomitum eiecta, illico dolorem mitigari. Atque huiusmodi dolorum genera, mordendo, excedẽdoque infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia sopore molestare vidẽtur. Atque inter optimos medicos conuenit, non solum hæc accidẽtia verum etiã morbum comitialem, capiti a ventriculo procedere. Igitur vt melancholicos timor nunquam deserit: ita præter naturã eis visa, non semper eodem genere continentur. Siquidem alius testam se factum putauit, atque iccirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gallos cantare audiens, vt hi alarum, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, animantiũ sonum imitatus est. Fuit itẽ alter, timens ne Atlas qui mundum sustinere dicitur, grauatus sub tanto onere, ipsum a se excutere, atque

ipse cum illo collideretur, ac nos quoq; cum ipso periremus. Sunt alia huiusmodi infinita eorum visa. Differunt autẽ inter se melancholici. nam omnes timent, mœrent, vitam damnant, odio habẽt homines, sed non omnes mori cupiunt. etenim hoc ipsum nonnullis melancholiæ caput est, quod mortem pertimescunt. Quosdam etiã alieno admodum, atque extraneo videbis animo vtpote q simul & mortem metuant, & tamen mortem sibi cõsciscant. Proinde recte videtur. Hippocrates omnia ipsorum accidentia in duo hæc coegisse, metum, & mœstitiam. Mœstitia nimirum eos inducit, vt odio prosequantur omnes quotquot viderint nunquam non tristitiam præ se ferentes: ac terrentur, vt in tenebris pueri, atque ex adultis indocti. Sane quemadmodum externæ tenebræ omnibus fere hominib9 pauorem inducunt, nisi vel audaces admodum vel edocti fuerint: sic atræ bilis color, mentis sedem tenebris similem reddens, timorem efficit.

COMMEN. XVII.

Geminis de melãcholiæ generibus, videlicet melancholia ex cruore in toto, aut in parte atra bili, nec non ipsa affectu excomitiali germinante, exacto exordio: consequenter de tertio eius genere contendere insudat: puta vti ventriculi ex detrimento emergere potest.

¶ ab initio suam exponit intentionem, quũ sentit, ꝙ est tertium genus passionis melancholicæ scilicet a supradictis abhorrens: quod ventriculi innascitur vitio, exemplo morbi comitialis idest vti vẽtriculi maleficio passio cõuocatur comitialis, paripassu & atra bilis aduocari potest. ¶ (solent) huiuscemodi melãcholia ex ventriculi iactura congesta, cuius sit titulus, deuellit, quoniam binario nomine & morbum hypocundrialem seu mirarchiam, & hoc loci impulsu, quum eo in loco vbi hypocundria, aut mirach compaginatur, passio laborantem præcipue affligit. ¶ Alio nomine flatuosum nuncupauerunt affectum, & hoc halitosi spiritus ob affluentiam, quum ipso constipatam. ¶ (verum) modum procedendi, prædicit ꝙ sua in oratione huius significationes passiõis, quas Diocles suo in libro ita nominato annotauit, percuntare cẽsuit. ¶ (por

to) inflatiuæ seu melancholicæ passionis, aut mirarchiæ a ceteris phibitæ, indicia vti Diocles ascripsit, enarrat. Vnde ipsum morbum complura consequuntur accidentia, si enim alimenta duræ deuorantur concoctionis, hæc insurgunt synthomata, sputi redundantia humidi. ❡ Secũdũ ructus acidus: pro cuius enitentia haud fugere oportet, q acetosa eructatio quatuor de causis moliri fertur: vt ex a Galeno promptis primo locis de affectis compilare facultatem habui: prima ex melancholiæ copia ad os ventriculi fluxe. ❡ Secunda acetosa pituita a capite ad ventriculum fluxa, aut in eo congesta. ❡ Tertia ignea intemperies cibum ad ebullitionem impellens, & ad acetositatem cõflectens, sicuti in lacte, mustoq; conspicitur. ❡ Quarta iniqua gelida ventriculi intemperies languide concoquens, vti fructibus priusq̃ maturescant accidit: quare princeps de ructu acetoso hic loquitur, vt a prima: tertia, extremaq; causa prodet. ❡ Tertium accidens concomitans, est flatus idest spiritus halitosus ex ventriculi inepta concoctione procreatus, quoniam humido ex crudo, imbecilliq; agente calore, futiliter flatus exundantia gignitur. ❡ Quartum æstus ascribitur, eximium ob calorem in alimentis ebullitionẽ solicitantem. ❡ Quintũ in præcordijs idest

ſepto trãſuerſo fluctuatio, nec illico, ſed quũ retinuerint id eſt rugitus aliquod poſt tempus quum cibum occupauerint: eo q̄ materiam illum ad locum defluere portendit. ¶ Sextum inmenſus quandoq; ventriculi dolor: qui aliquibus vſq; ad dorſum protrahitur, & hoc ex eduliorum reluctato tranſitu, qua de re eſca ventriculo haud modicam ſubminiſtrat iacturam, vt ſuum perficiat curſum: hoc ſedet animo quum eſcis iam concoctis dolor expirat, eis in eſcatis rurſus reuocatur. & ſic vtroq; in temporis ſpatio ſcilicet inanitionis, abundantiæq; acerbitas quandoq; ipſum dilacerat. ¶ Septimum quando vomunt, cruda alimenta, pituitoſos ſuccos, biliosos, acetoſos vt dentes congelationi exponi impellantur, vomere videntur. ¶ demum (atq;) huiuſcemodi accidentia puerili in ætate ſæpenumero occurrere claudit. verum quibuſcunq; accidunt, protelãtur, & hoc ex craſſi ſucci impulſu. ¶ (his) cauſam quam diocles ſuis de aſſertis inſtituit, expedire apparet, & hoc bifariam principaliter dioclis de ſententia ipſe profecto flatuoſa explicata in paſsione, geminam enodauit cauſam, videlicet exundantem venarum ventriculi calorem, quæ cibaria a ventriculo lactãt, & craſsiorem in eis cõgeſtum ſanguinem, quod efficaci illuſtrat medio, quoniam alimentum

in corpus haud pertransit, & hoc ex cruoris crassitie in venis fluxibilitatem alimenti detinente, quod escarum ad corpus penetratio reluctata extat, certum habetur, quum secundo die edulia in ventriculo cruda occursata, per vomitũ repelluntur, quod assuetæ venarum operationi reclamat, quum earũ exiles escas allicere solẽt, ac corporis ad imũ distribuere, sed quod in eis excessus affluit caloris, binis statuit coniecturis, & ab incendio quod tali labo rantes afflictione, in præcordiis sentire profitentur, & a refrigerantium vsu, a quibus calor refrigerari, extinguiq; videtur. ¶ Secun do (deinde) causam aliorum de consilio expo nit, aliqui enim prædicabant, quod præassumpta in passione, porta inferior ventriculi, quæ intestinis connectitur, calido cruciatur apostemate: quod ipsam vt alimenta liberari possint, coarctat, quare quum congruo in tempo re tenue ad intestinum haud descendant: ex prorogationis causa, tumores, inflationes, in censionem; ac residua germinari opus est.
¶ quorum ratio, talis annotatur, escæ quidẽ quum excedenti in tempore in ventriculo cru dæ confirmantur, eius vehemens calor in eas agens, crassos in vapores, & minime insensibiliter euaporabiles, dissoluit: quamobrẽ eorum ex retentione, in tunicis ventriculi inclu-

ſione, inflatio excitatur, nec nō caloris in eas eximiori disſipatione, maior innaſcitur inflāmatio, & ſic exundantior æſtus. ¶ (Verum) Dioclē circa aliqua ſuo in ſermone deſtituta, criminatur, videlicet circa tria, primo quū accidentia atram bilem pasſionem, flatuoſam hypocundrialem q; modum ad caracteris portendentia deſeruit. ¶ poſt id a vitio protegere videtur, quum autumat ꝙ ſupra orſa accidentia deſiſtit, eo ꝙ pasſionis nomine innoteſcant: hoc ex hyppocratis ratione morbo in atra bili comprobat, ſi metus, & meſtitia prolixo perdurant tempore, melancholiæ eſt pasſio, & ſic ex pasſionis nomine nobis accidentia vulgari poſſunt, & ita de reliquis. ¶ Secūdo ipſum laceſcit (verum) quum aliorum accidētiū cauſam indicauiſſet, cauſam cur mēs lædatur ideſt ventriculi noxa, melācholica in ſurgat pasſio, haud enarrauit: immo deſtituit: quoniam ſi in ventriculi venis calor exūdans excogitatur, aut cruentoſa in eis moliuntur apoſtemata, quomodo melancholica ſolicitare posſint accidentia, perquirere tenebatur, quod tacuit, iccirco id ei vitio aſcribendum. ¶ Tertio de redūdātia ipſum inſimulat: quū quæ euidentisſimæ apparrēt vt halitoſæ paſſionis accidentia diſſeruiſſet quæ pro eorum enitentia præmere haud cogebatur: ſed de eis

quæ nos latent, ſicut melancholiæ accidētia, vtique ei difficile apparuit. ¶ (id itaq;) adio cle intacta, i apertaq;, ipſe princeps tãgit, & aperit: ſcilicet qua via mirarchia refragatio atram bilem commoueat: & quatuor proculdubio detergit: q horum in ventriculo dico venis in ventriculo cruentoſum reſidet apoſtema, cuius cruor in eo inuolutus craſſior, aduſtiorq; affectus, melancholiæ potius naturam parauit. ¶ Secundo vti ex ſucco in ventriculo contexto, vapores ad oculos eleuant, inmagines oculorum cataractæ conſimiles cõmouentes: paripaſſu atra bili ex cruore in venarum ventriculi apoſtemate retento, atræ bilis vapores ad cerebrum ſalientes, melancholica accidentia ſubminiſtrare videntur. ¶ Tertio q prænominate perturbationes iniquos ob ſuccos in ventriculo conglobatos machinari queunt: lineamento lineat: quoniam ſi flaua ex bili in ventriculo conuocata, dolor emergit capitis, bili per vomitum deiiecta, raptim dolor deſiit. ¶ Quarto dolorum diſcrepantias explicat (atq;) q dolor qui in capite congeritur, ſucci ex natura cõflectitur: quia ſi flaua ſeu atra bilis fuerit agens, acerbitas roditiua, pungitiuaq; pullulat, ſi pituita, ſoporoſa ſiue pigridita, ſi copia, grauis, ſi tenſiua citra grauitatẽ & pulſum, ſpirit⁹ tenues & vaporoſi

multitudo constituitur, vt Galenus Secūdo de medicamētorū cōpositiōe capitulo de cephalea olfecit. ¶ (atq;) q̄ vētriculo errato nō mō disserta accidētia, ímo & comitialē affectionē inasci, efficit: vt ex medicorum cōmuni consensu nō dubium est. ¶ (igitur) melancholicos in cogitationibus dissentire indicat, nā quidam se factum testam existimauit, quidā gallos cantare & alia, qua de re in aliquibus consentiunt, vt timor, tristitia, huius vitæ vituperatio, homines odio habere cunctis familiaria melancholicis cōmunia decernūtur: sed in his abhorrent, quum aliqui mortem perpetuo horreant, alii vero alieno mostrent animo scilicet, q̄ necem haud pauent: immo cupiunt. ¶ (proinde) omnia melancholicorū accidentia de senis mente ad gemina vt metū & mœstitiam contrahit: quoniā mœstitia melancholicos exigit, quicquid enim viderint, odio afficiuntur: atra bilis succi profecto nigredo ei timorem suggerit: vti in exteriorib⁹ sedet animo, nam quemadmodum externæ tenebræ pueris, aliisq; friuolæ formidolosis timorem suppeditāt, nisi eorum ex natura audacia exundent: parifilo & atræ bilis caliginē quum eius vapores ad cerebrum rapiunt, consimilem pauescentiam concitare cōpertū est.

Ex his hæc innotescunt asserta.

¶ Vti ventriculi crimine comitialem perturbationem, paripassu flatuosam, & seu mirarchiã, vel melancholicã germinari, promulgat.

¶ Mirarchia contristatio sæpissime in infantiæ ætate excogitatur, ac in cunctis micronoxiã habere perseuerantiam, sentit.

¶ Bina singulariter, venarum ventriculi affluẽs calor, per quas alimentum ad inferius explicari, fertur, necnon & cruentosum in eis con genitum apostema, inflatuosam, hypponcũdrialem, melancholicãq; afflictionem concitare assueuerunt.

¶ Tertium melancholiæ genus a tra bili in ventriculo seu eius in venis collecta, produci, testimonium reddit.

¶ Dolorum abhorentiam succi exabsurditate gigni, sancit:

¶ Cunctos melancholicos in metu, mœstitiaq; vnanimes esse, conuicit.

¶ Atra bilis suæ caliginis impulsu, melancholiã solicitat passionem.

¶ Mœstitia melãcholicos exponit, vt quicquid conspexerint, odio prosequantur.

ETENIM summis tum medicis, tum phi losophis in cõfesso est, & humores, & om nino corporis tẽperantiam, animæ actio-

nes variare

nes variare posse. id quod nos quoq; vni co commentario docuimus, quo demõstratum est, quod animæ potentiæ corpo poris temperantiam sequuntur. Quocirca humorum vim ignorantes (in quorũ numero & Erasistratus est) ne scribere q̃dem de melancholia quicquã ausi sunt. Neque indignum est admirari, tum com munes hominum sententias, tum plurima quoque dogmata, quæ & philosophi, & medici, per ignorantiam præterierunt. Igitur ab omnibus, affectus ipse melãcholia vocitatur, indigante nomine humorẽ qui ipsius causa est, quumq; circa ventriculum prima incœperint accidentia, ipsisq; auctis melancholica sequatur affectio, deinde alui deiectione, & vomitu, & proba concoctione, ructibusq; leuetur is qui laborat, hypochondriacũ, flatuosumq; morbum, ipsum nominabimus. accidentia vero ipsius dicemus, & mœstitiã & metum. Quum autem propria melancholiæ accidentia, auctiora videntur: circa venticulum vero, aut nulla, aut parua admodum sunt, haud ab re existimaueris primitiuam in cerebro affectionem con-

affectus accidenti

sistere, ob atram bilem in ipso cōgestam.
Cæterum quibus signis discernatur, vtrū
in loco cerebro, an in vniuerso corpore
huiuscemodi humor contineatur, paulo
ante dictum est. Interim monendi sunt mi-
hi amici, qui me curantem viderunt, fre-
quentibus balneis, victuq; humido, bo-
niq; succi, nullo alio adhibito præsidio,
huiusmodi me morbum curasse, vbi non-
dum ob longum temporis tractum, no-
cuus humor multū vacuationi resisteret:
quum enim diuturnus iam factus est mor-
bus, fortiora prædictis oportet adhibere
remedia. fit autem huiusmodi melancho-
liæ species, affecto prius calidis disposi-
tionibus cerebro, aut æstuatione, aut in-
flammatione, aut phrenitide quoque ip-
sum afficiente, interdum a solicitudine,
mœstitia, vigiliis. verum satis fuerit hæc
de melancholia dixisse:

COMMEN: XVIII.

POSTQVAM tertio de melancholiæ genere
antecedenti egit in litera: hac tempestate eun-
dem sermonem prosequitur, & vnum præci-

pue de eloquentissimorum medicorum, peripateticorumq; consensu promulgat: profecto corporis succi, temperantiaq; animæ actiones conflectere, queunt: quod singulari testatur medio, quum animæ potentiæ corporis moderantiam consequuntur: quamobrem si corpus suo sub temperamento persistit, animæ potentiæ a nullo reluctate, probe earum funguntur actionibus: sin autem aduersum reperitur, aduersum etiam germinari, oportet: ¶ (quo circa) autumat, quod qui succorum naturam fugiũt, de quorum secta Erasistratus cõuocatus extitit: de melãcholia scribere nequeunt: sic igitur admiratione duci, haud inrationabile statuitur: quum complures philosophi, medicique ingnorãtia correpti, multa destituerint notanda. ¶ (igitur) ambiguo, debitum pensitare, elucet, quũ præcurso in textu prõptum sit, quod tertium melancholiæ genus a ventriculi vitio impulsum plærisq; a medicis absurdis fertur nominibus, & hypocundrialis, ac flatuosus affectus, iccirco aliquis congrua quum ratione insurgere posset, præassertus affectus, quo tempore melancholia, & quo hypocundrialis, aut flatuosus nũcupãdus. ¶ exprimit princeps, quoniam afflictio ipsa bifariam melãcholica perhibetur, & causæ ratione, a qua concitatur, vt melãcholica causa, &

accidentium arguméto, scilicet metus, & mæstitia quum ipsa connexa. ❡ Sed quum contristatio a ventriculo auspicatur, necnõ & accidentia ipsa aggrediuntur: & si ipsa intendũtur, atra bilis contristatio etiam intenditur: eo instanti si ex deiiectis, vomitu, ructu laudabiliq; concoctione, laborans passionis mitigationem vendicat, tunc hypocundrialis, flatuosusq; morbus appellandus, & vt sic singularis affectus, variis coniecturis intitulari, datur. ❡ (quum) melancholiam per essentiã ex his diiudicare monet: puta si melancholiæ synthomata, nullo aut exiguo in ventriculo vigente incõmodo, vehementius concitantur: tunc eam in cerebro per essentiam locari, procul dubio cense: quum materia in eo collecta, excogitetur. ❡ (interim) methodum melancholiam diruendi, pandit: vbi bina refert: & de ipsa distinguit: quoniam aut nec impressa exstat, sed breui temporis spatio congesta, & tunc leuia adminicula vt humidæ balneationes, victus ratio humida laudabilisq; chimi ipsam dissipare queunt: aut micronoxia, impressaq; est: & eo in tempore inmensioribus indiget suffragiis: quum vltimas ad ægritudines vltima committantur leuamina. ❡ Secundo ex quibus melancholia per essentiam in capite germinat, indicat, vt solis inmoderata ar-

dentia, ingneæ in cerebro ægritudines, inflã matio, phrenitides, animæ passiones scilicet mæstitia, angustia, vigiliæ eam concitant: quum ex his in capite tenuium partium molitur resolutio, crassarum vero adustio, ita vt atræ bilis in capite ꝑducatur materia, quæ melancholicam per proprietatem in cerebro solicitabit passionem

Ex his hæc emergunt promulgata.

¶ Corporis succi, tẽperies, animæ actiones discratiare queunt.

¶ Anime facultates, corporis modestiam consequuntur.

¶ Singularis affectus varias secundum considerationes, plura vendicare nomina, potest.

¶ Melancholica perturbatio paucos per dies machinata, leuibus, sed micronoxia non nisi fortibus præsidiis demoliri, potest.

¶ Quelibet causa vbertim calida, cerebrum ardentius percutiens, melãcholiam in eo per essentiam impellendi vim habet.

De morbo comitiali.

ATque de morbo comitiali deinceps dicẽdum est, quandoquidem hic quoq;, interdum ipsomet affecto, interdum aliis cõsentiẽte cerebro, euenire solet. vt enim

tria melancholiæ genera, ita hunc quoquemorbum, tribus contentum differentiis, omnes fere medici distinguere neglexerunt. Verum omnibus commune est, quod cerebrum afficitur, vel consistente in ipso affectu, id quod pluribus epilepticis accidit, aut a ventriculi ore (quod stomachum vocare solent medici) ad cerebrum per consensum ascendēte. Atq; hoc genus proportione respondet accidentibus quæ oculis a stomacho adueniunt, veluti in suffusionibus. Fit etiam, sed raro, tertia morbi comitialis species (nec refert siue genus, siue differentiam nominaueris) quum a parte aliqua, cui id forte fortuna accidit, incipit affectus, q̃ deinde sentiente ægro ad cerebrum vsq; ascendit. Hoc genus primum vidi in puero, qui tertiumdecimum ætatis annū agebat, quum equidem adolescens etiamdū cum optimis eius tempestatis medicis cōuenissem ad idoneam ipsius curationem inueniendam. Audiui tum narrante puero, dispositionem ipsam a crure initium capere, mox illinc recta ascendere per femur, & imminentes illi lumbos, ac perla-

tera ad ceruicem, donec ad caput perueniret, quod quum primũ tangeret, ipsum haudquaquam sibi constare. Interrogantibus autem medicis, quale esset id quod ferebatur ad caput, nihil habuit puer qđ responderet. Alius deinde adolescens cõpos mentis (quippe qui satis poterat, & sentire quod fiebat, & alteri enarrare, dicebat veluti frigidam quandam aurã esse id quod ascendebat. Vnde ex duobus alterũ Pelopi pceptori placuit, aut quod qualitas quædam, alteratis per continuationem partibus, aut spiritalis quædam substantia transmitteretur, neque mirandum esse dicebat, tam validam vim esse humori, qui in affecta parte præter naturam genitus fuisset, vt perniciosarum ferarum venẽis possit cõparari. Quis enim crederet, vel scorpiorum, vel phalangiorum ictibus, totum corpus, ac tam vehementi mutatione affici? cui sæpenumero id accidere videret, præsertim minimam quandã rem febris in ipsum demittentibus. Quum itaque phalangiũ aliquẽ momordit, quanuis paruũ sit animal, existimare tamen debemus, venenũ ex ipsius

ore in ictum corpus descendisse. Porro marinæ turturis, quemadmodũ & terreni scorpionis aculeus, in partẽ extremã acutissimã illã quidẽ finitur, vbi nullũ foramen est, per quod venenũ deiici possit: necesse tamen est, vt excogitemus, substãtiam quandã esse, aut spiritalẽ, aut fluidã quæ vt mole minima, ita facultate quam maxima est. Etenim quũ nuper ictus quidã esset a scorpione, videor mihi videre (inquit) quod grandine percussus sim, eratq; oĩno frigidus, sudore etiã frigido accedentes, sed tandẽ debitis adhibitis remediis, non sine negocio seruatus est. Itaque Pelops, non impossibile est (inquit) in corpore similem aliquã essentiã generari, non accedente causa extranea, quæ vbi neruosam aliquam partẽ occupauerit, per continuas partes, vsque ad neruorum principiũ, vim suam transmittit, siue id per alterationẽ (vt ipse dicebat) fiat, siue spiritali essentia, veluti aura, ad ipsũ elata. Sæpenumero enim infigente aculeum scorpione, aut in neruum, aut venã aut arteriã, manifeste videmus, percussos vehementissimis infestari accidentibus.

Atqui ſcorpionis aculeus, totam cutem penetrãdo, ad profundũ vſque põt peruenire. Phalãgiorum vero paruorũ ictus ſolã afficit ſuperficiẽ. vnde conſtat, interdũ a ſola cute, veneni vim ad totum corpus deferri, quippe tota cutis & cõtinua eſt, & neruoſa. Proinde haudquaquã impoſsibile eſt, quum ex icta parte per totã ipſam celeriter diſtributa fuerit veneni vis, eam inde eodem rurſus contactu, in ſingulas ſubiectarũ ei partiũ recipi, mox ex illis in alias continuas, atque iterũ ex his, quæ afficiuntur, in alias. quumq; ad dominantium partiũ aliquã peruenerit, tum mortis periculũ homini inſtare. Ad hanc rem in primis conferunt vincula ſuperioribus partibus iniecta: ab iis enim p̃ſentaneum præſidiũ expectatur, id quod in viperarũ, ſcorpionumq; ictibus, item aſpidũ quoque, quod propter imminẽs ſubitariæ mortis periculum, magis incredibile eſt, expertus ſum. Etenim quũ Alexandriæ eſſem, ruſticus quidam non longe ab vrbe, in vno manus digitorũ ictus, eius radicẽ apud palmã validiſsimo vinculo ligauit, occurrensq; in vrbem ad ſa-

miliarem sibi medicũ, totũ digitũ ab ipsa dispositione ad palmã vsq; abscindendũ præbuit, sperans inde nihil se mali passurum. neq; frustratus est sua spe, quippe nihil aliud faciens, saluus euasit. Similiter aliũ noui, qui epoto ex viperis medicamento, rescisso prius digito, a periculo liberatus est. Vidi præterea rusticum, cuius totũ digitum vipera momorderat, q falce, quam tũc forte habebat (erat enim vinitor) ab vltimo articulo ictam partem resecans, deinde inducta in digito cicatrice, nullo sumpto medicamine, sanatus est. Sed puerum quoque, cuius morbus comitialis a crure oriri consueuerat, medici, qui tunc ad curationẽ eius conuenerant, sanare sperabant, si in primis vacuato vniuerso corpore, medicamen ex thapsia, aut sinapi parti adhiberent, ligato in medio mẽbro, supra eã videlicet partẽ quæ primaria dispositione erat affecta: atque hoc pacto, accessionẽ reuerti prohibuerunt, quanuis antea quotidie puerum infestare consueuisset. Verum hæc obiter atque ex abundantia dicta sint, ne quis miretur, quo pacto, ab

ignobili aliqua parte tantus morbus ortum contrahere posſit.

COMMEN. XIX.

COMITIALI de perturbatione ſuum agitat ſermonem: & hanc eius eſſe principalem intentionem exponit. ¶ Secundo (quãdo) eã tractare exorditur: vbi plura refert: & comitialem affectum in cerebro reſidere, quãdoq; aliarum corporis per conſenſum partium. ¶ Secundo ꝙ fere cuncti medici, tria eſſe comitialis pasſionis genera, vti & melancholiæ, aſſeruerunt. ¶ Tertio (verum) quod omnibus comitiali laborantibus morbo, communẽ ſtatuitur, pandit, quoniam pasſio aut ab initio in cerebro connectitur, aut a vẽtriculo gignitur: puta quando ab eo vapores eleuantur ad cerebrum, vti in imaginibus oculorum contin git. (quem ſtomachum medici nuncupare aſſueuerunt). ¶ Quarto (fit) tertium morbi comitialis genus detegit: quod raro reperitur, vt quando aliqua a ſede corporis innaſcitur: quum ipſa afficitur, a qua alicuius ad caput concitatur aſcenſus: & vt hoc comitialis genus euidentius agnoſcatur, genuina per lineamẽta lineat, vti eius extãt partes. ¶ vnus

quidem testificabatur, primitus passionem se sentire a crure recto tramite vsq; ad cossã ascẽdere, & a cossa vsq; ad illius partis femur, & a femore vsq; ad collum, quousq; caput attingeret, quæ quum percuteret, ipsum haud quaquam constare, idest nec sentiebat, nec quid ipsum esset percipiebat: Alter &c. lege per te. ¶ (vnde) quinto tertia comitialis morbi absurditate, modoq; generationis explicatis, associanter gemina sciscitari perquirit: & id quod ascendit, quid extat, percuntari oportet, & de Pelopi præceptoris sententia autumat: ꝙ aut est quædam qualitas, de parte in partẽ alterando, propter partium societatem aut spiritalis idest venti substantia, quum illa compaginata qualitate, per conuersionem de sede ad sedem saliendo, quousq; cerebrum pulsat. ¶ (neq;) inuestigationem commonet, vtrum succus aliquo in loco corporis innatus, fortitudinem amplectatur, vt de parte in partem vsq; ad cerebrum pergere possit: quod ex reptilium veneno fieri posse, hortatur: quia in corporis membro aliquẽ congeri succum ponit, vt eandem vim, sicut & reptilium venenum consequi possit: conspicimur enim venenosa reptilia, eorum ex morsu vniuersum corpus mira alienari mutatione, quod nullus sanciret, nisi sensibiliter inspectum ex

titiſſet, vt minima ex re ab ipſis dimiſſa, corpus tam vehementem ſuccipiat mutationem: quamobrem quædam extā treptilia, quæ ore venenum eiiciunt: tamen hæc aliquam continere quantitatem ſentit, quæ percuſſum in locum deſçendit. ¶ Sed quid de illis quæ caudam habent acutiſſimam, & nullum nobis vulgatur foramen, per quod venenum excluderent: & nihilhominus quum corpus tangūt quam maxime ipſum alterare videntur: iccirco in ea eſſe venenum decernere cogitur: aut ſpiritale ideſt vētoſum, aut fluuidum ideſt humorale, quod licet mole minimum exſtet, robore tamen magnum: poſt id in quodam a ſcorpione percuſſo, monet qui tanquam ſi a grandinibus, & niue percuſſus fuiſſet, in tantam lapſus fuit geliditatem, vt ſudore ſudaret frigido: qua de re ex cōgruis adhibitis ſuffragiis, iam naufragium reuocauit. ¶ Sexto (itaq;) ex pelopis iudicio, ſupra aſſertorum poſſibilitatem teſtatur, videlicet ꝙ in corpore aliqua congeratur ſubſtantia, cauſa alia ab extrema minime concurrente quæ vbi aliquam neruoſam tundit ſedem, colorum continuatione, vſq; neruorum ad fundamentum ſuam gratificari, poteſt facultatem: hoc autem bifariam, vel qualitatiuæ ideſt ꝙ iniqua qualitas, de parte in partem aſcendat, vel ſpiritalē

essentia scilicet flatuosa substantia, sicuti aura ad cerebrum elabitur. ¶ Septimo (sepæ numero) insinuat, quod si aculeus idest pars extrema scorpionis, quæ est cauda, partem in neruosam, aut venosam, vel arteriosam imbibitur, sæuis cruciari accidentibus, in propatulo cōspexit. ¶ (atqui) tria expedit: & scorpionis caudam, totam penetrātē cutem, vsque ad corporis interiora percutere, & phalangiorum paruorum, quæ reptilia, venenosaque animalia coniiciuntur, pulsationem solam cutim transfodere: & in hoc scorpiones a phalangis abhorrere, videntur. ¶ Secundo quod cutis duntaxat, veneno affecta, per partem post partem totum veneno, inflammat corpus: & hoc quū cutis vniuersa, continua, neruosaque extat. ¶ Tertio qualiter venenum necem suggerat, deuellit, quod vna pars a veneno perturbata, per contactum alteram perturbat, & sic per partē post partem, donec ad principes deueniat sedes, & quum has plaudit, vbi principales, protegentesque corpus, resident facultates, contristans expirationi exponitur. ¶ Nono (ad hanc) his promptis subsequēter morsum, seu eorum percussionem methodum curandi exprimit: puta partis superioris, supra partem obluctatam, fortissimam committit ligaturā seu ipsius partis abscisio, quemadmodum in

Alexandria de rustico a vipera seu scorpione percusso, repetit animo.

Ex his hæc exicantur promulgata.

¶ Sicut tria sunt melancholiæ genera, videlicet ex cruore aut in vniuerso, aut in capite vitiato, aut ventriculi crimine, paripassu totidem comitialis morbi profiteri, hortatur.

¶ Affectu laborantes comitiali, quandoq; per essentiam, quãdoq; p cõsensum affici, refert.

¶ Tertiam morbi comitialis speciem, & raram, per ascensum, aut qualitatis, aut venti essentiæ, de parte in partem alterando, & hoc earum continuatione ipulsu, machinari enarrat.

¶ Aliqua in sede corporis talem prauum innasci succum, vt reptilium veneni vim obtineat, testimonium reddit.

¶ Venenum reptiliũ quamcunq; vulnerat sedẽ, vniuersum corpus nimia variari mutatione, & quum parti obuiauerit nobili, pernitiem solicitare, testatur.

¶ Reptilium venenum, aut flatuosam substantiam, aut humoralẽ esse, ac magnitudine minimum, virtute vero grande, orsus est.

¶ Inmensa corporis pruina, sudorq; frigidus, morsum scorpionis esse, portendunt.

¶ Cutim corporis veneno deprauatã, per partẽ post partẽ, earumq; copulatione, totum inficere corpus, necemq; subministrare loquitur.

Supereſt autem cauſam veſtigare, quam ob rem in huiuſmodi per conſenſum affectio nibus, epilepticæ fiant conuulſiones. Nã ne Pelops quidẽ vllã ad hanc rem attulit. probabilem perſuaſionem, neque etiam alius quiſquam, cũ quo nobis aliqua fuerit conſuetudo. Mihi vero per huiuſmo di conſenſum, videnti aliquando laborã tem, ſine vehementi conuulſione conci dere, ſimul quod per interualla, breuib⁹ quibuſdam motibus quateretur, probabile viſum eſt, quẽadmodũ frequentiſſi me ſingultũ fieri cernimus affecto ſtoma cho: ita hanc quoque diſpoſitionẽ eue nire. Etenim meipſum quoque ſingultus illico inuadere ſolet, ſi piperis aliquando immodicã quantitatẽ ingeſſero. Id quod aliis quibuſdam non paucis, qui bus ſcilicet facilis erat oris ventriculi ſen ſus, accidiſſe meminimus. Atqui iam ſu pra memoratũ eſt, id non ſolũ medicis, verumetiã vniuerſis hominibus ſtoma chũ appellari. Itaque quum cecidiſſent, qui nõ ex propria cerebri affectione, ſed per conſenſum comitiali morbo labora bãt: eos citra perpetuã conuulſionem ve

Inti saliendo per interualla concuti vide bã. Proinde existimaui, similẽ aliquẽ cerebro motũ euenire, qualis stomacho interdũ, a re quapiam molestato accidere solet. quippe quum a ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis modicus infestatur, tum singultu affici conspicitur. Atque acrem quoque humorem, nõ singultum modo, verumetiam conuulsionẽ per vniuersum corpus efficere sæpenumero consideramus: deinde vomitu eiecto eo quod mordicabat, illico quiescere. Quo minus mirandũ est, si neruorũ principium, huiusmodi motu concutiatur, vt a se expellat, quicquid fuerit id qđ a parte primo affecta ad ipsum effertur. Ad hunc modum reliqua quoque accidentia omnia, quibus nerui concutiuntur, fieri putauerim. vbi vero deperdito sensu, quis conciderit, non accidẽte motu, quo vel conuelli, vel salire videatur, id a vehementi frigore ortum trahere cẽseo, quo in genere lethargus quoque continetur. Apoplexiæ autẽ, quod subito eueniat, aut frigidũ, aut crassum, aut viscidũ quidquiam, quod principes

cerebri ventriculos affatim implet, non totius substantiæ intẽperiem, causam esse manifestũ est. veluti lethargi, phrenitidis, maniæ, melancholiæ, stultitiæ, amissæ memoriæ, sensuũ hebetationis, resoluti motus. Porro in omnibus his affectibus, in quorum numero apoplexia quoque cõtinetur, periculi magnitudinẽ ex anhelitus nocumenro coniicere oportet. Sane quemadmodũ dormientes spirant, quanuis nulla alia fungantur actione, quæ a consilio prodeat, nimirum quum supini iaceant in cubili: ita in soporosis affectibus omnibus, quanquam neque sentiat corpus, neque moueatur, tamen sola spiritatio, quæ musculorum pectus mouentium munus est, seruatur. cuius rei firmã, ac demonstratiua lege stabilitam habem⁹ scientiam. quemadmodum quod musculis etiam omnibus, motus principium ab innatis ipsis neruis accedit. Atqui ex anatomice didicimus, neruos omnes a cerebro primarium sumere initium. Neque simpliciter initium, sed primarium dixi, id quod spinalis medullæ gratia, orationi adieci. Quanuis enim permulti ex ea

nerui prodire videantur, vim tamen omnem, quam habet, cerebrum ipsi suppetit. Quum itaque spirationem vehementer impeditam, difficulterque procedentẽ videris, non paruam in cerebro morbi dam dispositionẽ esse coniicere debes, idque in soporiferis morbis, quos nimirũ omnes in cerebro fieri manifestũ est.

vide 233

COMMEN. XX.

SVMMVS experimentator suam de morbo a Democrito diuino dicto, determinationem perficere, cupiens: cuiusdam præsenti in litera causam perquirere, præponit: vbi complura expedit, & antecedenter suum contemplaturum pandit propositum: videlicet quum sentit (super est autem causam inuestigare) qua de re huiusmodi per consensum in affectionibus idest in comitialibus, aliarum per partiũ colligantiam, epilepticæ fiant conuulsiones, causam huius indagare cogitur. ¶ (nam) Pelopem, aliosque medicos de scrutatione ab eo instituta, non disputasse, criminatur. ¶ (mihi vero) suum consectatur decretum, monens quod comitiali per consensum in afflictione, quamuis conuulsio perpetuo compa-

ginetur, quum neruorum fundamentum com̃ patiatur, verum minime semper vehemens, quod per argumentum ex visu testatur, quum comitialem per colligantiam tolerantem mor bum inspexisset, haud valida intercedente cõ uulsione, Sed simul quoq; per interualla idest raro, breuibus motibus quibusdam quateretur, scilicet quidam titillatiuus, breuisq; neruorum motus tantum, vna occurreret:

¶ (quemadmodum) Secundo idem per cõparationem ad ventriculum illustrat: vti profecto ventriculo obluctato, singult⁹ germinat, parifilo cerebro, ventriculi iactura refragato, conuulsionem machinari opus est: ¶ Tertio (etenim) singultus causam, & quibus friuole contigit, exponit, fatur enim q̃ quum copiam suscepisset piperis, raptim a singultu detentus fuit, hoc autem non nisi a piperis mor dicatione, quum singultus a Galeno quinta parte a foristica com. v. ventriculi copiose pleni, aut desiccati conuulsio scribitur, aut a mor dicatione, aut irritatione concitatus. ¶ Sed nota q̃ singultus nec vere conuulsio fertur, nisi improprie, quum conuulsio proprie lacertorum, neruiq; passio intituletur, vẽtriculus aũt non est lacertosus, neq; neruus, nec in eo aliquis distintus excogitatur lacertus, quamuis sedes exstet neruosa. ¶ Secundo conuulsio

etiam est motus præternaturam duntaxat: singultus est motus a virtute molitus, licet compulsus: ℭ Tertio in conuulsione membrum suam contrahitur ad radicem, in singultu aūt ventriculus minime ad suum conflectitur principium, sed solum in se ipso in spissatur: & sub infert, eis sigultus futiliter accidit, qui ventriculi os sensibilissimum habent. ℭ (atqui) per casum, suam explicat intētionem, binaq; asserit, & ꝙ comitialis prænuncupatus morbus, stomachus dicitur, scilicet partis ratione, a qua originatur, & ꝙ quidam quum cecidissent, & morbo laborarēt per colligantiam epileptico, eos citra perpetuam conuulsionem, veluti saliendo per interualla concuti idest cōcussiuum pati tremorem raro conspiciebat, ita ꝙ innuere sentit, ꝙ si cadentes morbo occupantur epileptico, haud continuus connectitur spasmus, sed tantum quidam tremor, & raro. ℭ (proinde) inter cerebri, ac ventriculi collationem indicat: & quum hoc singultus, conuulsionisq; causas in ventriculo, nec non & modum quo spasmus concitatur, detegit: innuit quidem ꝙ sicuti ex ventriculo perturbato, molestatoq;, aut a ciborum copia, aut mordaci a succo, alimentis ex deprauatis genito, conuulsio, spasmusq; contingunt: quoniam alimento sui exundantia, aut mordaci

qualitate ventriculum infestante, singultus in nasci solet, & ex iniqui succi mordacitate, cō uulsio vniuersalis, & hūc p vomitum excluden do, conuulsionem desistere: pari modo & minime admiratione affici debemus, si neruorum principium, quum a se nociua ascensa, defluxaq;, ad profulgandum commoueatur, si motum patiatur conuulsiuum, quum talis motus neruorum peculiaris scribitur: tales autem potius incerebro quam in ventriculo coniunguntur. ¶ (adhunc) concludit ꝙ omnia ner uis occurrentia accidentia, per modum dictū fiunt idest per modum motus ad oppugnantia repellenda. ¶ (vbi) aperit, ꝙ si aliquis sensu priuatur, & interram prosternitur; ita ꝙ nullum amplectatur motum, quo salire, vel conuelli idest simul trahere appareat, tale sinthoma eximio afrigore germinari, censere, oportet, ex cuius genere litargia elucet.

¶ (apoplexiæ) de ipsa bis gemina enuntiat: & apoplexiam fieri repēte, & eius causam materiam crassam, lentamq; esse: & locum contristatum principales cerebri ventriculos ponit, qui inopinate ex diffinita materia replentur, obstruunturq;: ꝙ minime iniqua ex cerebri discrasia concitatur, sicuti litargia, phreni tides & alia: qa apoplexia ex vētriculorum cerebri redundantia, & non iniusta ex intempe-

rie molitur, & hoc vt crebro, vt ipsemet in secunda parte aforistica com. 42. annotauit: & nota q̄ orsus est principales ventriculos idest omnes, quoniam si obstructio parte solum in posteriore congesta esset, nec anteriori in capitis parte sensus, motusq; vigeret ociositas, scilicet faciei partibus, ad quas nerui anterioris ventriculi protrahuntur, sensum, motumq; deferentes, sed sensus, ac motus reluctatio geminis in partibus & anteriori, & posteriori inuenitur, quamobrem cunctis incerebri ventriculis obstructionem constructam esse, statuere opus est. ¶ (porro) assertæ passionis naufragium, ex anhelitus iactura, diiudicare monet, quū loco supra concitato, prædicabat, anhelandi impedimentum, apoplexiam incurabilem portendit. ¶ (sane) premit, q̄ sicut indormientibus nullam insistentibus actionem, anhelitus laborat: sic etiam omnibus passionibus intorpidis, quamquam sensus, motusq; quiescant, semper anhelitum permanere explicat: qui lacertorum thoracem mouentium, actio existit: & de hoc stabilem habere agnitionem ait: quum musculorum motus, principium a neruis, quum musculis cō nexis, adipiscatur. ¶ (atqui) in fragmento, quorsum cuncti prodeant nerui, promulgat: vt enim ex dissectione fuit eruditus, omnes

nerui a cerebro primarie germinant, dixit primarie, quoniam anuca multi innaſcuntur, ſed non primarie, immo quicquid habet, ac aliis gratificatur, virtute a cerebro ad eam trāsmiſſa fit: ſic igitur claudit, ꝙ qui anhelitus impedimentum, difficultatemq́ꝫ cōſequitur, in cerebro detrimentum eſſe ſtatuit: vt ſtupidis in morbis ſedet animo: cuius ratio ex promptis profiteri poteſt: nam ſpirationis operatio, ex muſculis thoracem mouentibus, machinatur, muſculi ex neruis motus principium vendicāt, nerui autem a cerebro principaliter oriuntur, igitur ſi anhelitus refragatur, ꝙ cerebrū etiam refragatur decernere poſſumus.

Ex his hæc inſurgunt percunctata.

¶ Conuulſionem, verum nec perpetuo in menſam, morbū concomitari comitialē, teſtatur.

¶ Piperis copia deuorata, ſingultum impellere, ſolet.

¶ Qui ventriculi os nimis ſenſibile posſident, futiliter a ſingultu corripiuntur.

¶ Ventriculus ex eſcarum exuberantia coarcta tus: aut a deprauatis eſcis moleſtatus, in ſingultū labi; aut vniuerſalis conuulſio innaſci, pōt.

¶ Corpus a motu relegatum, pasſionem extrema ex geliditate producere, loquitur.

¶ Apoplexiam ex principalium ventriculorum cerebri obſtructione; ex materia craſſa, len-

taq; machinata, & haud ex intemperie causari, autumat.

¶ Inspirandi reluctatio, apoplexiæ naufragium portendit.

¶ Nec in dormientibus dumtaxat, immo cunctis rigidis in affectionibus, anhelitum perpetuo laborare, iudicat.

¶ Anhelitus lacertorum thoracem mouentium, actio est.

¶ Omnes neruos primarie a cerebro pullulari, quamuis complures a nuca, verum nō primo, testimonium reddit.

¶ Nuca quicquid agit, cerebri virtute agit.

¶ Anhelitus dispendium, cerebrum affectum esse enuntiat.

¶ Cunctas torpidas passiones in cerebro locari, efficit.

De vertiginosis.

AFfectus autem qui scotomaticus, id est vertiginosus, vocatus est, ex ipsa appellatione, qualis sit, manifestatur. quippe a parua occasione hebetantur, hi qui sic laborant, adeo vt interdum cadant, maxime si aliquando in circum rotentur, si quidem ipsis ab vna ratione euenit id, quod cæteris a pluribus accidere solet.

proindehebescunt, siue alium quempiã, siue rotam, aut id genus aliud quidpiam aut ipsos quoque in aquis vortices circumagi viderint. Id vero maxime, quum vel sub sole æstuauerint, vel aliam ob caussam calefacto fuerint capite. Nam quod aliis, quum in circo frequenter vertunt, accidit, hoc ipsis citra circuitionem euenire videmus. Atq; vbi quis crebro vertitur, inæqualem, & turbulentum, & inordinatum motũ, tum humorum, tũ spiritus in eo fieri confesso est. Rationi igitur cõsonum est, huiusmodi accidentia, vertigine affectis, itidẽ euenire. Quamobrem nonnulli horum, ab arteriarũ sectione p̃sidium petierunt, arterias pone aures ad tantam scilicet altitudinẽ secantes, vt medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat non omnes huius auxilii beneficio fuisse curatos. Etenim aliæ arteriæ iis maiores, ad cerebrum ex ipsius basi per retiformẽ plexum ascendunt: per quas huiusmodi affectionẽ fieri rationi consentaneum est, elato per ipsas vaporoso, calidoq; spiritu, atque implente cerebrum. Atque fieri etiã põt, vt inæ

qualis cerebri intemperies, huiusmodi spiritum producat. Igitur hanc affectionem ad cerebrum pertinere, ex ipso vertiginosorũ sensu, manifestum est. Oritur vero interdum cerebro, primogenio affectu laborãte, ĩterdũ vero quũ ori vẽtriculi consentit, id quod Archigenes quoq; fatetur, qui libro primo de longarũ affectionũ notitia ita scribit. Porro ea bifariã oritur, aut enim in ipso capite, aut in his partibus quæ circa præcordia sunt. Quin etiam genera eius distinguere aggredit. nã vbi ex primaria cerebri affectione vertigo dependet, aurium sonos, & capitis dolorẽ grauitatemq; pcedere dicit: itẽ olfactus, atque alterius cuiusque sensus inde prodeuntis oblæsionẽ. eos sensus (vt quidem puto) significare volens, qui a capite initium sumunt. Vbi vero ab ore ventriculi oritur, cordis morsionem, nauseamq; præsentiri. Verum, vt iam antea sæpenumero monuimus, licet caput per alterius partis consensum afficitur, affectio tamẽ nihilominus ipsi ascribenda est.

COMMEN. XXI.

DE vertigine impræsentiarum princeps specu lare, instigat, & articulatim pergens, exordio ꝙ nomen affectus, substantiam affectus indicat: & hoc quum exprimit (affectus autem qui scotomaticus, idest vertiginosus, vocatus est, ex ipsa appellatione, qualis sit manifestatur) quia vertigo dicitur a verto, quoniam res apparet verti, & volui, & quomodolibet moueri, vel dicitur vertigo a vertice, quia est ægritudo verticis: ¶ Et animum adhibe, ꝙ hic Galenus innuere videtur, inter scotomiam, & vertiginem nullum vigere discrimen, quũ inquit affectus qui scotomaticus idest vertiginosus vocatus est, ¶ Sed alii doctores & præsertim Rasis primo continen̄. cap. 2. sentit, ꝙ vertigo, & scotomia inter se abhorrent: Nam vertigo est, quādo nō regit se ipsũ, sed cadit, tamē absq; oculorũ caligine: sed scotomia est quũ eorũ obtenebratiōe: igitur quũ hæ ambæ passiōes abhorrētiā inter se obtineāt, cur Galenus, aliiq; eodem sub capite locauerunt, triplex ratio reddit potest, & materialis causæ ratione, quum vtriusq; eadē adiudicatur causa: & loci indicio, quum in capitis prora, geminæ resideant, & concomitantiæ causa, quum

vertiginem ſcotomia vt accidens conſequať, & non contra. ¶ (quippe) ipſius paſsionis veſtigia expdire, aggreditur, a vertigine profecto detenti, parua ex cauſa hebetantur, ideſt ingroſſantur, vt ad rei cognitionem haud pertingere queant, ſecundo interdum cadunt, pcipue ſi incircuitu vertuntur: nam quod aliis ex multis circuituum volutionibus accidit, his ſcilicet vertiginē patiētibus, hebeſcunt, ideſt oculi obſcurātur, ſiue rotam, ſiue aquas, ſiue quodcūq; aliud in gyrum verti conſpexerint, appende ex vno, vel paucis volutionibus accidit. ¶ (id vero) vertiginis externam detergit cauſam. quum enim ſub ſole eorum capita immenſe caleſcūt, vel alia are ingnea, vt ſaccellis calorificis, cæteriſq;, pituitæ copia in capite aucta, in vapores ab eis diſſoluitur, qui ſpiritus animales cerebri in ordinate concitātes, vertiginem ſolicitant: (nam) non modo hæc conſtituitur cauſa, immo alia, vt puta aquam vel molendinum verti ingirum inſpiciēdo, ex quo vertigo gignitur. ¶ (At qui) vertiginis generationis modum docet, quum quidem quis in girum voluitur, humorum, ſpirituūq; motus, in ordinatus, inæqualis, tenebroſuſq; germinat, quæ accidentia ad vertiginem ſpectant. ¶ (quamobrem) per chirurgiam. adminicula abolendi, refert, vbibina

afferit, primo ꝙ nonnulli in vertigine ex arterrarum post aures incisione ꝑsidium habuerunt, tantam ad altitudinem scilicet profunditatem secantes, vt medius locus inter duas extremitates cicatrice induceretur idest ꝙ inter partes separatas tantum interesset spatiũ, vt cicatrix generaretur, quæ partes seiũctas, iungi detineret. ℂ Secũdo (sed) probat ꝙ hoc suffragium, minime omnes hoc laborantes affectu, ad integrũ reuocare sufficit, causam re vera enarrat, quum q̃dam aliæ arteriæ iis maiores, per retiformem plexum idest retinam ad cerebrum saliunt, per quas vapores ignei, spiritusq; delati cerebrum implent, & vertiginem subministrant ℂ (atque) pandit, ꝙ inæqualis cerebri eucrasia, halitosum spiritum procreandi, vim habet, qui vertiginem impellit, quoniam vti ex igne inaquam agente, motus in aqua diuersus agitabilis vt bullitio machinatur, paripassu ex aliqua iniqua intemperie, in spiritu irregularis potest concitari motus, quoniam naturalis eucrasia spiritum secundum vnum commouet modum, & extranea secundum alium. ℂ (igitur) gemina prædicat, & ꝙ huiuscemodi passio ad cerebrũ spectat, necnon ꝙ bifariam pullulari excogitatur, vel per essentiam, aut per consensum a ventriculo, vapores, halitosiq; spiritus ad

cerebrum aſcendere queunt;& ipſam impartiri. ¶ (id quod) Archigenes hac de paſſione explorat votum,nam ſuo in libro de morborum ſcientia intitulato,vertiginem dupliciter frabicari,aut per proprietatem,aut partium occaſione, quæ ſub hypocundriis reſidēt,vt iecur,cor,& reliqua.¶ Secūdo qn̄q; ipſa per eſſentiam, quandoue per conſenſum germinat,diiudicare monet:priorem quippe inauribus ſonitū, dolorem,capitiſq; grauitatem,in odoratu detrimentum,necnon aliis in ſenſibus a cerebro pullutantibus, præcedere Archigenes teſtificatur: ſed vertiginem per colligantiam,vt ventriculi incomodo,cordis titillationem,nauſeam, abhominantionēq; prius ſentire,profitentur. ¶ (verum) theorema claudit,q licet caput alterius per conſenſum obluctatur,nihilhominus capiti obluctatio aſcribenda.

Ex his hæc nobis innoteſcunt exquiſita.

¶ Paſſionis nomen,quandoq; paſſionis eſſentiam illuſtrat.

¶ Scotomaticum affectum, vertiginoſum eſſe, Galenus teſtatur.

¶ Vertigine diſcrutiatos, leuisſima ex cauſa ingroſſari, vt rei agnitionem haud artingere, atq; in terram concidere,prædicat.

¶ Externa nimis calefacientia,ſupra caput con

paginata, quæ in girum voluuntur, inspicere, vertiginem solicitare, iactat.

ℭ Succorum, spirituumq; , inordinatum, inæqualem, obtenebrosumq; motum, de vertiginis essentia esse, sancit.

ℭ Arteriarum post aures secationem, vertiginē quandoq; euertere, profitetur.

ℭ Iniqua cerebri intemperies, vertiginem concitare, assueuit:

ℭ Vertiginem per essentiam, & per consensum, Galenus, Archigenesq;, annotare videntur.

ℭ Accidentium præcessio, afflictionem per essentiam, vel per consensum denunciat.

ℭ Cuilibet sedi affectæ, vel per se, vel per aliud, affectus nomen imponi debet.

De cephalæa & hemicrania.

ATque de ea quoque quæ cephalæa a medicis nominat᷑, nemo dubitauerit, quin, cerebri sit morbus. Est enim (vt breuiter quis dixerit) affectus hic, dolor diuturnus, difficulterq; solubilis, qui a parua occasione vehemētes habet accessiones, vt neque strepitum, neque vocem, neq̄ luminis splendorem̄, neque motum tolerare possit infirmus, sed tranquillitatem̄, obscurumq; cubiculum quærat, idq; ob

doloris

doloris vehementiam quippe nõnulli veluti malleo, se percuti arbitrant̃ alii caput frangi, distendiq; sentiunt. non paucis ad oculorum quoq; radices dolor extẽditur. Quin huiusmodi accessiões, veluti in morbo comitiali intermissiones habent, interceditq; tempus, quo perfecte liberati videntur. Igitur constat quod sicut in cephalalgia, id est capitis dolore: ita in hoc morbo caput facillime afficitur, atque hoc est ipsis commune: verum per cephalæam, affectæ partes, multo redduntur, quam in cephalalgia, debiliores. Cæterum inter capitis dolores, nonnihil discriminis inuenitur: nam sunt nonnulli, quibus caput aptissimum est, vt impleatur, ac vniuersi quoq̃ corporis habitus, ad ipsum implendum, admodum idoneus. Alii insuper omnes capitis partes aptas habent, vt afficiantur. quibus, vbi vitioso victu vtuntur, accidit vt cephalæa arripiantur. Quo minus mirãdum est, si horum aliis, membranæ cerebrũ continentes, dolore afficiantur, aliis pericranium, id est exterior caluariæ membrana. Discrimen autem ab oculorum radicibus sumitur, considerando vtrum veniat

ad eas malum, necne. si quidem consentaneum est, vt quibus intra caluariam dispositio est, iis ad oculorum vsque fundamenta, dolor extendatur, eo quod & a cerebro & ab vtraque membrana, atque a vasis quæ in ipsis continentur, veluti gemina quædam deducuntur. Sed & eorum quibus dimidia capitis pars dolore infestatur (solēt autem vocari hemicranici) alii extra caluariam, alii in capitis inimis partibus dolorē sentiunt. At vero dextram capitis partem a sinistra distinguit sutura per longitudinē ipsius protracta: sub qua intra capitis ossa linea medium cerebrum diuidens protenditur, ad quam etiam peruenit anteriorū duorum ventriculorum septum. Porro ea corpora, suapte natura idonea sunt, vt ipsis caput impleatur, in quibus vaporosus, calidusque spiritus generatur, aut quibus biliosa excrementa cumulantur in ore ventriculi. Atqui spiritus, dolores inducunt tensiuos, qui iccirco sic vocati sunt, quod extensionis sensum inducūt. Biliosa excrementa, dolore mordaci afficiunt. Dolores a plenitudine procedentes, grauitatis sensum afferunt. quibus si rubor accedat atque

calor, calidos: sed sine iis, non calidos humores significant. Sunt quibus caput assidue dolet, vbi vel liberalius vinum ingesserint, vel meracius, idq; magis, si suapte natura calidum fuerit. Præterea calidi odores oēs, vt styracis, aut cypheos, atque in totum odorata omnia, capitis dolorem pariunt, adeo vt nonnulli, ne thuris quidem odorem ferre possint. Neq; vero absurdum est, vt quosdam ob sensus exuperantiam, dolor infestet, quéadmodū in ore stomachi accidit. Sunt enim nonnulli in quibus id tam exacte sentit, vt neq; acre acetum, neque sinapi, neque aliud huiusmodi ferat. Alii vero contra, ipsum pene insensibile habent. quippe videntur aliqui vel ructare vel vomere q̄dam vsque adeo vitiosa qualitate infecta vt nos ne odorem quidem substinere possimus, quum tamen ipsi interea nihil ferre sentiant. Nihil igitur prohibet, quominus in hominum cerebro similes notent differentiæ, vt eosdem odores aliqui impune substineant, perinde ac si omnino ab ipsis distarent, alii eos sine molestia ferre non possint. Igitur quod omnes hu-

iusmodi affectiones ad cerebrum pertineant, iam manifestum esse videtur.

COMMEN: XXII.

DE cephalea, & hemicrania hac in oratione disceptare, profitetur. & complura suo in sermone (vt inspicies) asserit: primo q passio quæ a medicis cephalea fertur, nemo q capitis nō exstet passio, recusabit: quoniam hoc ex nomine, particula affecta detergitur, cephalea enim acephalan grece, quod est caput & læsis quod est læsio idest de læsione, siue capitis dolore, & secundo de medicamentorum compositione, dolorem capitis cephaleam appellat: dixit a medicis, quoniam rasis, ac alii cephaleam prædicant. ¶ (est enim) quid cephalea exstat, eiusq; notas exponere insudat: & inquit q hic affectus idest cephalea vt paucis expediā, est dolor diuturnus difficultet solubilis &c. post id causam dilucidat, cur tam sæua accidentia quum cephalea conuocātur, vt in litera numerantur, & ob doloris vehementiam refert. ¶ (quin) morbum comitialem & inter cephaleam consensum, intimat, vti morbi comitialis accessiones quum intermitētia lacerant, pari passu in cephalea acerbitates copioso temporis spatio non mo-

lestāt, quo decēter decerni possint. ¶ (igitur) inter cephaleam & cephalalgiam, humanitatem, alietatemq; deducit, quum geminæ passiones in hoc vnanimes sint, scilicet caput facillime affici, sed dissentiunt, quum in cephalea capitis partes perturbatæ imbecilliores, quam in cephalalgia fiunt. ¶ (cæterū) cephalicorum abhorrentiam indicat. ¶ Aliqui quidem excogitātur, quibus vt caput, vniuersumq; corpus repleat, facilitatem, aptitudinemq; haud minimā amplectuntur. ¶ Alii cunctas capitis partes ad afficiendum, copiosas habent: & si intēperata victus ratione funguntur, raptim a cephalea corripiūtur: & nec hanc tantum possident absurditatem, immo aliam, quam subdit Galenus, nam in quibusdam membranæ cerebrum cingentes, dolore afficiuntur, alii vero, pericraneum idest pellicula caluarie exterior obluctatur: hoc autem maxime accidit eis, qui caput imbecille retinent, vt ipse etiam Galenus x. methodo medendi attendit, quum orsus fuerit, φ virtus valida omnia contendit, imbecillis vero quibuscunq; contristatur. ¶ (discrimen) quā in membrana si intra craneum connexa, vel quæ extra craneum, passio locatur, ex dolorē diiudicare incitat: perquirere enim opus est, vtrum dolor vsq; ad oculorum radices protra

hatur, an non, quod si primum, cense, ꝙ membrana quæ intra craneum contexitur, cerebrũ cigens, afficitur, cuius causam expedit, quoniam a cerebro, & vtraq; a pellicula scilicet interiori, & a vasis idest venis quæ in ipsis pelliculis coniunguntur, veluti germina quædam deducuntur scilicet ad ipsos oculos. ¶ (sed) de hemicranea sermocinatur, nam hemicranea ab emi grece dicitur, ꝙ latine medium nuncupatur, quasi mediũ occupans cranei seu capitis, autumat profecto, ꝙ dolor qui capitis medietatem cruciat, vt quidam extra craneum, quidam intra craneum, hemicraneus a medicis fertur. ¶ (At vero) abditæ instantiæ, debitum pensitat: quum retulit, ꝙ dolor repperitur, qui capitis medium discruciat, aliquis instare posset, quam capitis medietatem lacerat, soluit, ꝙ sutura per longitudinem extensa, dextram capitis partem a sinistra partitur, sub qua linea protracta, medium secat cerebrum, quare appende, ꝙ quum ipse de medio capitis loquitur, ad assertam medietatem vt dextram, vel sinistram referri debet.

¶ (Porro) pandit, quæ corpora aptitudinẽ possident, vt eorum caput futiliter repleatur: premit, in quibus vaporosus, calidusq; spiritus gignitur aut quibus in ventriculi ore biliosa superfluacua exundant. ¶ (at qui) ex dolo-

rum absurditate, causarum absurditates dignoscere hortatur: quoniam si dolor extensiuus fuerit, spiritum halitosum esse in causa testatur, si mordicatiuus, pungitiuusq; succos biliosos: si grauatiuus, multitudinem, verum si rubore, caloreq; associatur, calidam redundantiam, si ab his enudatus, potius gelidam exundantiam. ℂ (sunt) varias hominum naturas enarrat: quidam reuera caput ita debile habent, vt eius defectionis impulsu, quum vinum affluentius ingesserint idest biberint, vel meratius idest vinum non mixtum seu limphatum, & magis si suapte natura scilicet naturaliter sit calidissimum, quotidie caput dolet: quum tale vigilias excitat, vt supra libro secundo cap. 9. annotauit, & ibi historiam explorauit, vnius, qui copiosam ob potionem vini consimilem, toto suæ decursu ætatis, vigiliis insudauit, & tandem expirauit: sed si tale haud affuerit, minime capiti aduersabitur: vt ipsemet in libro de dissolutione continua cap. 13. de vino aquoso olfecit: vinum omne paucam sustinens aquam, non facit dolere caput: immo quandoq; sedat, & est capiti melius, quam aqua: & nec dumtaxat ex vini vaporibus aliquorum caput dolentia vendicatur: immo ex cunctis odorem subministrantibus, vt thuris, storacis, & aliorum quorum causa,

sensus capitis prouidentiæ tribuenda, vt de ventriculi acuta sensibilitate probat: quoniã quibusdam inhominibus os ventriculi adeo exstat acutissimi sensus, vt acetum, vel sinapim minime substineant, quidam vero ventriculum quasi non sentientem, amplectuntur: vt quædam ita pessime qualitatis vomant, & ructant. vt nullus circumuicinorum perpeti possit: & tamen ab eis nec sentitur consimiles absurditates de cerebro testificari queunt: quidam enim odorem sustinent: aliqui vero non: quidam porro lætitia afficiuntur, & quidam nequaquam.

Ex his hæc vulgantur theoremata.

¶ Capitis dolor, qui oculorum radices pulsat, membranam intra craneum afflictam esse, indicat.

¶ Hemicraneã capitis mediũ obturbare, sancit.

¶ Accidentium, accessionumq; magnitudinem in cephalea, ex doloris ardentia, germinari, censet.

¶ Corpora in quibus vapores, spiritusq; ignei procreãtur, aut in quibus biliosa resecata, ore in ventriculi augentur, capitis repletionem concitare, idonea, suspicatur.

¶ Dolores ex causarum dissonantia, distinctionem consectari, cõiicit.

¶ Nimia sensus acuitas, in cerebro congesta, va

pores tolerare, reluctatur.

¶ Varias esse naturarũ proprietates, ꝓmulgat.

De apoplexia, neruorum resolutione, & cõuulsione.

AT vero neruorum resolutio, & per vniuersum corpus eorum conuulsio, in quo genere neruorum etiã rigor (Græci tetanon vocant) continetur, sensu, vt ꝑdictæ affectiones, cognosci non possunt, sed ratione quæ nos doceat est opus. Itaq̃ si aliquando per totum corpus, neruorũ actio vitiosa redditur, ipsorum principiũ affectum esse constat. id vero ex sola anatomice dignosci potest. Quum igitur omnes pariter nerui, tum sentiendi, tum mouendi vim amiserint, apoplexia huiusmodi affectio appellatur. Vbi vero alteri laterum, aut dextro aut sinistro, id accidit, resolutio nominatur, eius scilicet partis, in qua cõsistit affectus, interdum dextræ, interdum sinistræ. Quod si in aliquo mẽbrorum idem euenerit, eiusdem membri resolutio esse dicetur. Nam & tota manus & totum crus interdum resoluitur, atque solus in crure pes, & quæ sub genu sunt.

Sic etiam de tota manu similiter propor-tione dicendum est. Cæterum ex anato-mice didicimus, quod omnes animantis partes sub ceruice positæ, quæ a consilio & volũtatis imperio moueri possunt, ner-uos habent qui eas moueant, proceden-tes ex spinali vocata medulla. Atqui sæ-penumero audistis, eam spinalem vocari medullam, addita scilicet medullæ appel-latione, interdũ vero sine additione sim-pliciter spinam nuncupari. Vidistis etiã in corporis dissectione, neruos qui tho-racem mouent ex ea spinæ parte, quæ in ceruice est, ortum deducere: ipsa vero ex transuerso incisa, si tota fuerit dissecta, omnes quæ sub ipsa sunt corporis partes sensu motuq; priuari, vtpote suscipiente spina a cerebro, vim tum sentiendi, tum mouendi pro arbitrio. Præterea in anato-mice vidistis, vbi per transuersas spinæ in-cisiones ad medium vsque secundum lõ-gitudinem secaretur, non omnes suppo-sitas corporis partes, sed eas duntaxat, q̃ e regiõe sectionis erant, resolutas. dextras quidem dextra spinæ parte dissecta: sini-stras vero, vbi reliqua pars esset incisa. Ita-

que manifeſtum eſt, quod circa primum ſpinæ proceſſum, facta aliqua diſpoſitione, per quam cerebri facultas, quominus ad ipſam perueniat, prohibetur: omnia inferiora membra, dempta facie, ſenſu motuq; priuabũtur. vbi vero media eius proceſſus pars fuerit affecta, non omnes inferiores partes reſoluentur, ſed vel ſiniſtræ duntaxat, vel dextræ. Videntur autẽ huiuſmodi reſolutionum aliquæ faciem quoque infeſtare, ſed tum reſolutum latus ad alteram faciei partẽ trahitur. Quũq; ex anatomice didiceritis, neruos qui per faciei partes ſparſi ſunt, a cerebro demitti, ſi earum aliqua, ſimul cum toto corpore reſoluta eſt, haudquaquam vos latere debet, reſolutionis diſpoſitionem in ipſo cerebro conſiſtere: vbi vero illæſæ permanſerint, ſpinæ initium affici ſciendum eſt. Accidit vero nonnullis, vt faciei partes duntaxat afficiantur, quemadmodum & reliquarum quoque partium interdũ aliquæ, vt lingua, oculus, mandibula, labrum. Etenim non omnibus, ab vno loco principium influit, vtpote quæ ex diuerſis cerebri partibus neruos ſuſcipiũt:

id quod in anatomice haud obscure cõspicitur.

COMMEN. XXIII.

DE tribus vt apoplexia, paralysi & conuulsione præsenti in textu scrutationem agitat princeps: vbi plura detergit. ¶ Et q̄ neruorum resolutio seu mollificatio vt a senioribus fertur, & vniuersalis cõuulsio, in quo genere rigor, & tetanon locantur, minime sensu, sed ratione diiudicantur: ¶ (itaque) q̄ si neruorum actio vniuersum per corpus sit affecta, principium neruorum esse affectum, coniiciendum: hoc autem non nisi ex dissectione dignosci potest. ¶ (quum) de motus, sensusq; priuatione distinguit: quia aut est vniuersalis, scilicet cunctis in neruis corporis, & talis passio apoplexia ascribenda videtur, aut est particularis idest sede in particulari, vt dextro in latere, vel sinistro, pede vel manu constringitur, & sic paralitica intitulanda. ¶ (cæterum) tria probat, & q̄ animantis partes quæ sub ceruice idest in collo compaginatæ sunt, inferius motum habentes voluntarium, per neruos mouentur, qui spinali ex medulla prodeunt: secundo q̄ spinalis medulla, vel cum additione, aut siue additione, spina dicenda:

Tertio neruos thoracem mouentes, ex nuca germinare, refert: ℭ (ipsa) de nucæ incisio ne determinat, & hoc bifariam, primo per trã suersum, & sic aut secundum eius totam substantiam, & tunc omnes corporis partes, quæ ab ipsa motum, & sensum inescant: oportet vt insensibiles, & immobiles fiant: & hoc quũ ipsa dorsalis ex cerebro, motus, sensusq; virtutem alliciat: Aut incisio nucæ est ad mediũ secundum longitudinem, ita q̄ incisio transuersalis se extendit dumtaxat ad medium: & tunc nec omnes inferne partes patiuntur: sed solum illę mollificantur, quæ ex dextra parte incisa, & quæ ex sinistra sinistræ, ℭ (itaquæ) de iniqua nucæ dispositione loquitur, quoniã ipsa, aut secundum totam eius substantiam perturbatur: cuius perturbationis impulsu detinetur, vt minime a cerebro assuetam sensitiuam, motiuamq; virtutem lactare possit: & ea tempestate cunctæ inferiores sedes dempta facie, a sensu, motuq; exterminantur: ita q̄ insensibiles, immobilesq; apparebunt. ℭ aut nuca aliquam secundum eius partem aduersatur, & tunc resolutio haud omnes infernas partes obumbrabit, sed vel sinistras, aut dextras tantum: & subdit q̄ hæc paralasis particularis scilicet in dextra, vel sinistra solum, quãdoq; faciei oppugnat, ita vt latus resolutum;

alteram ad partem idest in violatam facile trahatur, vel conflectatur ¶ (quunq;) hic tectæ instantiæ debitum reddit: quum promulgatum sit, q dextræ, vel sinistræ partis parasasis ex nucæ detrimento, faciei etiam quando in comodum impartitur: ex his aliquis hortari posset, q etiam faciei nerui a nuca innascuntur: si verum est, quod explicatum fuit: vt in nuca dispendio vigente, vna corporis pars compatitur, & quum hoc & facies: iccirco hāc princeps dilucidat: asserens q nerui qui per faciei partes distribuuntur, vt in dissectione didicit, a cerebro germināt: & ex hoc sub infert, q si aliqua faciei pars, vna cum vniuerso corpore fuerit resoluta, iacturam in cerebri essentia esse, profitendum, si faciei partes incolumes retinentur, tunc spinæ principium perturbatum esse, sentire oportet: Præterea promit q quandoq; aliqui in faciei partibus tantum resolutionem patiuntur, puta in vna sede faciei, vt in oculis, vel lingua, aut labiis: & huius causam patefacit, quum sensitiua, motiuaq; virtus nec vno a loco ad faciei neruos defluit, sed complures faciei nerui ex variis cerebri partibus virtutem elidunt: vt in dissectione lucidissime sedet animo.

Ex his hæc incitantur memorabilia.

¶ Resolutionem, tetanumq; rationali via dun-

tax, dignosci, autumat.

¶ Actio neruorum vniuersalis obluctata, neruorum initiū obluctatū esse, indicat.

¶ Communis sensitiuæ, motiuæq; facultatis orbatio, apoplexiam, particularis paralysim portendit.

¶ Sedes ab imperio voluntatis cōcitatas, sub collo inferius residentes, per neruos a nuca innatos, moueri, testatur.

¶ Neruos thoracem mouentes, a spina pullulari orsus est.

¶ Nucæ dissectio si secundum seipsam totam seiuncta fuerit, cunctorum locorum ab ipsa motum sensumq; inescātiū, inmobilitatē, ac insensibilitatē, si vero sm̄ partem tantum, tunc solum vnius lateris emergi, ponit.

¶ Si tota nucæ substantia sit affecta, hinc omnium infernarum partium, facile dempta, sensus motusq; relegatio, si vero medietas, medietatis tantum, producitur.

¶ Particularis paralasis, faciei incommodū quādoq; erogat.

¶ Faciei neruos a cerebro gigni, enarrat.

¶ Vniuersalis paralysis quum facie connexa, in cerebri substantia noxam esse, ea vero integra permanente, in initio spinæ, denunciat.

¶ Neruos faciei variis ex capitis locis pullularis iactat:

IGITVR apoplexia omnibus animalib⁹ actionibus noxam inferens, cerebrum affectum esse manifeste declarat. Discernit autem affectionis magnitudo ex noxæ, quam spirationi infert, vehementia: quũ enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam: quum vero paulum impedimenti est, paruam in cerebro noxam esse coniicere oportet. Sane omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Quippe mori cõtingit apoplecticos, ob id quod spirare non possunt, vt homo q corporis partes mouere nequit, ad vitæ functionis, censetur inutilis, quãuis huic subitæ mortis periculum haudquaquam immineat. Itaque vidimus quendam, qui reliquis partibus omnibus resolutis, nullam, quæ ad faciei partes pertineret, actionẽ amisit, seruata etiam spiratione, quomodo enim viuere diutius potuisset, ipsa deperdita? In quo affici putauimus illam spinæ partem, quæ paulo inferior est processu neruorum ad septum transuersum tendentium. quinetiam & vrinam, & alui sedimina ipsum præter volũtatis im-

perium

218

perium emisisse manifestum est. Insuper vidimus alium, cui propter casum omnes inferiores partes, demptis manibus resolutæ essent. Igitur quemadmodū vbi vniuersæ corporis partes, quæ sub facie constitutæ sunt, resoluūtur, faciei partibus illæsis, affectionem in spinæ initio esse certum est: ad eundem modum, si toti corpori conuulsio acciderit, faciei partibus omnino seruatis, eundem spinæ locū affectū esse declarat. Quod si hæ quoque afficiantur, cerebro noxam iam illatam esse ostenditur. Vbi vero pars aliqua conuulsa est, neruum, qui eius motioni deputatus est, aut musculum affici necesse est. Igitur si ex anatomice, neruorū ad singulas partes venientium, principia didiceris, per quam facile earum & sensum, & motum deperditum curabis. Verū hæc indeterminata relicta sunt & Herophilo & Eudemo, qui primi post Hippocratē neruorum anatomicen accurate scribentes, non mediocrem medicis dubitādi occasionem, præbuerunt. Quo pacto per neruorum resolutionem interdū sensus duntaxat, interdum motus, nonnun-

Herophilus et Eudemus post Hip. anatomic neruorum op[er]a nauarunt.

quã ambo simul pereant. Itaque neruorũ resolutio potissimũ dicitur, vbi motus de perditus est. Vbi vero partiũ aliquarũ sensus perit, eã partẽ sensus expertẽ, esse resolutã vero nõ adeo dicere consueuimus. (qq̃ sunt nõnulli, qui hanc affectionẽ, sensus resolutionẽ vocitant). Nos vero semp iubemus, vt cuiq; nominibus pro arbitrio vti liceat, etenim hoc nobis esto propositum, vt affectam scilicet sedem, simulq; dispositionẽ eius inueniamus. Nisi enim hæc accurate cognouerim⁹, nequaq̃ eas partes, quibus vel sensus, vel motus vitiatus est, recte curabimus. Sane Pausanias Syrus sophista, quũ Romã aliquando venisset, secundũ duos minores sinistræ manus digitos, atq; medii partem dimidiam sensum in primis quidẽ difficilẽ habebat postea male curantib⁹ medicis, sensum oĩno amisit. Quibus equidẽ cognitis omnia q̃ p̃cesserũt inuestigaui, atq; ipsũ quũ p viã duceret, vehiculo excidisse, atq; in dorsi initio læsum, mox partẽ læsam breui q̃dẽ curatã, sed auctũ in digitis sensus vitiũ, audiui. Igitur remedia q̃ illi digitis adaptauerant, læsæ parti adhibere iussi,

atq̃ sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Etenim id quod in primis scire oportet, quod videlicet nerui per vniuersæ manus cutē dispersi, quibus sentiēdi ad ipsam facultas defertur, ꝓprias quasdā habeant radices, quodq; neruorū musculos mouentiū sunt aliæ, medici ignorant. Verū latius, q̃ proposueramus, iā nr̄a expatiata est oratio, ꝓinde q̄escere eā decet, quippe nr̄a intentio erat, vt hoc cōmentario oēs affectiones, q̄ caput, maxime vero cerebrū, infestare cōsueuerunt, inuenirem⁹. At quia ab ipso nerui originē ducunt, ꝑ cōsequentiā, ad neruorū vsq; affectiones sermo ꝑuenit cui ēt finē imponēdo, passiones q̄ reliquis capitis ꝑtibus accidere solēt, scribere aggrediamur, si prius hoc tantillū superioribus addiderimus.

COMMEN. XXIIII.

POST quā de paralisi, apoplexia, conuulsione præassumpta in litera orsus est Galenus, verū haud ꝑfecte, succedenter earū ꝑfectionē purgare insudat: & cōplura illustrat. ¶ Primo apoplexia qualē sedē esse refragatā testatur inquit.n. q; quū apoplexia oībus cerebri actionibus detrimentū gratificet: eū esse ꝑturbatū,

denunciat. ¶ (discernit) quorsum apoplexiæ naufragiũ agnosci datur, ex spiritus seu spirationis dispendio monet, quũ quidẽ anhelitus nimis sua a naturali dispositione recedit, eximiũ in cerebro incõmodũ esse, testimonium reddit, si parum, modicũ porro nã sicut prima inmẽsam iudicat causam, pari filo secũda defectã. ¶ (sane) pessimã scribit spiratione, quoniã inter cunctas anhelitus species, illa q̃ has amplectit conditiones, pessima statuenda, puta q͏̃ sit quũ intermictẽtia, & quiete: secunda q͏̃ quũ angustia, & duritia trahitur.
¶ Quorũ cã taliter annotari põt, quia pectus mouet p musculos in hanelitus liberatione, ideo deficiente ex toto influxu cerebri, & vehemẽter musculorũ calore debilitato, motu priuãtur, & hoc pacto ex toto priuat anhelitu, & quũ adhuc aliquid virtutis in musculis animalis detinet, mouent saltẽ naturaliter ad pectus dilatãdũ, sed mutato impedimẽto, modico existente, mouẽtur & in ordinate, nimino ri vero existẽte ordinate mouẽtur. ¶ quippe) exponit, q͏̃ apopletici ob id moriunt, quũ spirare nequeũt, quare quũ ob anhelitus priuationẽ, partes corporis moueri nequeunt, eius actio ad vite vsum frustra, inanisq; censetur: quãuis in opinatã pnitiẽ haud impellere possit, post id p exẽpla lineat, q͏̃ nõ mõ apopleti

cus anhelitus spoliatione, expirat, immo qui vniuersali detinet resolutione, quũ anhelitus priuatione haud viuere diutius, tribuit: vbi locũ affectũ esse nucã, in quo nerui exstãt, ex vrinæ, egestionisq; inuoluntaria explicatione enodauit: & hoc liniamẽto nec reiectus, aliũ narrat, de quodã qui ꝓpter casum, in omniũ inferiorũ mẽbrorũ paralisim pter manus incidit, & hoc ex noxa in nuca cõgesta. ¶ (igit) quomodo paralisis, cõuulsio varias corporis sedes afflictas esse, indicat: accẽdit, qm̃ si omnes corporis sedes faciẽ ẽt copulando, præassertas patiuntur passiones, tunc cerebrũ esse oblaniatũ p̃sagiũt, aut facies sub naturali cõfirmat sospite, & eo tẽpore spinæ principiũ esse affectũ, decernũt, aut corporis pars a cõuulsione lacerat: & tũc neruũ, aut musculum ad partẽ dirigẽtẽ vexatũ esse, cõnciẽdũ. ¶ (igit) q̃ p anothomiã neruorũ principia, ad singula corporis mẽbra ꝓtrahẽtia, haud ingnorauerint, faciliter sensũ, aut motũ aliqua in sede extinctũ, reuocare queũt. ¶ (Verũ) herophilũ, eudemũq; bifariam criminat, qm̃ ii q post Hippocratẽ primi inneruorũ anothomiã exarãtes fuere, multa in decisa de enũciatis dimiserũt, & nec leuẽ medicis dubitãdi, subministrauerũt cãm: puta qualiter p neruorũ resolutionẽ quãdoq; sensus tm̃ succũbit: interdũ

motꝰ, aliqñ gemina simul finē faciũt. (itaq́;) ꝓbat, q̃ neruorũ resolutio vera, & quæ in ꝓpria vbi. n. motus est nudatio, illa p̃cipue reso lutio nũcupãda, vbi qdē sensus extinguit, ille locus sensus expers, & haud resolutio ꝓmulgãda, quãuis aliq sensus resolutionē sentiēt: q̃re quoddã cõmitit theorema, vt qlibet nominibꝰ fungat, vt suus fert animus. (etenim) normã in curatione attēdēdã, promit vt quicũq; ptes sensu, aut motu aduersata s ꝓbe abolere exquirit: hæc & sedē oppugnatã, eiusq; oppugnationē p̃currere, opus est, nisi hæc qp pe dignoscãt, curatio iniqua suspicat: sed ꝙ hu iuscemodi euidētia medico sit oportuna, filo exēplificat, de pausania syro sophista, quum Romã cursũ direxisset, de iumēta cecidit: vnde auricularis, mediusq; digitus, & mediũ me dii dure sentiebãt, postea medicis inepte curãtibus: sensum ꝓrsus amisit, quare ex indagatis ad lumē accessit, ꝙ pars inimicata principaliter, nucæ initiũ extitisset: vnde a digitis admi nicula deplicari, & circa nucã adhiberi, imperauit, & sic æger ad pristinũ fuit reintegratus & hoc ex loci affecti dilucidatione. (etenim) aliã asserit regulã, qa id primo intus noscere oportet, ꝙ nerui sparsi, ac p manus diuisi, eis sensum suggerētes, radicē peculiarē variam a neruorũ radice lacertos cõmouētiũ, habēt,

quod medicos fugit. ¶ (verũ) tria innuit, & ꝙ sua hoc in tertio libro disputatio, vltra id q̃d ꝓposuerat, expatiata fuit: secundo ꝙ sua in hoc libro fuit mens, capiti passiones obuiantes, annotare. tertio causam, cur suus sermo ad neruorũ refragationes ꝓtractus fuit: enarrat: quoniã intentio sua existerat, cerebri affectiones tractare, sed nerui a cerebro innascũtur: igitur &c. ¶ Postremo finẽ libro imponit & quũ hoc de exponẽdis, mẽtẽ suã innotescit

Ex his hæc dilucidantur promulgata.

¶ Quantũ anhelitus secũdũ magis & minus sua a naturali directione abhorret. tanto maiorẽ aut minorẽ iacturã in cerebro esse cõcitur.

¶ Spirationem intermittentẽ, nimioq; quũ labore lactatam, pessimã esse ponit:

¶ Apopleticos exspirationis priuatione, necem consequi, testatur.

¶ Vniuersaliter resolutus, sine spiratione, vitã degere, haud sufficit.

¶ Vti vniuersalis neruorũ passio, facie sub sua tẽperie exñte, nucã affici, sic ẽt facie in afflictionib⁹ associata, cerebrũ affectũ esse, denũciat:

¶ Particularis neruosæ sedis passio, neruũ, aut eius musculũ obluctari, ꝑsagit.

¶ Motus expiratio, verã portendit resolutionẽ.

¶ Queq̃ noia appellare, vt ei patiẽ aĩus, tribuit.

¶ Loci refragati, refragationisq; præ cogni-

tionē, curationi oportunā esse, ꝑdicat:
In neruorū passiōib⁹ ꝑsidia circa spinæ initiū, & haud ptē circa resolutā, adiicīēda eē, monet.

De olfatu.

VBi olfaciēdi vis lædit, nō eorū meatuū q̄ in naribus cōspiciūtur, sed vel anteriorū cerebri vētriculorū, quū intēperantia quadā afficiunt, noxa ē, aut eorū meatuū, qui in iis ossibus sunt, qui ethmoide id est cola, græcis dicūt, si aliquādo obturātur: si quidē odoratorū sensus, in prioribus cerebri sinib⁹ pficit, elatis ad ipsos per coli foramina vaporibus, quēadmodum in eo libro, quem de olfactus sensorio cōscripsimus, iam declaratum est.

COMMEN. XXV.

DE olfatus pturbatione his paucis in verbis sermonē agitat, vbi vnū principaliter detegit. s. q̄ olfatus facultas nō ad nares: sed ad anteriores cerebri vētriculos re'vera spectat: q̄d ex olfatus detrimēto illustrat, vt in lr̄a psuasum hr̄.

FINIS.

TERTII LIBRI.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA, LIBER QVARTVS.

CVM EXPOSITIONE IOANNIS FRANCISCI DVRATII MEDICI NEAPOLITANI.

PROOEMIVM.



VA uia & ratione affectas ſedes ſcrutari conueniat, duobus primis libris, certis quarũdã partium exẽplis, ſatis explicauimus. Quoniam vero vt iam diximus, atque in aliis libris demonſtrauimus, circa res particulares exercitari oportet eum, qui ſingula artis opera, quæ vniuerſali via & ratione didicit, tuto & celeriter perficere voluerit, operæ precium me facturum mihi videre videor, ſi rationales quaſdã notiones omnium corporis particularum, q̃ ſenſum effugiunt, quum quomodolibet afficiuntur, perſcripſero, ſumpto a capi-

te initio. Igitur de memoria, & cogitatione vitiata, atque reliquis animæ functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius cōmentationis libro tertio iam diximus, simul in non paucis affectuum generibus, via & ratione inducto exercitationis modo. Nam & de phreniticorum insania, & de ea quæ citra febrē accidit, quam maniam nominant, præterea de lethargo, sopore, morbo comitiali melancholia, vertigine, cephalæa, hemicrania, apoplexia, & similibus, ibi iam dictum est.

COMMEN: I.

PRAESENS liber quartus, binas in partes secatur, scilicet in procœmium, & tractatum, tractatus ibi (at in) auspicatur, procœmium hæc litera quam præmanibus habemus, statuitur: vbi non vnum asserit. ¶ Primo quæ geminis prioribus in libris agitata fuere, repetit animo, & hoc haud rationem renunciās, quū cōmētatione in aforistica, libro quarto com. xxii. orsus fuit, ea quæ maxime arti conducunt, sæpe tractare sit melius: quoniam rationem, methodumq; vniuersalem, locos intus

noſcendi affectos, anterioribus in libis enodauit. ¶ Secundo (quoniam) & theorema, ſuam hoc in tractatu intentionem eſſe rationalem, intimat, & hoc quum ſentit, qui ſingulas artis operationes, vniuerſali methodo didicit, & qui probe perficere voluerit: circa res particulares exercitari, neceſſe eſt: quoniã neq; enim poſſibile eſt, niſi exercitemur multiformiter in particularibus, agere quæ oportet in laborantibus, neq; ipſam exercitationem competenter fieri contigit, ſine vniuerſalium cognitione, vt ipſe. ix. methodo medẽdi olfecit. ¶ Tertio (operæpretium) ſuã animi vim exponit, quia ei operæpretium videt, ſi omnium corporis partiũ, particulares agnitiones, quæ latent, diſputauerit, a capite incipiens. ¶ Poſtremo (igitur) quæ in tertio ab eo promulgata, reiterare elucet: quæ euidentiæ impulſu, ſub ſilentio tranſeo.

Ex his hæc decerpo memoratu digna.

¶ Medicus ſi tute, feſtinanter, ordinateq; operare cupit, his geminis viis & methodo in vniuerſalibus, & circa particularia exercitatione eum fungi, hortatur.

¶ Inſaniam bifariam & quum febre vt phrenitidem, & citra febrem, vt maniam, melancholiam profitetur.

De affectis partibus in oculorum morbis:

AT in præsenti libro, qui huius commẽtarii quartus est, de faciei partibus, quæ intrinsecus afficiuntur, sermonem faciemus, ab oculis incipiendo. Nam modo ipsorum sensus, modo motus, ac nonnũquam tam sensus, quam motus resoluitur idq; interdum in altero, interdũ in vtroq; accidit oculo. Nonnunquam solius palpebræ, nonnunq̃ etiam eius partis, quam proprie oculum vocamus, vel sensus, vel motus læditur. Quum enim nullo in oculis malo apparente, cernendi sensus deperditus est, demissus a cerebro neruus, causam, vt vel inflammationem, vel duritiem, in se continet, aut ex humorum defluxu, aut aliter quomodolibet foramen ipsius obturatur. Atq; huiuscemodi affectus, oculo, vt instrumentali parti, accidere necesse est. qui vero ei, vt similari, adueniunt, octo intemperantiæ generibus continẽtur. Præterea aliud quoq; ipsorũ vitium est, quum vel nihil omnino, vel exiguum ad modum visifici spiritus, a principio quod in cerebro cõsistere putandum est, ad eos descendit. Si vero vter

uis oculorum, motum duntaxat amiserit, secundæ copulæ neruum, qui a cerebro oritur, molestari necesse est, ab aliquo videlicet eorum affectuum, quos alteri neruo qui a prima coniugatione nascitur, nuper accidere diximus. Quoniam vero vt ex anatomice didicimus, musculi oculum mouentes, senario numero constant ac præter eos alii quoque sunt, qui descendentis in ipsum meatus radicem amplectuntur (quippe dissectores ita nominare consueuerunt primæ coniugationis neruum, eo quod soli manifestum sit foramē) accidit interim, quanuis ipse haud quaq̃ afficiatur, vt musculorum aliquis, aut in propria essentia, aut in neruo ad ipsum descendente, ab aliquo nuper dictorum affectuum infestetur. si quidē singulis horum musculorum, pars quædam nerui a secunda coniugatione orti transmittitur, haud secus q̃ iis quoque musculis, qui meatum ipsum conprehendunt, siue ii duo, siue tres siue vnus duntaxat, dicendus sit. id enim in præsentia non refert, modo nouerimus horum musculorū munus esse, vt & retrahant oculum & fir-

ment, ne mollis ille neruus, quem & visificum, & meatum nominant, vllo pacto in processu diuertatur. Quum itaq; sex inueniantur oculum mouentes musculi, si is quidem qui ipsum retrahere solet, afficiatur, totus oculus delapsus videbitur. si vero is qui ipsum detrahere potest, affectus est, oculus retractus apparebit. Ita ẽt si minoris anguli musculus vitiatur, ad maiorem: si vero hic læsus est, ad illũ oculus deflectitur. At si voluentium musculorum quispiam resoluitur, obliqua erit totius oculi conuersio. Cæterum quũ alii præterea sint musculi mollem neruum illum circundantes, scire licet, ipsis resolutis totum oculum procidere, atque a sua sede moueri. Atq; plerique eorum qui sic affecti sunt, sensim quidem intento molli neruo, sed nequaq̃ affecto, citra noxam cernere possunt, qui vbi quoquo modo afficitur, visum efficit obscuriorem. vbi vero adhuc magis malũ ingrauescit, constat eos qui sic afficiuntur, nihil omnino cernere posse. Porro quum oculi a sua sede remouentur, si ad alterutrum angulũ fiat conuersio, innocua permanebit cer-

nendi facultas. si vero aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum quoque vertantur, quicquid ipsis obieceris, id omne duplum esse videbitur.

COMMEN. II.

HIC summus experimentator Galenus tractatum exorditur: vbi a probo non dissentiens processu, post de cerebri, neruorumq; passionibus determinationem: consequenter de ortorum a cerebro, vt organorũ quatuor sensuum exteriorum, ac partium adiacentium, scilicet oculorum, narium, aurium, linguæ, dentium, afflictionibus meditari, aggreditur. ¶ Et primo ab oculorum passionibus geminis de caussis auspicatur. & ipsorum oculorum vicinitatis ad cerebrum, & nobilitatis causa, quum virtutis nobilioris sensitiuæ exterioris organa exstant: sicut est visiua, vt primo de sensu & sensato annotatur: & bina asserit, vt ea de qbus hoc in libro percunctari elaborat, & hoc quum refert (at in præsenti libro). ¶ Secundo (ab oculis) suum exequitur propositum, puta de oculorum sensus, motusq; detrimento, tripliciter sermocinatur, aut ex oculorũ parte duntaxat, quia sensus, vel motus, aut motus & sensus ab vno, aut a geminis oculis

relegantur. ¶ Secundo ex palpebrarum vitio ¶ Tertio ex obticorum erratu neruorum, ex harum trium partium crimine, virtus visiua oppugnationem compati assueuit. ¶ Vlterius pro eximiori asserendorum euidentia, attendere opus est, quod actio oculorum aduersata, triplex excogitatur, videlicet ablata, diminuta, & conrupta: quare de priuata prius, & post id de diminuta contendit: refert quod quando oculi nihil noxæ habere testant, tunc reluctatio nẽ neruo ex cerebro pullulãte, innasci: pdica: & hoc ex officialium parte quatuor de causis, aut propter calidum apostema, aut duritiem in eo congestam, vel propter succos ad ipsum defluentes, vti ad alias corporis sedes, aut qa nerui via obstructa existit. ¶ Sed ex similariũ parte octo modis, sicuti & octo iniquarum cõplexionum genera scribuntur. ¶ (præterea) visionis incommodum ex parte visiui spiritus enarrat: quũ enim ad oculos vel nihil, aut modicum de visiua facultate distribuitur, eo tempore visus priuatio, aut diminutio germinat: & sic visiua virtus ex bis geminorũ maleficio detineri potest, aut oculi, aut palpebræ, vel obtici nerui, vel visiuæ facultatis. ¶ (si) de motus oculorum læsione colloquium agitat: quum ipsi in motu reluctantur, tunc neruum secundæ copulæ idest qui a secundo pari ner-

norum cerebri gignitur, ab aliquo afficitur morborum vt apostemate, vel duritie, aliisq; vti de primo probatum est neruo, quoniã oculi visiuam vim a cerebro per primum neruorũ par lactant, motum vero per secundum, vt in libro de dissectiõe latius indicatũ fuit. ¶ (quoniam vero) musculos oculos mouentes enumerat quia sex esse, ex anothomicis didicit. ¶ (ac pter) de lacertis meatum oculorũ circundantibus, neruoq; obtico loquitur, principaliter q pter musculos motiuos pmulgatos, alii vigent, qui radicem foraminis nerui in ipsum scilicet oculum descendentis, amplectuntur: quem anothomici neruum primæ cõiugationis idest primi paris dicunt, & talis est neruus qui obticus fertur: secundo q inter neruos iste solus foramẽ possidet: tertio quãdoq; vsu contigit, vt hic neruus obticus sospes reperiatur, ita q ab omni sit relegatus iactura: sed vnus ex eius lacertis, aut in sui essentia aut in neruo ad ipsum penetrante, afficitur: quæ affectio ab aliqua supra assertarum causarũ impelli potest: huius (siquidem) exponit causam: quia ad vnum quẽq; horum lacertorum neruus distribuitur, a secunda coniugatione idest a secundo pari destinatus: sicut ad illos pergunt musculos, qui meatum comphẽdũt: siue. n. hi duo, vel tres sint, parum refert.

¶ (modo) ipsorum lacertorum vicem pãdit; quæ extat, vt oculos retrahant scilicet suspensos teneant ac firment, vt ne mollis ille neruus qui & visificus idest per quem visiuus spiritus transit, & meatus videlicet concauus nũcupatur, vt obticus neruus nullo modo deflectatur, quia si sua a naturali deplicaretur dispositione, visus detrimentum haud denegaret. ¶ (cum itaq;) musculorum oculos cõmouentium perturbationes, expedit: quoniam sicuti sex oculorum motiui musculi inscribuntur: paripassu & sex passiones premit. ¶ Primo si musculus q ipsum retrahere solet idest suspensum oculum superius retinet, infirmatur, totus oculus delapsus, videlicet inferius lapsus videbitur: secundo si is puta musculus qui ipsum detrahere idest inferius regit oculũ compatiatur, oculus retractus, seu clarius, superius verti apparebit. tertio si lacerti quibus oculi versus paruum angulum mouentur, oblu ctantur, tunc ad maiorem angulum declinant & contra. ¶ (at si) explicat, ꝙ si aliquis musculorum circulariter oculos mouentium resoluitur, seu mollitiem compatitur, tunc oculorum motus erit obliquus. ¶ (cæterũ) innuit ꝙ ꝑter supradictos alii excogitantur musculi, qui oculos circundantes, eos stabiles detinent: qui si eorum neruum mollẽ, idest sen

su, motuq; priuatum obtinent: tunc musculi ipsi resoluuntur: & oculi foras explicantur, & ab eorum repelluntur sede. ¶ (atq;) de supra diffusorum musculorum mollitie secundum magis, & minus distinguit, aut enim iocunda ipsorum erit mollificatio, & tunc neruo nequaq̃ oppugnato: visui minime reluctationẽ erogabit: aut est mediocris: & sic visus imperfectionem vendicabit: ita q̃ caliginose cospiciet, aut est fortis, & ita visiua actio prorsus eruitur. ¶ (Porro) de oculorum a proprio an gulo mutatione incomodum detegit: nã quũ oculorum molitur contortio, & hoc quum in natum refugiunt locum: tunc visus actio haud refragat, sed si sursum, aut deorsum, aut tortuose moueantur: tunc vnum duplex esse vide bitur. ¶ Cuius ratio ex Aristotelis promptis in. xiii. particula probleumatum, problema xi. annotari põt: q̃a motus visionis ab vtrisq; oculis concitatus, haud in eundem contermi natur punctum: sed in varios, propter organi indispositionem quæ fuit in ea, vnde vna pu pilla vnum inspicere, & alia aliud censet: quũ itaq; eandem bis cernat, q̃ non vna sit, sed geminæ iudicat. ¶ Sed de Galeni consilio ali ter fertur, & hoc primo de causis synthomatũ quia quando visionis principium vertitur in amplum lateraliter dextra, & sinistra, perma-

Vnde oculi obiecta videa duplicata

net ſemper linea recta, ſed quum videtur permutare in ſurſum, aut deorſum, mox vnum apparet eſſe duo: quum non ſeruent eandem ſituationem, quam ſeruant, quum mutantur in amplum: contigit autem in potentia viſiua, quod vnum videatur eſſe duo, in aſpectu non ſeruante eandem ſituationem: ſi ſic determinentur oculi, quod vnus tendat deorſum, & alter ſurſum & non aliter. Ambobus enim intendentibus ſurſum, aut deorſum hoc nõ apparebit.

Ex his hæc compilo enuntiata.

¶ Viſificam facultatem ex inſtrumenti cauſa, triplici via videlicet oculi, palpebræ, neruiq́; obtici, intemperiei vero octies, diſpendium perpeti, ponit.

¶ Obticos intitulatos neruos quatuor de cauſis puta inflammatione, duritie, craſſorumq́; ſuccorum confluxu, ac obſtructione viſui aduerſari, ſuſpicatur.

¶ Oculi eorum agunt actionem ſecundum magis, & minus, ita vt a ſpiritibus a cerebro ad eos gratificatis, permictitur.

¶ Oculorum motum ex ſecundi paris neruorum cerebri obluctatione, turbari, refert.

¶ Muſculos oculos concitantes ſex eſſe, ex anothomica teſtimonium reddit.

¶ Per obticos aſſertos neruos viſificos ſpiritus ad oculos ſolicitari, eoſq́; tantum foramen ha

bere, ac ex neruorum prima cōiugatione coinnatos esse, denunciat.

¶ Sicuti sex oculorum motiui lacerti, pari passu & totidem eorum afflictiones cōnumerantur.

¶ Oculorum tortuosus motus, circulares musculos affici indicat.

¶ Oculorum sursum, aut deorsum, aut oblique conflectio, vnum duplex esse cernere impellit

¶ Visum secundū musculorum mollitiē, sua in actione intendi, remittiq; conicit.

MVSCVLI vero supernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis est) quoniam perquam parui sunt, adeo vt in maioribus quoque animalibus vix manifeste perspici possint, nihil mirum si nerui ipsis innati difficulter videantur. Nihilominus quéadmodum in musculis quorum iam supra meminimus, ita & in his quoq; euenire necesse est, vt interdum musculi ipsi, peculiari aliquo affectu, ex his quos ad musculos ptinere nouimus, interdum vero nerui ipsis innati infestentur. Igitur si musculus ipsam sursum retrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram adeo vt oculus aperiri non possit. si vero detrahentes (gemini enim sunt) resoluū

tur, oculum claudere non poterunt:
Quorum si alter dũtaxat afficitur, ad oppositum musculum palpebra deflectetur vt fracta videatur, in fine videlicet circa mediam ipsius lineam. quippe ea pars, q̃ iuxta musculum affectum est, retrahi: quæ vero iuxta illæsum est, detrahi videtur. Hi sunt partium oculi peculiares affectus, q̃ latentibus locis insident. Ac sunt præterea alii, qui ex aliis partibus ei per consensum adueniunt. Igitur accidentia, suffusorum visis similia, videntur oculis nulla propria affectione molestatis, sed aut oris ventriculi, aut cerebri cognatione, id accidere solet. Verum hæc ipsa, ab iis quæ a ventre oriuntur, distinguēda sunt Primum quidem ex eo, quod vel alter dũtaxat oculus, vel vterq; similiter, visis occupetur: si quidem in vniuersum visa ob humorum in vētriculo contentorum vitiũ oborta, vtriq; oculo similiter accidũt: Quæ vero persuffusiones apparent, neq; incipiunt simul in vtroq;, neque similiter apparent. deinde ex tempore quoque distinguuntur. Si enim tribus quatuorve aut etiam pluribus mensibus, suffusionis

apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam, nihil tenebrosum videatur ab ore ventriculi affectum procedere inuenies. Si vero non ita multum temporis intercessit, quærẽdum est in primis, vtrũ ex quo incœpit affectus, singulis diebus perpetuo huiuscemodi apparitio perseuerauerit, nullo scilicet interueniẽte die, qui omni reprehensione caruerit, an diebus quibusdam laborans exacte videatur conualuisse. Nam assiduitas suffusionẽ portendit. Intermissio vero, ꝙ malum a ventriculo prodierit, suspitionem excitat idq; magis si perfecte quis concoquens, nullum sibi visum apparere fatetur: sed multo magis, si quum apparuerunt visa mordicus in ore ventriculi doluit: maxime vero, si post hæc vomendo, eiecta re mordente, mitigata fuerint accidentia.

Hæc sunt quæ primo statim die, quum videris hominem, interrogando discere debes, quando, vt iam diximus, exquisite secundum naturam se habuerint oculi. Vbi vero altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (vt breuiter dicam) nõ exacte pura videtur, suffusionis esse initium

censendum. Si vero quispiam suapte natura pupillas ipsas non admodum puras habuerit, considerandum vtriusq; similis sit affectus: ad hæc an non ita multum temporis a suffusionis accidentibus præterierit, vt eas turbidiores reddere potuerit. Quod si ita est, impera, vt minus cibi quã pro cõsuetudine ingerat, eumq; nihil mali succi habentem. postero die, vbi probe concoxerit, qualia apparuerint visa, interroga. Si enim vel omnino nulla, vel debiliora videantur, ad ventriculum referẽdum est accidens. At si similia permanserint, non per consensum, sed ex propria dispositione, sciendum est huiusmodi accidentia oculos infestare. Idq; magis, vbi sumpto ex aloe medicamento, nihil variauerint. Voco autem medicamentum ex aloe, quod alii hieram picram, alii simpliciter picram appellant. Quippe si a ventriculo prouenerit accidens, huiuscemodi medicamento potui dato, facillime curatur, accedente simul bona concoctione: vt in idem conueniant, & affectæ sedis notitia, & ipsius curatio. Equidem quosdam sic affectos, quanuis (vt

scitis)

scitis) non viderem, quũ in alienis essent terris, per literas curaui. Nam quum nõnulli ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atq̃ aliis regionibus, per epistolas a me peterent, ét in suffusionis initio, nullo adhuc vitio in pupilla apparente, vt probatum aliquod eis medicamentum transmitterẽ volui prius certiorem me redderent, nũ ex multo tempore ita fuissent affecti, præterea de aliis quoque, quorum paulo ante mentionem fecimus. Qui quum p epistolas responderent, sex menses, aut annũ iam exactum esse, vtrunque oculum simi liter affici, quum probe cõcoxissent, melius sese habere: per cruditates, atque ventriculo mordicus dolente, grauius irritari, educta vero per vomitum bile quiescere, nulla facta de pupilla quæstione, satis efficaciter me cognoscere putaui, nõ proprio affectu, sed per ventriculi cõsensum oculos infestari. Mittens itaq; picram, ipsos quidem in primis, atque præcipue: p eos autem, alios quoque multos ipsorũ conterraneos sanaui. quum enim omnes quotquot epistolas meas acceperunt, docti essent, affectorum locorum notas ex

literis meis didicerunt, quibus deinde facile cognitis, eos amaro medicamento curauerunt.

COMMEN. III.

DE oculorum passionibus quo neruos ad obticos, lacertosq́; motiuos, purgato colloquio: succedenter eundem bifariam consectari exquirit: vno modo quo ad musculorum, palpebrarũq́; opugnationes, & hoc (musculi vero) vbi quatuor expedire, persuasum habetur. ¶ Et ꝙ musculi superiorem commouent palpebram, inferiorem nequaq̃, quum ipsa immobilis sit a natura adiudicata. ¶ secundo ꝙ hi musculi taliter per breues congesti fuere: ꝙ etiam in animalibus eximiam obtinentibus molem, quum labore excogitari queunt. ¶ Tertio (nihilominus) oculorum inter musculos, & palpebrarum humanitatem detegit: sicuti oculorum ꝓcõcitati musculi, dupliciter & per propriam essentiam, & per neruorum consensum in eis ortorum aduersari, vim habent: consimiliter de palpebrarum lacertis censeri, opus est. ¶ Quarto (igitur) musculorum palpebrarum obturbationes nobis secundum sensum latentes, non autem via rationali promit: si musculus palpebram superiorem

mouens, exoluitur, seu sua in actione debilitas, adeo mollificatur, vt oculus aperiri haud possit: si vero detrahentes idest musculi inferius mouentes palpebram, qui bini exstant, mollificantur, oculum claudere non permittunt: si alter solum horum geminorũ, scilicet musculorum afficitur, palpebra versus superiorem musculum deflectitur, ita ꝙ medium oculi claudet, & medium non: nam claudet quidẽ partem sani musculi, partem vero mollificati nequaq̃: sic igitur hæ peculiares, abditæq; secundum sensum machinantur, lacertorũ palpebrarum passiones. ¶ Secundo (ac sunt) de oculorum affectionibus quo ad essentiam, vel consensum tractare insudat: quod secundum principale hac in litera exponitur: cuius sermo in tres dissecatur partes: exordio autumat ꝙ in oculis quedam accidentia quæ immagines perhibentur, similia visis suffusorum idest his quæ in initio cataractæ accidunt, quæ nulla in oculis existente passione excitantur, sed solum per consensum, & hoc aut cerebri, aut oris ventriculi. ¶ Secundo (verum) indicia q̃bus immagines oculorum ex ventriculi causa, ab iis quæ cataractæ impulsu discernuntur, monet: videlicet, ex æqualitate oppugnationis oculorum; quia immaginatio vel vno in oculo, aut vtrisq; conducitur: si enim ventricu

li erratu germinat: eo tempore oculi æqualiter affligũtur: sed in cataracta aduersum molitur: quum nec ambo oculi, neq; vniformiter oblaniari incipiunt. ¶ Secundo ex tempore (deinde) si aliqui oculorum accidentia vt immagines, per trium, aut quatuor mẽsium spatium tollerant: tũc eos perquirere oportet: an pupilla aliquam possideat caliginem: secundo an huiuscemodi accidentia aliquam subministrant intermictentiam, quoniam si pupilla lucida apparet: & accidentia quandoq; desliterunt: tunc ventriculi maleficio: & nec per essentiam induci, gloriandum, quum assiduitas a quam, intermissio oppositum testatur.
¶ Tertio ex concoctionis probitate: quoniã si quum eius pfectione, immagines deserũt, & quum imperfectione exundant: ventriculi noxam eas impellere, decerne: sed aduersum puta quum rectitudine, in rectitudineq; digestionis si æqualis fuerit permanentia, suffusionem portendit. ¶ Quarto (si quum) ex accidẽtium ventriculi argumento, si immaginatione inspecta, in ventriculi ore dolor commouetur pungitiuus. ¶ Quinto (si post) ex vomitu si enim oculi naturaliter laborant, quum mordaces in eo connexi succi euomuntur, immagines refugiunt: ventriculum esse refragatũ, cense, has porro abhorrentias ab initio per-

pēdere opus est: ¶ Sexto ex pupillæ exclypsi, & hoc bifariam & præter naturam, nam si ob scura, vel turbida apparuerit, suffusionis initium santiendum: aut ex natura, vt si pupilla a natura innata sit haud munda, & tunc tria reconciliari hortatur: & si pupillæ vniformiter pollutæ conspiciantur. secundo si accidentia parui extant tēporis. tertio impera vt escis in modica quantitate, honestiq; euchimi fungatur, necnon comoda concoctione, iniqua repellendo alimenta: his vigentibus contristatum interroga, si pulchra pcedēte digestione, nulla, aut modica pullulat immaginatio, ventriculum esse obluctatum insinua: si vero consimiles vt prius, nec per colligantiam, sed per essentiam gigni, scias. ¶ Septimo (idq;) ex adminiculi patrocinio, quoniam si ventriculi delicto, immagines insurgunt, ex amari medicamenti deuoratione puta hiera picra, quum recta digestione consequente, futiliter dissipantur, secus autem si ex oculorum essentia prodeunt. ¶ (equidem) secundum assertū principale lineamento lineat: cuius verba quū dilucide annotentur, reticeo, sed hoc vnum attendo, q oculorum per consensum immagines, quum hierapicra diruit:

Ex his hæc colligo enarrata.

¶ Infernam palpebram immobilē esse, coiicit:

¶ Palpebrarum musculos eorũ haud ꝓlixitate, vix visibiles esse, ꝓfitetur.

¶ Abhorrentes, latentesq; palpebrarum passiones, ex musculorum affectorũ alietate, impelli didicit.

¶ Oculorum suffusiones, aut eorũ essentia, aut cerebri, vel ventriculi crimine congeri autumat.

¶ Sicuti oculorum immagines, quum auspicantur, æqualiter geminis obsistunt oculis, & aliqua cum intermittentia, proba in concoctione attenuari, cruditatis vero tempore roborari, venticuli accidentia consequi, vomitu desistere, in pupillis nulla apparente caligine, medicamenti p̄sidio opitulari, per consensum innasci, pariter oppositum, per ꝓprietatem testimonium reddunt.

¶ Hieram picram oculorum immagines per cõsensum abolere, claudit.

AT similia quoque suffusioni accidentia in quibusdam phrenitidis speciebus, affecto scilicet cerebro, sæpenumero euenire solent. Nec refert vtrum species, an differentias nominaueris. Nam simplices quidem duæ inueniuntur, ex quibus deinde tertia componitur. Quippe sunt

phrenitici quidam, qui de iis quæ oculis offeruntur, recte (quantum ad sensitiuam notitiam pertinet) iudicant, cogitando vero a naturali iudicio aberrant. Alii rursus cogitatione quidem fallũtur minime, sensibus tamen difformiter mouẽtur. Sũt præterea qui simul & sensus & cogitationis vitio laborant. Itaque cuiusq; læsionis modum, sic accipe. Quum Romæ quidã domi, cum lanifici puero contineretur, surgens a cubili venit ad fenestram, per quam & ipse videri, & prætereuntes videre potuit. Itaq; ex vitreis vasis singula ostẽdens interrogauit, imperarent ne vt eã proiiceret? Illi vero ridentes, plaudẽtesq; vt ea proiiceret, rogabant. tum ipse deinceps omnia arripiens eiecit. at illi magnis acclamationib⁹ riserũt. Postea iuberẽtne puerum quoque proiici, quum eos interrogasset, atque id illi iussissent, illico ipsum deiecit. quem ab alto cadentem vidẽtes, suppresso statim risu accurerunt, & cõfractum iam puerum sustulerunt. At contrariam affectionem, non solum in aliis, verum in me ipso, quum puer adhuc essem, expertus sum. Quum enim per æstatẽ

ardente febri laborarem, & festucas atro colore, ex cubili eminere, & floccos simi liter in vestibus esse putabam, quos aufer re tentans, nihilq; sub digitis eductum in ueniens, accuratius, vehementiusq; id ef ficere conatus sum. Audiens itaq; duos ex amicis qui tum aderant, dicētes: Videsne hunc iam & floccos euellere, & festucas colligere? statim intellexi, idipsum quod dicebant, me fecisse. Quum vero sic ani mo constarem, vt rationalis in me facultas non vacillaret: Recte, inquam, dicitis, pro inde ne phrenitis me arripiat, auxilio e stote. illi autem quum idoneis rigationi bus caput fouerent, tota die, sequenteq; nocte grauibus in somniis turbatus sum, vt interim & clamare, & exilire viderer. ve rum postero die, mitigata sunt omnia ac cidentia. Igitur constat, quod licet ab ea dem causa secundum speciem accidentia proueniant, non tamen ab eadem sede, quæ primario affecta sit emergunt, quum alias ex cerebro, alias ex vētriculo per cō sensum affectus oriatur, vt dictum est. Quū enim in cerebro cuiuspiam biliosus suc cus abundat, acceditq; febris ardens, is

afficietur perinde ac si ad ignem torre-
ret̃, oriturq; tum fumus, veluti in lucernis
ab oleo. qui per vasa, quæ ad oculum ten
dunt, delapsus, visorum in ipsis causa cẽ
setur. siquidẽ in anatomice vidistis, quod
& arteriæ & venæ ab his vasis, ex quibus
choroides meninx contexta est, simul cũ
neruis ad oculum descendunt. Verũ huic
sermoni, vtpote satis iam definito, finem
imponentes, de reliquis oculi partibus
deinceps dicamus: si prius id in vniuer-
sum monuerimus, nostri instituti nõ esse,
earum particularum quæ manifeste sensu
percipiuntur, si a naturali constitutione
abberrauerint, notas perscribere, sed illa-
rum potius, quæ quum affectæ fuerint,
sensum latent. Nã quũ pupilla manifeste
videt̃ aut fracta aut distorta, aut p̃ter natu
ram vel aucta, vel imminuta, haud diffici-
le est affectam particulam cognoscere. at
vero quæ sit dispositio huiusmodi faciẽs
affectum scire, artis medicæ munus est. ve
rum de iis in libro de causis accidentium
iam scriptum est. Proinde non opus esse
videtur, vt in hoc libro vel affectas sedes
in oculis, quas sensus consequi põt, vel

affectos ipsos declarare aggrediar. Quippe affectuum nomina vno paruo volumine: cui titulus est: quomodo noscantur oculorũ affectus: perscripta sunt. Causas (vt diximus) in libro de accidẽtium causis: inuenies. Tempus igitur est vt ad linguam nostra conuertatur oratio.

COMMEN: IIII.

DE oculorum immaginibus soluto sermone, in præsentiarum de quibusdam alienationis speciebus, cum accidentibus suffusioni consimilibus compaginatis, differere insudat: quare suo incolloquio complura asserit: & suam intentionem: quum ait, ꝙ cerebro affecto, tres alienationis absurditates germinare consueuerunt: quæ immagines suffusioni similes retinent: quarum geminæ simplices, tertia vero composita constituitur. ℂ (quippe) ipsas abhorrentias explorat, quoniam quidam exstãt qui quantum ad ea quæ impartiuntur, secundum visum probe diudicant: sed secundum iudicium ludificantur, vt de puero lanam pectinante Galenus in litera patefacit: ℂ (At contrariam) secundam alienationis seu maniæ speciẽ per figuram illustrat: inqua in sen-

su, nec in iudicio crimen innascitur, vt in se ipso acuta febre laborante detegit, vbi sensus in erratum ducebatur, quum festucas atro co lore ex lecto eminere, & floccos in vestibus esse suspicabatur: & quum amici ipsum interrogassent, an pilos distrahere, festucasq́; colligere cerneret: raptim quæ promulgauerũt, percepit: & sic sensum, & non rationalem facultatem vitio detentum esse, coniecit. quum suos obsecraret amicos, vt ei psidium submistrarent. ℭ Sed tertiam alienationis speciem quæ ex indicatis machinatur, vbi sensus, ratioq́; illudunt, haud figurat: quum simplicium effigies, compositorum euidentiam sollicitãt. ℭ (illi) adminicula secũdam alienationis spetiem dissipantia, enodat. ℭ (igitur) vnũ aliis incertum soluit: scilicet quãuis cuncta prompta accidentia ab vna puta frigida & humida: vel frigida & sicca: aut calida & sicca causa moliantur: minime tamen vno in loco: quia quã doq́; in cerebri essentia, aliquando vero ventriculorum germinant. ℭ (quum) quomodo ardente ex febre vt causon, biliosus succus in cerebro exundans, oculorum immagines impellit, pandit, quia succo ex cholerico in capite constipato, fumus aliquis, sicuti ab eo in lucerna eleuari potest, qui per vasa quæ ad oculos pergunt, defertur: & oculoum immagines

commouet: secũdo autumat, q̃ arteriæ, & venæ ab his vasis, ex quibus choroides meninx idest secũda membrana cerebri contexta est, simul cum neruis ad oculos descendunt, per quæ vapores ad oculos rapiũt: vt ipse ex anothomica docuisse, profitetur. ¶ (Verũ) tria insinuat, & suam terminat voluntatem: secũdo (nam) ad pupillæ dispositiones se reuocat: quoniam pupillam esse incisam, aut obliquã, vel p̃ter naturam auctam, per essentiam esse refragatam, hoc haud fugere, minime durum. sed efficiẽtem dignoscere causam: tertio quæ hic exponere, & quæ nullatenus oportuna videntur, claudit.

Ex his hæc deduco tradita.

¶ Tres alienationis species inscribi, vnam, quæ communis sensus, immaginationisq́; deprauationem, & cogitationis inuiolationem consectatur, aliam huic aduersam: postremam vero ex his effectam, sentit Galenus.

¶ Biliosos succos in cerebro affluentes, oculorũ immagines concitare, ponit.

¶ Sicuti vapores ex oleo in candela eleuantur, pariter biliosis de succis fieri, oportet.

¶ Vasa secunda in cerebri membrana cõgenita, ad oculos protrahi, testatur.

De affectuũ linguæ notitia, item de sopore, & morbo comitiali.

ATque videmus interdum ipsius motũ, interdum gustandi sensum lædi, atque nonnunquã tactũ quoque. Neque enim alio gustus atque alio tactus neruo ytitur vt in motu videre est. Nerui enim a tertia coniugatione orti, non solum tangendi verumetiam gustandi vim obtinent. Verum crebrius læditur gustandi quam tangendi facultas, quanuis iisdem neruis vtraq; vtatur. Nam ad gustum quidem exacto iudicio opus est. tãgendi vero sensorium, crassissimum, vt cernendi tenissimum est. Auditus vero sensorium, vt in tenuitate a visu: ita sensorium gustus in crassitudine, a tactu secũdum locum obtinet. Olfaciendi vero sensorium in illorum quatuor medio constituitur. Mouẽdi autem, vis linguæ aduenit a septima neruorum a cerebro ortorum coniugatione, non longe a spinalis medullæ initio: Quumque hoc in loco vtraque cerebri pars, tam dextra, quam sinistra afficit, ne apoplexia hominem rapiat, periculũ

est: vbi vero altera tantum, in paralysin finiri solet. Ea interdum alteram duntaxat linguæ medietatem, a motu prohibet: interdum partes sub capite constitutas, & quidem modo has, modo illas infestat. Nonnunquam alterum latus, per vniuersum corpus, vsque ad extremas pedum partes, afficit. Igitur ex faciei partibus sola lingua sæpenumero videtur iam dicta noxa molestari, quum nulla sit, neque in tactu ipsius neque in gustu, læsio. Cuius rei causa haud obscura est vobis pcipue, qui vidistis neruorum a cerebro processum, ad faciem quidem a parte eius anteriore: ad partes vero totius animalis sub facie omnes, ab altera parte, nempe posteriore. A qua etiam eorum neruorum, qui ad linguæ musculos eueniunt, coniugatio procedit, quibus ipsa motum ab electione perficit. Itaque non ab re, quum anterior duntaxat cerebri pars afficitur, sola linguæ motio vitio carebit. Reliquæ vero faciei partes omnes, in altera parte, dextra, aut sinistra, & sensum, & motum, ab electione amittunt. Quod si aliquãdo tota anterior cerebri pars afficitur, supre-

mum ipsius ventrem ei consentire necesse est: atque cogitandi quoque actiones vitiari. Proinde qui ita affectus est, neque sensus neque motionis munere fungitur, spirandi tamen facultas haudquaquam læditur, vocaturq; hic affectus, caros, id est sopor. Si vero adeo vehementer spirationem opprimat, vt quis vel magno conatu, vix spirare possit, eorum exemplo qui per grauem somnum stertere solent apoplexia nominatur. Atqui solutæ apoplexiæ creberrimæ succedere solet vocata paralysis. Sopore vero finito, bona valetudo magna ex parte subsequi cõsueuit. Fit autẽ sopor, Hippocrate authore, musculis temporum affectis, præterea in acutis quoque morbis, vt idem Hippocrates scripsit. Inter soporem vero & apoplexiã morbus comitialis medius est, conuulsionem afferens vniuerso corpori, sed in paralysin non finitur. Horum trium morborum, frigidus, ac crassus, aut omnino viscidus humor, causa est. Verum & in sopore, & morbo comitiali, ventres magis, cerebri corpus minus: in apoplexia vero corpus magis affici solet. Atque in sopo-

re anterior pars magis, i apoplexia & mor
bo comitiali vtraq̃ afficitur. In catalepsi
vero, & vigilanti sopore (græce catoche)
posteriora cerebri magis molestantur.
Quum autem osse quopiam terebra per-
forato, medius ventriculus fuerit attritus,
sopor hominem occupat, sed neque con
uulsione neque difficili facta spiratione,
hæc apoplexiæ, illa morbo comitiali pe-
culiaris est. haud secus quam catalepsi,
soporique seruata secundum naturã spi-
ratio. Verum vt per soporẽ palpebræ clau
duntur, ita in catalepsi manent apertæ.
Quemadmodum autem inter perforandũ
quum quis membranam negligenter, ac
vltra quam res expostulat, meningophy-
lace (id est meningis custode) premendo
violauerit, sopor accidere solet: ita vbi os
caluariæ vehementer atritum, ipsius ven
triculos comprimat, maximeq; mediũ, so
por superuenire potest. Quinetiam ad ve
hementes dolores hic affectus sequitur,
concidente videlicet robore spiritus ani-
malis. Voco autem sic, id quod est in ce-
rebri ventriculis primum animæ instrumẽ
tum, quo & sensum, & motum in vniuer
sas corporis

ſas corporis ptes traſmittit. Hos cerebri affectus, tū qđ iā ꝑpoſito ſermoni familiaritate cōiugūtur, tū ēt qđ antea nō ſatis declarati fuerunt, operæprecium duximus in præſentia definire. Sed ad linguæ affectus redeundum nobis eſt. Quorum alii quidem communes ſunt per cerebri neruorumq; conſenſum. Alii ipſius dūtaxat proprii cenſentur. Igitur quod ad communicationem, quam cum cerebro habet, pertinet, vt per ſeptimam neruorum coniugationem motus ipſius vitiatur, ita ſenſus impediri poteſt per tertiam, quem neruum diſſectores mollem appellant, deſcendentem diſperſumq; (vt ſcitis) in tunicam quæ linguam comprehendit. quēadmodum is, qui a ſeptima coniugatione ortum habet, muſculis ipſam mouentibus, diſtribuitur. Proprii autem ſolius linguæ affectus, ex iis quæ iam ſupra de oculorum propriis affectibus diximus, haud difficulter inuenientur. Quippe ſicut muſculorum ipſius, vt ſimilarium, intemperantiæ motum impediunt, ita ambientis ipſam extrinſecus membranæ intemperies, & tangendi, & guſtandi ſimul

sensum vitiat. Instrumentalium vero affectionum speciem referunt inflammationes, tumores duri, tumores molles, erysipelata, suppurationes. de his vero, vtpote quæ tum visu, tum tactu discerni possunt, nihil aliud in hisce commentariis dicemus. quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro persequi proposuimus, quæ neque visu, neque tactu, sed demonstratione, atque (vt summatim dicam) rationali via inueniri possunt.

COMMEN. V.

DE Tectis oculorum pertubationibus per acta oratione: assotianter de linguæ oppugnationibus, sopore, morbo comitiali sermonem habere elucet: & taliter pergit: primo de lingua asserit, q̄ tripliciter aduersari, aut in motu, aut in gustu, aut in vtroq; cogitur. ¶ (neque) inter neruum tactus & gustus, motusq; abhorrentiam conspirat, nam neruus quo gustus distribuitur, minime ab eo quo tactus pulsatur, dissentit, immo eũdem per neruum gemina impartit facultas: sed huiuscemodi neruus, ab eo quo motus impellitur, discrepat: quod princeps testificatur, quoniam nerui gu

ſtandi, tangendiq; facultatis delatores, tertia a neruorum cerebri coniugatione, ꝓdeunt: verũ hæ ambæ virtutes, vt ſubdit, haud prorſus in cũctis vnanimes extant: quia guſtus crebrius quam tactus refragatur: q̃uis idem neruus vtriſq; fungatur potentiis: quibus debitũ pen ſitat: (nam) ſenſus guſtus iudicio magis indiget inueſtigatiuo, tangendi vis craſsiſsima, vt viſus omnibus aliis tenuior: nam ſicut auditus poſt viſum in gracilitate ſecundum obtinet locum, pariſilo ſenſus guſtus poſt tactum craſsior ſuſpicatur: ſed tactum quatuor inter ſenſus medium coniurare coniicit. ¶ (mouẽdi) motum linguæ quorſum innaſcitur, pandit, quoniam linguæ motus, ſeptima a coniugatione neruorum a cerebro ortorum, accedit, quæ ab initio ſpinalis medullæ non multum diſtat. ¶ (quum quæ) de comitiali morbo, apoplexia, reſolutione quo ad locum cerebri affectum, inueſtigationẽ cõcitat: ſi vtraq; pars cerebri puta dextra, & ſiniſtra obluctatur, ita ꝙ obſtructio in binis cerebri ventriculis contexitur, de apoplexiæ conuocatione: ſi vna duntaxat pars affligitur, de reſolutione horrendum, ita ꝙ quandoq; vna pars linguæ ſecundum medietatem in motu reluctatur, & aliquando quædam membra ſub facie compaginata, modo vna pars, & nunc alia, & quan-

doq; medietas corporis vsq; ad postremos pedũ cardines, in resolutionẽ incurrit. ¶ (igit) incertũ, enucleat: v3 cur quãdoq; lingua cõpatitur, residueæq; faciei partes sospites nanciscuntur, anteq̃ ambiguo debitum reddat, vnum præcurrit: q vt per dissectionem didicit neruorum a cerebro processus, taliter disponitur: nerui ad faciem disseminati, anteriori a parte cerebri germinant: sed nerui ad omnes partes sub facie cõstructi, posteriori a parte pullulant: qua ex parte, idest posteriori, pars eorum neruorum qui ad linguæ musculos protrahunt, gignitur: his annotatis subinfert, q si anterior cerebri pars refragatur, lingua in sensus, motusq; operatione sospes munit, sed cæteræ faciei partes, aut in dextra, vel sinistra a motu, sensuq; relegãtur: si posterior porro cerebri pars exagitatur: eo tempore lingua a motu nudatur, & facies integra permanebit. ¶ (quod) passionem quæ caros idest sapor fertur, pandit, si anterior cerebri pars insequitur, tunc supremum scilicet medium cerebri ventriculũ vexari oportet, & hoc colligantiæ impulsu, & sic cogitandi munus vitiabitur, ita q laborantes, nec sentiunt, nec mouẽtur, anhelitus quidem minime aduersatur, & hic affectus caros seu sapor nuncupabitur. ¶ (si vero) apoplexiæ essentiam quodã mo-

doenarrat: affectus quippe qui aut anhelitũ prorsus præcipitat, vel cum sudore suggerit, ita q̃ vti graui in somno stertere compellit, apoplexia in scribenda. ¶ (atqui) geminarum passionum terminationem promulgat: quoniam apoplexiæ dissolutio, vt iugiter p̃ paralysim molitur, soporis profecto per in violationem, verum illa apoplexia per resolutionẽ finem imponit, quæ ex obstructione materia expituitosa machinata, & nõ ex alia innascitur, quum pituitosus succus vt cerebro, alius vero rarissime secundum aliorum consilium paralysim solicitet. ¶ (fit) binas soporem excitantes causas secundum Hippocratis sententiam disseminat: vnam ex loci occasione, vt quum temporum musculi perturbantur aliam ex morbi vi, vt acute febris, quum eius ob eximiam ardentiam, vaporum ad cerebrũ affluens, machinatur exalatio. ¶ (inter soporem) inter comitialem morbum, apoplexiam, soporem'q; direptionem cõstituit: & hoc quũ conspirat, comitialem perturbationem inter ambas inpresentiarum assertas afflictiones, medium obtinere locum: secundo ipsam vniuersi corporis conuulsionem esse: tertio minime in paralysim absolui: quod de morbo comitiali atra bili ex succo, vel per comunitatẽ conducto testificatur: quia qui materia expi-

tuitosa fabricatur, decenter in resolutionem purgari ponitur: vt ratio clamat. ¶ (horum) supra trium conuocatorum affectuum, familiarem causam, frigidum, aut crassum, aut sine dubio viscidum idest viscosum succum instituit: ¶ (verum) ipsarum oppugnationum cerebri exparte abhorrētiam denudat, quoniā in sopore, morbo comitiali detrimentum potius in cerebri ventriculis, minus autem in essentia excogitatur: sed in apoplexia magis in cerebri corpore: secundo quo ad anteriorem, posterioremq; partem dissentiunt: quum in stupore anterior pars magis obluctat: hoc ex sensus quidem orbatione testificari potest, nam in sopore primi sensus qui spoliantur, auditus, visusq; apparent: qui anteriori in parte cerebri resident: & hi sensus extant: quibus magis instamus, an homo dormiat, an vigilet, q̄uis etiam nocturna in vigilia alii nudentur sensus: quorum etiam nerui, anteriori a parte cerebri vt odoratus, & gustus prodeunt: tactus etiam in somno priuatur: nec quia omnes tactus nerui, anteriori a cerebro oriantur immo plures eorum a posteriori: sed propter sensus communis ligationem, orbantur, qui particularium sensuum radix prædicatur, & in anteriori cerebri parte viget: sed in somno motus haud prorsus conquassatur, quum

in anhelitu sospes retinetur: necnon in compluribus, qui dormientes surgunt, pergunt, equitant, aliaq; exequuntur. quum sensitiui nerui ab anteriori, & motiui a posteriori pullulāt: sequitur ꝙ sensus in sopore magis, motus minus refragatur: sed morbo in comitiali apoplexiaq; vtraq; cerebri pars cruciatur: vt in comitiali persuasum habetur: primum incomodum quod subministrat, in sensu visus, auditusq; reperitur: qui anteriori in parte locantur: secundum in medio, posterioriq; ventriculo vt ex intellectus iactura certum habet nam si hi alii ventriculi indispēdio haud participes essent, necintellectus aduersaretur, per cuius damnum, medio in ventriculo detrimētum esse, cōiuramus. Neque ab anhelitus eleuatione cubantes reluctarentur, nec reliqui sensus, aliarumq; sedium motus in afflictione accederent: ergo inimicatio posteriori impartitur ventriculo, a quo motus ipsi gratificātur, & haud secus de apoplexia promulgare ꝑopus est. Sed in catalepsi, idest congelatione, & vigilanti stupore, cerebri posteriora magis lacerantur, quia catalepsia propriæ est comitialis morbi species: vnde. xiii. methodo medēdi sentit, si quum febre accidentia fuerint cōgelationis quæ dicuntur, vocat tunc hæc ægritudo litargie, sed primo de sinthomatum cau-

sis, olfecit quod congelatio est sensus, motusque circa neruosa loca durities: quae tunc germinat, quum postremus cerebri ventriculus frigido, aridoque ex succo obstruitur: ¶ (quum) causam soporis ex percussione exigit, quum os capitis sauciatur, medius ventriculus coarctatur, ex qua, obstructio producitur, & sic spirituum motus ad membra detinetur, & sopor mortalem citra conuulsionem, spiritusque difficultatem obsedit: quum conuulsio, comitialis morbi, anhelitus labor, apoplexiae peculiares istituũtur: vti in sopore & catalepsi anhelitus secundum naturam se habet. ¶ (verum) stuporis a catalepsi idest congelatione discrepantiam denudat: quum in sopore oculi clausi, in congelatione vero aperti excogitantur: quoniã nocturna vigilia geliditatis impulsu, oculorum apertio ariditatis innascitur: quare quum congelatio frigido tabescentique a succo gignatur, sopor quidem a pruinoso & humido, iccirco oculorum coniecturam in eis diuersificari oportet: ¶ (quemadmodum) inter cranei iocundam, validamque perforationem, collationem promit, si quis membranam inter perforandum vltra modum perforauerit, meningophylace (idest meningis custode) stupor associari solet, paripassu, vbi os caluariae fractũ reperitur: ventriculum cerebri praecipue me-

dium compeſcens, torpor emergi cõſpicitur. ❡ (quinetiam) ſoporem atroci, eximioq́; ex dolore concitari, autumat, cuius cauſam propter animalis ſpiritus diſſolutionem, exacerbitatis vehementia, profitetur: quum ipſe variis in locis & præſertim aforiſtica incomentatione, de maxime, virtutem proſternantib⁹ dolorem actendit. ❡ (voco) quid per ſpiritũ animalem percipit, pandere videtur, voco aũt animalem ſpiritum, id quod in ventriculis cerebri primum animæ inſtrumentum exiſtit, quo ſenſum, motumq́; in cũctas corporis partes erogat. ❡ (hos) aſſertorum cauſam explicat. ❡ (Sed ad linguæ) ad linguæ perturbationes ſuam explicat orationem, vbi de ipſis bifariam diſtinguit, quoniam quædam per colligantiam vt cerebri, neruorumq́; machinãtur, vt lingua in motu, propter ſeptimum neruorũ par a cerebro obluctatur, in ſenſu conſimiliter quãdo tertium par afficitur, quem diſſectores neruum dicunt mollem, in tunicam accedens, quæ linguam amplectitur: ſicuti neruus qui a ſeptimo deſcẽdit pari, in lacertis ipſam mouentibus, adiungitur, ac finem imponit. ❡ (proprii) ſuccedẽter de linguæ per proprietatem vexationibus ſermocinatur, vbi bina innuit: & ꝙ linguæ familiares affectus ex oculorum affectibus nobis vulgantur: ſecundo ꝙ

lingua bifariam refragatur, aut intemperie, vti lacertorum linguæ quidem intemperies, motum eius, parifilo exterioris membranæ linguam circũdantis, gustus, tactusq; sensum impedit: secũdo modo officiali morbo, quo actio linguæ turbatur, vt duri tumores, molles, erysipelataq;, & alia q̃ per te lege.

Ex his hæc releco fructuosa.

¶ Linguam eundem per neruum, gustandi, tangendiq; facultatem, per alium vero mouendi, vendicare testatur.

Neruos gustandi, tangendiq; vim, linguæ suggerentes, tertio a pari neruorum pullulari autumat.

¶ Gustum crebrius, quam tactum perpeti refert.

¶ Visum cunctis aliis sensibus tenuiorem esse, sancit:

¶ Septimum neruorum cerebri par, linguæ mouendi facultatẽ porrigere, iactat.

¶ Sicuti vtraq; cerebri pars affecta, apoplexiam: paripassu vna duntaxat, resolutionem suppeditat.

¶ Neruos ad faciẽ diffusos, anteriori a cerebro, sed omnes ad faciei partes vt ad linguã, a posteriori innasci, per dissectionẽ erudiunt.

¶ Quum primus cerebri ventriculus aduersatur, & medium vicinitatis causa, aduersari, per opus est.

¶ Rigida laborantes afflictione, motu, sensuq; & minime spiratione nudari, ꝓfitetur.

¶ Anhelitus desistentia, durities'q; apoplexiæ familiares instituũ.ur.

¶ Apoplexiam per paralysim vt sæpissimæ, torporem quidem per in columitatem absolui, prædicat.

¶ Temporum musculorum contristatio, acutaq; febris, soporem cõcitare, assueuerunt.

¶ Comitialem passionem inter apoplexiam, stuporemq; mediare, censet.

¶ Comitialem ex pituita congestam, in paralysim couflecti, conicit.

¶ Apoplexiam, comitialem affectum, soporem, hyemali ex causa causari, sentit.

¶ In marcedine, epilepsia, cerebri ventriculos magis, essentiam autem minus, refragari, in apoplexia aduersum, suspicatur.

¶ Comitiali in morbo, apoplexiaq;, anteriorẽ, ac posteriorem cerebri obluctari sedem, in sopore priorem tantum, statuit.

¶ In cõgelatione postremam duntaxat cerebri partẽ inimicari, ponit.

¶ Capitis os perforatum, soporem immortali solicitare, consueuit.

¶ Soporẽ valida ex acerbitate produci, enarrat.

¶ Linguam aut per essentiam vt intemperie, aut instrumeatali morbo alienari, asserit.

¶ His de affectibus hoc in libro disceptatur, qui nec sensu, nec visu innotescunt.

De sensu auditus.

EAdem quoque ratione in sensu auditus quicunque affectus in aurium oculis obiecta concauitate oriuntur, rationali inuestigatione non indigent. Illæso vero apparente aurium foramine, si audiendi facultas læditur, simili via & ratione inquirendæ sunt notæ. Vbi enim præter hanc nihil læsum est neruum proprium affectũ esse, haud absurde coniicimus.

COMMEN: VI.

HIC sensu de auditus per breuem agitat sermonem, vbi vnicum detegit: ꝙ si assertus sensus criminatur: aut eius foramen aduersatur: & eo in tempore haud aliqua imploratur perquisitio: sed si inviolatum excogitatur: tunc auricularem neruum esse refragatum, statuere oportet &c.

De affectibus faciei.

VBi vero reliquæ faciei particulæ simul cum ipsa læduntur, in cerebro disposi

tionem præter naturam esse existimamus: ipso vel vt similari, vel vt instrumentali parte affecto. Sed facies reliquis in locis omnibus, non solum motum, verumetiã sensum aut perditũ omnino, aut vitiatũ habet: interdum partibus quæ læsas habẽt actiones, proprio affectu laborantibus, interdum vero neruis qui ad eas a cerebro deferuntur, denique ipsomet interdum affecto cerebro. Quorum discrimen per copulata ipsis accidentia, facile deprehẽditur. Quippe si forte fortuna vna quæpiam particula, aut in sentiendi, aut mouendi, aut vtraque facultate lædatur, ea sola causam dispositionis continet. Idq; aut suis ipsius partibus, aut neruis, qui ad ipsam ex tertia coniugatione ferũtur, vel instrumentaliter, vel per intemperiem laborantibus. At vbi plurimæ simul afficiuntur particulæ, considerare oportet, vtrum ex vna neruorum origine, aut pluribus, sensum motumue, quum in naturali sunt habitu, sortiantur. Subiiciam⁹ enim ex arte secandi corpora, temporum maxillarumq; musculis, item labris, & narium pinnis, sensum & motum: linguæ ve

ro, omnibusq; oris partibus, sensum duntaxat, a tertia neruorum coniugatione procedere: a secunda vero, vt oculorum musculis, motum: ita a prima oculis ipsis, cernendi sensum suppeditari. Igitur vbi particulæ quibus a tertia coniugatione nerui adueniunt, quidem omnes!, sed in alterutra duntaxat parte læsæ videntur (nunquam autem huius præceptionis, vel nihil dicentibus nobis, obliuiscaris) neruũ ipsum primario affectum esse putandum est. Si vero vtranq; simul partem lædi contigerit, non nerui proprius, sed in cerebro, loci cuiuspiam, a quo nerui procedunt, primus affectus est. Sane affecto in vtraque parte, tam dextra, quam sinistra, cerebro, in eo videlicet spatio, vnde tertia neruorum coniugatio prodit, omnes vicinæ partes simul affici consueuerunt. proinde & tertiæ, & quartæ coniugationis nerui. vnde sequitur, vt oculorũ quoque partes lædantur. Quod si vnus duntaxat vel musculus, vel neruus, quoquo modo, siue primaria affectione, siue per consensum fuerit affectus, pars ipsa in aduersum trahitur musculum. Nam reso-

luto musculo, qui dextram labri partem mouet, ipsa ad sinistrum deflectitur. At si is qui sinistram mouet, resoluitur ad dextram. Haud secus, & totam mandibulam & nariũ pinnas, & genas vtrasque, quas a musculosa latitudine (id est lato musculo) moueri didicistis, in aduersam partẽ deflecti cõtingit. Id autem per neruos nõ a tertia coniugatione, sed a ceruicis vertebris procedentes, efficitur. Nam hi per totam pene faciem sparguntur, exigua ipsius parte excepta, quæ a quinta coniugatione prodeuntes neruos suscipit, in suprema videlicet lati musculi parte.

COMMEN: VII:

DE oculorum, linguæ, auriumq; lacerationib⁹ ex acto colloquio: consequenter de faciei dissipationibus sciscitari, hortatur: exordio argumentum promulgat: quo auditus sensum si ex cerebri dispositione, ipse obluctatur, diiudicare, vim habebimus: quod taliter exponit: vbi auditus detrimentum, faciei partibus impartitur: tunc dispendii causam esse in cerebro, cense: cuius ratio superioribus ex libris decerpi potest: quum fuit conspiratum, q; si facies

afficitur, iacturam in cerebro, si ipsa sospes fuerit, reliquæ corporis sedes perturbatæ, in nuca esse, portendit: quare subdit, quod præter naturam dispositio in cerebro reperta aut partes secundum similares, aut officiales machinatur. ¶ (Sed facies) expedit, quod cuncti faciei loci, si motu, sensuque nudantur, aut deprauantur, tripliciter innasci, aut secundum propriũ affectum partium affectarum, vel nerui affiictione, a cerebro ad faciem distributi, aut cerebri affectu enarrat. ¶ (quorum) sed quo pacto hæc per partes discerni queunt, connexa indicant accidentia, puta si aliqua corporis pars, in sentiendi, vel mouendi facultate, aut in vtraque reluctatur. eo tempore passionis causam, aduersata in particula residere, statuendum. hoc autem bifariam aut in aliquo eiusdem partis loco, aut in neruis qui tertio a pari ad ipsum disseminantur: & id etiam gemina affectione, aut officiali, aut habitudinali.

¶ (At) aperit, si plures in corpore obluctantur loci, quid medicus rimari, impellitur: asserit, quod id percunctandum, vtrum partes quando in dispositione permanebant naturali, si ex vna neruorũ origine, vel pluribus, sensum, motumque elidebant. ¶ (subiiciamus) sua loquuta per particularia detegit, & hoc vt dilucidius innotescant: exponẽs quod vt in dissectione certum

ne certum habetur, timporum lacerti & quibus masticatio molitur, & narium pinnæ, motum, sensumq; a cerebri tertio neruorum pari inescant: lingua vero, cunctæq; oris partes sensum tantum a tertia neruorum copulatione lactant: sed secundus par, lacertis oculorum, motum, primus quidem, oculis inspiciendi sensum, subministrat. ℂ (igitur) refert ꝙ si conuocatæ sedes, & aliæ ad quas neruus tertio a pari pulsatur, perturbatæ fuerint, si perturbatio secundum vnius lateris medietatem copulatur, neruum illum principaliter esse affectum, si vero gemino conducitur in latere, noxam esse in cerebro, autuma: puta eo in loco vnde neruus ipse germinat: & quū cerebrum vtroq; in latere, vt dextro, sinistroue refragatur: quibus a locis tertium neruorum par insurgit: tunc circū vicinæ partes vt afficiātur, de necessitate consequitur, & ita nerui primi, secundiq; paris quum vicinitatem obtineant, eius impulsu oppugnantur, sic igitur ex horum incomodo oculos offici per opus est: quum primo a pari ipsi vim conspiciendi, & a tertio motum lucrari, excogitantur ℂ (quod si) probat, ꝙ si singularis duntaxat lacertus, vel neruus per essentiam, vel per colligantiā compatiatur, tunc sedes quæ per ipsum mouetur, ad partem retrahitur aduersam: verbi

gratia, si musculus qui dextræ partis labium commouet, mollificatur, ea tempestate labiū sinistrum erga latus torquetur: consimiliter musculo sinistrum concitante labium, resoluto: idem labium ad dextrum declinat: hoc idē in mandibulis, narium folijs, vtrisq; genis cō templari, opus est. ¶ (id autem) quibus in neruis suum militat enuntiatum, indicat: q nec in neruis tertio a pari, sed a vertebris ceruicis prodeuntes: cuius causam expedit, quoniam hi quidem nerui per faciem disseminantur, minima faciei parte reseruata, quæ suprema in parte eius musculi, neruos quinto a pari emergentes, inescat.

Ex his hæc affero ꝓmulgata:

¶ Vti facies oppugnata, in cerebro iacturam, paripassu si inuiolata viget, reliquæ vero corporis partes contristatæ, in nuca esse, testatᷓ.

¶ Audiendi vis, quum faciei partibus vna afflicta, ꝑter naturam dispositionem in cerebro esse testimoniū reddit.

¶ Cunctas faciei partes sensu, motuq; relegatas aut indeterius reddactas, triplici ratione, aut earum actione obluctata existente, vel nerui ad ipsam delati, aut cerebri maleficio, oriri prædicat.

¶ Corporis partem sensu, aut motu, vel geminis reluctatam, reluctationis causam in eadem re

ſidere, orſus eſt.

❡ Tertium neruorum parē timporum lacertis, maſticatoriis, narium pinnis, ſenſum, motūq; linguæ vero, cæteriſq; faciei partib⁹, ſenſum duntaxat, ſuggerere, p diſſectionem didicit.

❡ Vti ſecundum neruorum par, oculorum lacertis motum, pari pacto primum, vim cernendi ſubminiſtrat.

❡ Sedes a tertii paris neruo, motum, ſenſumq; compilantes, ſi vnico ſolum in latere cruciatur, neruum illum principaliter eſſe oblaniatum, ſi in vtroq;, cerebrum maceratum eſſe, denunciant.

❡ Quum cerebri noxa, tertium neruorum par refragatur, & circum conſtructas partes vt primum, ſecūdumq; refragari, monet.

❡ Si tertium neruorū par exagitur, oculi in motu, ſi primū in viſu, renuunt.

❡ Si vnus faciei lacertus, vel neruus per eſſentiā, aut per conſenſum vexatur, tunc ſedes quæ p ipſum cōcitatur, ad partē deplicat oppoſitā.

De ſpinalis medullæ affectibus.

SED iam tempus eſt, vt ſpinalis medullæ affectus perſequamur. Igitur ſpinalis medullæ affectus, quantum ad præſentem inquiſitionem pertinet, compediosam ha-

bent doctrinam: eam vero cognitionem, quæ ex actionibus habetur, non item cõpendiosam habent. Etenim nisi quis neruorum ab ipsa procedentium coniugationes ita memoria teneat, vt ad quam corporis partẽ, singulæ perueniant, cognoscat, discernere non poterit, secundum quam vertebram, ipsa sit affecta: veluti e contrario, si illarũ meminerit, facilis erit affectæ sedis notitia. Quinetiam si reliquarum quoque partium omnium, notitiam quæris, vt neruorum qui a spinali medulla oriuntur memineris, necesse est. Veluti vbi primæ vertebræ afficiuntur, licet raro euenire tamen interdum angina potest, idq; in pueris magis, quã adultis, de qua Hippocrates libro secũdo de morbis populariter vagantibus in hunc modũ scripsit: Erant anginæ affectiones huiuscemodi, Ceruicis vertebræ ad interna conuersæ sunt, aliis quidem plus, aliis vero min⁹ atque in partibus exterioribus, manifesta videbatur in ceruice concauitas, dolorẽ laborans, quum tangeretur, sentiebat. Accidit etiam angina cuidam, sub ea vertebra, quam dentem nominant, verum nõ

adeo acuta. quibusdam vero ob rotunditatis magnitudinem, omnino conspicua. Fauces autē, vt ea vertebra quæ dens dicitur, inflammatione minime laborabant, sed molestia afficiebantur. Ea quæ sub genis erant, tumebant quidem, sed inflammatione haudquaquam vexabantur. Inguina nullus dolor cruciabat, sed naturali potius habitu permanebant. Lingua haud facile mouebatur, atque aucta ipsis videbatur, atque exerta venæ sub lingua manifestæ. deglutire, nisi magno cū labore, nequibant. at si vi quadam deuorare conarentur, per nares effluebat id quod ingesserant. Ex naribus loquebantur. Spiritus ipsis non admodum elatus, nonnullis, capitis, temporum, atque ceruicis venæ attollebantur. atque horū quibusdam tempora paululū calebant, quāuis alioqui non febricitarent. plurimi nō angebantur, nisi quum vel sputum vel aliud quippiam deglutire tentarent. neque subsidebant oculi. Igitur quibus tumor non in alterutram partem deflexus, sed rectus erat, nequaquā paralytici euadebant. Horum si quempiam periisse mi-

hi constaret, id referre grauaret minime: nam quotquot memoria nunc consequi possum omnes superstites permanserunt. Atque alii quam celerrime santitati sunt restituti: alii non pauci, quadragesimum diem præterierunt. Insuper nonnullos, febris omnino non arripuit. Plurimis etiam vsque in longum tempus pars quædam tumoris protracta est, cuius rei signum, & a deglutitione, & a voce sumi poterat. Atque eliquatæ quoque columellæ, quanquam nihil mali habere videbantur, malæ tamen significationis nuntium præstabant. At vero quibus in alteram partē vergebat, in ea parte vnde inclinabant, paralytici euadebant, atque hæc ipsa versus alteram trahebatur. Porro huiusmodi accidentia tum in facie, tum in ore, & septo quod gurgulionem distinguit, perspicua erant. Quinetiam inferiores genæ ꝑ tatione mutabantur.

COMMEN. VIII.

DE spinalis medullæ affectibus agitaturus princeps, non singulare denudat: primo suam exigit intentionem, quum loquitur. (sed iam tē

pus est, vt spinalis medullæ affectus persequamus). ¶ (igitur) secundo ꝙ huiuscemodi indagatio scilicet de spinæ passionibus, quo pſentem ad indagationem magnam conuocat disputationē, quo ad actiões leuē. ¶ etenim) ꝙ qui qua in parte, spondilium nuca discruciatur, intus noscere cupit, vniuscuiusq; neruorum paris a nuca germinantium, ad quam corporis partem ipsi tendunt, lumē vendicare, ꝑ opus est. quoniam si talis lucratur scientia, futiliter locus nobis vulgabitur affectus: hoc idē in reliquorum corporis locorum oppugnatorum, agnitione consequi oportet: ¶ (veluti) sua prompta, testificari, insudans Galenus, de agnina ex spondilium ad interius gucturis cōtortione, sermonem concitat: vbi plura dissеminat, & ꝙ talis ꝓfocatio raro euenit: & quū innascitur, magis inpueris, quā adultis idest perfectis, & hoc ligamentorum impulsu, quū infantes ligamenta magis deserta obtineant: & de his ipse met Galenus tertio aforismorum com. xxvi. conspirat, ꝙ extumore inter os & meri incidēte, machinato in pelliculis ibi existentibus, aut partibus in musculosis situatis post has pelliculas, ad quem tumorem consequitur, spondiles colli ad interiora pelli, non generatur inifantibus, quia prius eorum desistit virtus, succubuntq; , ꝙ̄ hanc substineant

afflictionem, quare nec conficitur in eis, anteq̃ vitæ, finem imponant. & hoc propter lacertorum, neruorumq; dignitates hæc ferre non valentium, necnon quia in membris nouiter innatis, vt in infantibus materia non contexitur, propter carnium teneritatem eorum sed labitur, vnde haud apostema solicitat.
¶ Quidam autem, ꝙ hæc apostemata in infantibus reperiantur, in maginabile esse, clamant: sed hanc pertranseuntibus ætatē, causa excluditur asserta, & huiuscemodi apostemata durare, queunt, immo potius eis q̃ prouectis accidere, videntur: quum materia in eorum sedes leuius præcipitare, possit. ¶ (idq;) vestigia huius agninæ, accidentiaq; de Hippocratis sententia, exponit: Hipp quidem secū-do de morbis populariter vagantibus, qui alio nomine liber secundus epidimiarum inscribitur, loquitur, ꝙ eorum qui inp̃focationem inciderunt, propter spondilium ad intra contortionem, hæc conducebantur accidentia; erāt enim spondiles colli interius retorti, quarum quidem retortio, in quodam fuit minus, & in quodam plus: erant etiam in exterioribus colli, quædam loca laxata concaua scilicet in loco illius spondilis retortæ, quibus locis tactus dolorem sentiebat, concauitas quoq; eorum in quodam erat loco superius in ea scilicet par

te quam dentes dicunt, eorum tamē passio nō veluti in aliis acuta erat. Præterea ipsa concauitas in quodam erat rotundissima, gula tumida non existente, plana enim erat, & molestia afficiebatur: sed tumor sub genis & maxillis, non tamen sicut apostema, in guina nullus cruciabat dolor, sed secundum naturæ cursum permanebant, nec linguam facile mouere poterant, maior enim parum, cuius venæ visui apparebant: sed inglutire nisi quum magna molestia minime poterant: eis autem aliquid vi inglutire volentibus, id quod ingesserant, per nasum excludebatur. Et hi quidem p nasum loquebantur, anhelitus autē non erat multus altus, & in quibusdam venæ capitis, & colli tumidæ erant: & horum quibusdam tympora parum calida: & febris non associebatur: & alia quæ lege in textu. ℂ (Igitur) quando asserta angina paralysim haud subministrat, patefacit: vt quum tumor rectus & nec vno in latere congeritur, eo tempore minime resolutio futura, censenda. ℂ (horum) passione de præfocatiua præsagium attendit: ꝙ omnes q tali lacerati fuere passione, (vt recogitat) superstites seu sospites permanserunt: &c.

ℂ (At) qua tempestate ꝑfocatio paralysim erogabat: promit, quibus tumor erat obliquus illa in parte, cui cedebat, mollificatio gigne-

batur, quoniam hæc pars versus aliam depli cabat: idcirco subdit, quòd in ore, ac facie, liquidissime apparebat, & maxillarum inferiores partes pro ratione a situ naturali reflectebantur quum obliquæ erant.

Ex his hæc constituo prodita:

¶ Qui nucæ partem oppugnatam diiudicare imprecatur, neruorum ad quamcunque corporis sedem influxum, agnoscere compellitur.

¶ Præfocationem ex spondylium ad interius gutturis contortione congestam, raro contigere & pueris magis, quam perfectis, denuntiat.

¶ Anginā ex spondylium ad interius reiicione, in columem esse, excogitauit.

Cæterum qui paralytici ab angina fiebant, iis non totum corpus, vt in aliis fieri solet, resoluebatur, sed vsque ad manus dũtaxat malum procedebat, ab ea parte quæ angina vrgebatur. Atque ii concocta quædam, eaque exigua, & non sine molestia expuebant. præterea quibus tumor in rectitudine consistebat, ii expuere poterãt. At ii quos febris quoque infestabat, longe maiori cum difficultate spirabant, ac inter loquendum screabãt. venæ ipsis attollebantur, atque pedes erant quam fri-

gidissimi. Horum si aliqui non i lico mortui sunt, ii tamen erigere sese haudquaquam potuerunt. Verũ omnes, quot quot equidem nouerim, mortẽ obierunt Totam huius sermonis seriem in secũdo libro eius commentarii, quem in secundum librum de morbis populariter vagātibus perscripsimus, ad verbum fere enarrauimus. Atque iccirco eam totam hic inseruimus, eo quod Hippocrates, multis ostendit accidisse anginam nobis raro visam, nullo existente in gutture proprio affectu. Quinetiam quod circa primas oritur vertebras, a quarum altera pars quædam dentiformis vocata, procedit. vnde nonnulli ipsam totam vocauere dentem. At nũc sub hac quoque vertebra (inqt) factam quidem anginam, sed non æque acutam, vt ea quæ circa secundam fieri solet, siquidem constat, quod spinæ partes, quo fuerint altiores, eo sunt præstantiores. proinde quo inferior primis duabus vertebris fuerit dispositio, eo minorẽ inferet noxam. Nam ex arte secandi corpora didicimus, septi transuersi neruos sub quarta ac quinta vertebra emergere.

præterea ex commentariis de ſpirationis cauſis, edocti ſumus liberam ſpirationem a ſolo fieri ſepto tranſuerſo, accedēte ad hanc intercoſtalium quoque muſculorū actione, vbi videlicet vehementiori opus eſt ſpiratione. Quod ſi vehementisſima ſpiratione indiguerimus, ſuperiores etiā muſculos concurrere oportet. Verum nō ſolum ob magnam aut maximam ſpirationem horum muſculorum actionem requirimus, ſed ob alias quoq̄ cauſas de quib⁹ latius in libris de dyſpnœa, id eſt ſpirandi difficultate iam dictum eſt. In præſentia vero ſatis fuerit, a præſcripto Hippocratis ſermone tantum accipere, quantū ad affectorum locorum notitiam neceſſarium eſt. Si prius eius verbi, quod in libro de articulis a nobis explicatū eſt meminerimus, vbi inquit. Vertebrarum aūt quæ in ſpina ſunt, quæcunque per morbos in gibbum trahuntur. Vultu nimirū non ſolum ad interna, vertebrarum luxationem, quam lordoſin, id eſt excauationem, vocant: ſed eam quoque, qua retro vertebræ labuntur, comitari tenſiones, quæ ad partes fiunt internas, trahentibus

qui ibi præter naturam consistunt, tumoribus neruosa corpora. Igitur vbi vnica duntaxat vertebra, aut etiam duæ, aut tres sese deinceps consequentes distrahuntur ea parte spinam cauari contingit. Vbi vero inter distractas vertebras, vel vna, vel plures illæsæ permanserint, sic affectis gibbus accidere solet. At si in alterutram partem, vel dextram, vel sinistram distrahat, ibidem in obliquum torquebitur spina. Atque in eo quem præmisimus sermonē, vtriusque mentionem fecit Hippocrates: excauationis quidem, quum dixit. Quibus secundum rectitudinem tumor incedit. obliquæ vero torsionis, dicens. Quibus vero alterutra pars afficiebatur. Porro exacte admodum atque vtiliter nobis (si legerimus) hæc conscripsit: per excauationem quidem, neminem fieri paralyticum, quod fit vbi pars aliqua resoluit: per obliquam vero torsionem, malum ad manus vsque procedere, significans ipsum ad infernas partes, vt costas lumbos, crura, non posse descendere.

COMMEN: VIIII.

PRINCEPS hac in litera q̃ angina ex spõdilium delicto congesta, eundem percurrit sermonem: & antecedenter refert, q̃ qui in mollitiem ex angina propter spondylis vitium cõcitatam, incidunt, nec totum per corpus, sed per manus duntaxat diffunditur: illam secundum partem, in qua præfocatio contexitur. ¶ (atque) inter obliquum, rectum'q; tumorẽ abhorrentiam commouet: qui enim retortum habent tumorem concoctum quoq;, modicũ, quadam tamen cum angustia screant: sed qui rectum retinent, ii expuendi, leuiori quum angustia vim lucrantur. ¶ (at) si febris connectitur, quæ accidentia contrahuntur, exponit, quoniam eo tempore laboriosa funguntur spirationes; & quum loquuntur, sputum excludũt venæ tumidiores apparent, pedes gelidissimi repperiuntur, & sibi festinãter haud decesserunt; erectionem tolerare nequierũt, quamuis cuncti, quos ipse agnouit, animam reddiderint. ¶ (totam) complura indicat: & quo in libro simile assentauit colloquium, repetit animo: & q̃ angina quæ ex spondylium contortione, nullo affectu, tumoreq; in faucibus existente, machinatur, quæ raro excogitatur,

Hippocrates pluribus accidisse, profitet: Præterea ꝙ huiuscemodi ꝓfocatio absq; gucturis apostemate, necnon virtutis partium gucturis destitutione, non nisi prima, aut secunda in spondyli molitur. ¶ Et citra hæc quæ in prima efficitur spondyli, minime tantam suggerit atrocitatem, sicuti quæ in secunda constipatur spondyli, causam porro detegit: quia omnis superior nucæ pars, inferiores nobilitate excedit, iccico quanto a prima, secūdaq; inferior innascitur dispositio, tanto iocundiorem subministrabit iacturam. ¶ (Nam) de spiratione instrumenta enudat: & tria asserit, nā vt per dissectionem docuit, septi transuersi nerui sub quarta, quintaq; spondylium insurgunt: secundo ꝙ libera citraq; reluctationem anhelitus actio, solo a septo transuerso purgat. tertio ꝙ si vehemētiori indigemus spiratione, tunc septum transuersum non sufficit: sed a musculorum actione inter costas residētium ꝓsidium imploratur, sed si maxima egebimus spiratione, eo tempore superiorum musculorum actio aduocatur: & sic ad spirationis abhorrentiam, abhorentes concurrunt actiones, vt lucidius in theorematibus persuasum habebitur. ¶ (in ꝓsentia) bina tanq̄ principalia denudat: vt ꝙ de Hippocratis expositis, tantum decerpere instat, quantum ad in-

teriorum refragatorum membrorum scientiã conducere, per opus erit. ¶ Secundo Hippocratis de gibbositate in libro de articulis annotata, pdicat promulgat enim ꝙ spondyles quæ in ossibus dorsi per morbos scilicet acutos in gibbum trahuntur, idest gibbosi fiunt: sentit Hippocrates ꝙ non modo luxationem seu contortionem spondylium interius lordosin scilicet excauationem, vel tetanum nuncupatum, tumorem pternaturam consequi qui gibbus fertur: sed etiam eam luxationem, qua spondyles retro vertuntur: qui tumores præternaturam, neruosa trahunt corpora: ¶ secũdo vbi vna spondylis, aut geminæ, aut tres ad inuicem trahuntur, dorsum eodem in loco cõcauatur: ¶ tertio quãdo inter vertebras interius tractas, vna, vel plures sospites permanserint, non concauitas, sed gibbus moliri assueuit: ¶ quarto si vertebrarum deplicatio, in vno vt dextro, vel sinistro contexitur latere, dorsum in eodem declinat. qua de re lateralis dicetur tortio, nec vere perhibetur gibbus, quoniam gibbus tumorem, siue eminentiam præsupponit: modo quum spondyles ad latera deflectũtur: minime inminet tumor & hæc spondylium ad latera atractio, contorsio nominanda: ¶ quinto actendit, ꝙ Hippocrates vtraq; de tortione orsus fuit: & de ea quæ secundum

cūdū rectitudinē fabricaſ, q̄ ſi ad exterius ger minat, exterior ferſ gibb9, ſi vero ad interius interior nuncupatur, ſi autem alteram ad partem contorſio: poſtremo de aſſerti ſententia autumat: per rectam contorſionem nunq̄ reſolutionem innaſci, ſed ſpondylibus aliquod in latus declinatis decenter deflui pōt: & hoc quum dixi malum vſq; ad manus procedere, indicans, ipſam ad infernas partes, vt coſtas, lumbos, crura haud protrahi, vim habere:

Ex his hæc colligo memoratu digna:

¶ Ex angina ſpondylium impulſu congeſta, particularē dūtaxat machinari paralyſim, ſentit.

¶ Angina ex ſpondylium crimine laborantes, ſi febris connectitur, cunctos vita priuatos eſſe teſtatur.

¶ Anginam ſpondylium erratu, tumore, virtutisq; gucturis imbecillitate relegatam, nō niſi primæ, aut ſecundæ ſpondyli accidere, teſtimonium reddit.

¶ Præfocationem in ſecunda ſpondyli deteriorem priori, denuntiat.

¶ Superiorem nucæ partem, inferiori præſtantiorē eſſe, princeps gloriaſ.

¶ Diſpoſitio quo primis geminis ſpondilibus inferior excogitatur, tanto minus corpori ſubminiſtrat diſpendium.

¶ Sicuti ad anhelitus modeſtam indigentiam, ſe

pti transuersi duntaxat: paripassu ad maiorem lacertorum inter costas residentium actionē, & ad maximam, superiorum compelli, profitetur:

¶ Spondylium in ossibus dorsi contorsionem geminam esse, aut secundum rectitudinem, & sic gibbum interiorem, & exteriorem emergere, aut secundum obliquum ad latus, & sic contorsionē tantū, iactat.

¶ Spondylium in obliquum, non aūt in rectum cessionē paralysim cōcitare, efficit.

IN primis itaque hoc nobis sciendum est, alia quidem sequi accidentia, laborante spinali medulla proprio affectu, siue id ex sola intemperie fiat, siue simul humore quopiam affluente, vt in erysipelate, inflammatione, atq; vlcere putri: alia vero vbi vel vna, vel plures vertebræ afflictæ luxantur. Quippe vbi proprio affectu spina ipsa laborat, siue id in dextra, siue sinistra parte eueniat, citra tamen vertebrarum luxationem, & quidem si in altera parte duntaxat afficiatur, omnium inferiorum corporis partium, quæ e regione nocumenti constituuntur, tam sensus q̃ motus læditur. Si vero vtraque pars affe-

cta est, omnes particulæ tã in dextra quã sinistra parte, ei quæ læditur subiectæ, similiter resoluuntur. At luxata vel ad gibbum, vel ad concauum vertebra, fieri potest, vt nulla omnino partium inferiorum vel in sentiendi vel mouendi facultate vitium percipiat. Atq; fieri etiam potest, vt lædatur, eo videlicet modo, qui ab Hippocrate in libro de articulorum affectib⁹ definitus iam est. Quum enim angulosa (vt ipse nominat) fit spinæ luxatio, id est quum non paulatim, sed affatim, perinde ac si frangeretur, pars aliqua curuatur, subiectas partes omnes lædi necesse est. Paulatim vero facta luxatione, atque in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ commotæ vertebræ supponuntur. Sed in obliquum luxatio lædit omnino eas partes, ad quas nerui ex luxatis vertebris procedentes, perueniũt. idq; magis in ceruice, in thorace minus, sed multo minus in lumbis accidere solet. Siquidem in ceruice, vertebræ inter se cõnexæ, æqualiter, vtræq; conferunt foramini vnde neruus procedit: in thorace autẽ superior magis, inferior minus. Sed in lũ

bis, totus neruus ex superiori excidit vertebra, vbi si transuersa eueniat vertebrarum luxatio, eadem secum trahens & spinam & neruum, illæsum seruat ipsius secundum naturam ortum. In ceruice vero ex loco medio inter duas vertebras procedentes nerui, per obliquas luxationes, in ea quidem parte, ad quam spina ipsa deflectitur, opprimuntur, in altera vero tenduntur. Porro tensiones quidem, vbi ingens quoque inflammatio accesserit, conuulsio comitatur. Ad compressiones vero earum partium, ad quas oppressus neruus peruenit, paralysis, id est resolutio, sequitur. Igitur non ab re in ea angina, cuius in præmisso sermone historia narrata est, ad manus vsq; superuenit resolutio, vtpote procedentibus neruis ex fine ceruicis ad manus: Quippe sub ceruice thorax est, a cuius vertebris emergentes nerui, non ad manus, sed ad spatia intercostalia transmittuntur, paucis, qui ex primis procedunt, exceptis. Igitur p eas quas nuper diximus vertebrarum luxationes, reliquæ faciei partes omnes, neq; in sensu, neque in motu noxam subeunt.

Porro genæ duntaxat sine mandibula læduntur, vt quæ a musculosa latitudine: id est lato musculo, mouentur. Constat itaq̃ ꝙ musculi quibus mouendi vis aduenit per neruos, qui a ceruicis vertebris orti, in ipsis disperguntur, noxam non euadunt; si & spinam, & prouenientes ab ipsa neruos, affectus quispiam infestauerit. Verum qui & quot sint huiusmodi musculi, ex neruorum, qui a spina oriuntur, dissectione didicistis, veluti alia quoq; cognitu necessaria accidẽtia, quæ sequũtur, vbi spinæ ipsius vertebræ, vel in gibbum, vel concauum, vel etiam transuersum luxantur, ex secunda particula commẽtariorum, quos in librum de articulis edidimus, omnia cum propriis demostrationibus accurate conscripta habetis. Quorum summas in præsentia commemorasse operæpretium fuerit. Equidem nonnulla iam percurri.

COMMEN: X.

HAC in oratione de spinalis medullæ oppugnationibus, suam huc vsq; consectatur rima

tionem: in qua complura ꝓmulgat: & principaliter inter nucæ per essentiam perturbationem, spondyliumq́; aut vnius, vel multorum affectorum, absurditatem reconciliat: & hoc quum promit, alia quidem sequi accidentia, spinali medulla proprio detenta ab affectu, siue id ex sola intemperie fiat, vel cum humore vel cum apostemate calido: alia vero vbi plures, vel vna spinalis medulla constringuntur. (quippe) abhorrentiam tali filo illustrat: aut spina propria refragatur afflictione, idest secundum propriam essentiam, siue afflictio in dextra, vel in sinistra machinatur parte, spondylibus dorsi, neq́; motis, neq; constrictis, & eo tempore cunctæ inferius residẽtes partes, secundum detrimenti regionem, vno solo in latere, laceratione vigente, in motu, sensuq; aduersantur: aut spina vtraq; obluctatur ex parte, & tunc omnes sedes tam in dextra, q̃ in sinistra mollificãtur: aut nuca vna in spondyli ad exteriora cõflectitur, vt gibbus molia tur· aut ad interna vt concauitas vendicetur: & sic, vt membris sub ea conglobatis, in sensu motuq; minime iacturam suggerat: congruum esse, coniicit. ¶ (Atq;) qualiter spondylium luxatio, aut vel ad gibbum, vel ad concauum partibus sub ea cõpaginatis, in sensu, ac motu incommodum subministrare potest: rese-

rat:& hoc de Hippocratis ratione in tractatu de articulorum morbis, vbi orsus est, ꝙ si spinæ contortio, nec paulatim, sed afflatim, ac si frangatur pars aliqua curuant, & sit angularis: ea tempestate necessarium est, vt cunctæ quæ sub illa conducuntur sedes, dispendium compatiantur. sed si paulatim, atq; in orbem idest rotunde fiet: sedibus illis nec aliquam erogabit noxam. ℭ (sed in obliquum) de spōdylis vnum ad latus tortura ratiocinatur: vbi sentit, si spondylis luxatio in obliquum fuerit tunc omnibus eis obsistit mēbris, ad quæ nerui ex contortis spondylibus descendunt: idq; plurimum in collo, in thorace minus, sed multo minus in lumbis: (si quidem) huius reddit causam, quū in collo spondyles inter se consti patæ extāt pariter foramini vnde neruus germinat, patrocinantur: sed ex thoracis spondylibus superior maiorem obtinet concauitatem, qua nerui ad eos penetrent: inferior minus: sed in lumbis vniuersus neruus ex superiori excidit spondyli in quo si contortio spondylium lateraliter moueatur: spinam, & neruum secum trahens illæsum secundum naturā seruat: ℭ (in ceruice) appēdit Galenus: ꝙ in collo, nerui loco ex medio inter duas spondyles descendentes, per spinæ tortionem accidit: vt eo in loco ad quem spina torquetur, ner-

uos constringi, in aliam vero extendi. ¶ (porro) quæ ad extensionem, neruorumq; coarctationem conuocantur: asserit princeps nam si neruorum extensio, magno ex apostemate innascitur: conuulsio consequitur, & hoc iacturæ impulsu, quæ cerebro impartitur: si vero coertio fuerit: eo tempore eorum membrorum resolutio associatur, ad quæ idem neruus distribuitur. ¶ (igitur) ex his superiora asserta, illustrat, quod ex squinantia spondylium causa, nec paralysis accidere potest, nisi vsq; ad manus, & hoc quum nerui ex ceruice vsq; ad manus deferantur. ¶ (quippe) exponit, quod ex spondylium thoracis incommodo, membra faciei ad motū, sensumq; salubriter se habēt: licet genæ quæ lato a musculo commouentur refragentur· cuius ratio annotatur, quia sub ceruice pectus conducitur: cuius a spondylibus nerui non ad manus, sed ad loca quæ sunt intra costas insurgunt: verum pauci excogitant: qui ex primis eius idest superioribus procedūt spondylibus. ¶ (constat) ex prænarratis infert, quod quicunq; lacerti motiuam facultatem per neruos a spondylibus colli innatos, vendicant, ipsi aduersantur, si nuca, & nerui ab ea prodeuntes, obluctantur. ¶ (verum) aliqua animo repetit, quæ euidentiæ impulsu reticeo, iccirco lege per te.

Ex his has dispono normas.

¶ Sicuti nuca secundum sui essentiam vna in parte duntaxat affecta, dorsi spondylibus, neq; concitatis, nec cohibitis, cunctæ inferius secundum detrimenti posituram, locatæ sedes, vno in latere in sensu, motuq; oppugnantur: pari via si vtraq; ex parte vexatur, ea tempestate omnes inferiores partes tam in dextra q̃ in sinistra mollificari, assuescunt.

¶ Nucæ secundum aliquem spondylium ad latus conflectionem, subiacentibus partibus in sensu, motu'q; dispendium minime gratificari, testatur.

¶ Ex angulari repentina'q; nucæ deflectione, locos sub illa residentes, iacturam aliquam, ex paulatina nullam consequi, ꝓfitetur.

¶ Spondylium in obliquum torturam, cunctis locis ad quos nerui illis ex spondylibus diriguntur, incommodum porrigere, prædicat.

¶ Ex spinæ deplicatione, quandoq; in vna parte neruos cõpesci, in alia vero extẽdi, enarrat:

¶ Ex neruorũ extensione conuulsionem, ex coarctatione vero resolutionem emergere, autumat.

¶ Ex spondylium tortura, præfocationem solicitatam, paralysim in manibus duntaxat excitare, refert.

¶ Ex thoracis spondylium perturbatione, faciei

ſedes ſenſu, ac in motu eorum ſub inuiolatione ſeruari, ſed minime genas, iactat.

¶ Quum nuca, ac ab ea pullulantes nerui lacerant, ſic & lacertos per eos virtutem adipiſcētes motiuam, lacerari, ſentit.

Supereſt itaq; vt ea quæ nondum tacta ſunt, tractemus, vt nihil orationi noſtræ deeſſe videatur. Porro ſcire debetis vertebras a ſuo poſitu luxari, aut ob caſum, aut ictū, aut tumorem præternaturā, neruoſa corpora, vertebri ipſis, atque ſpinæ inſita, extendentem. Horum duo ſunt genera: Aliud enim eſt partium quæ ſecundum naturam ſe habent: aliud earum quæ præter naturam tumores quidam, quos Hippocrates vno vocabulo comprehendens cruda tubera nominauit. Igitur manifeſtum eſt, quod in præmiſſa conditione, quam libro ſecundo de vulgariis morbis deſcripſit, ceruicis vertebris adiacentes muſculi afficiebantur, potuit etiam tuberoſus aliquis tumor accedere, ob quem concocta nonnullos ſcreare dicit, facta videlicet tuberum concoctione. Cur igitur eos anginoſos appellauit? an quia diffi-

culter spirabant, nullo existente vel in pe-
ctore, vel pulmone vitio. quippe hac in
re differt anginæ concursus a peripneu-
moniæ, & lateralis morbi concursu: atque
ex eo quod angustiæ sensus in gutture est
Præterea in præsagiorum libro videtur
anginæ nomine appellare omnes affectus
huic loco accidentes, quos spirandi dif-
ficultas comitatur: Inquit enim, Angina
periculosissima est, celeriterq; enecat, si
neq; in faucibus, neque in ceruice quic-
quam apparet, si dolor vehemens est, si
vix spiritus trahitur. etenim eodem die iu
gulat, licet interdum vsque ad alterum,
aut tertiū, aut etiam quartum protrahat
Quæ vero in reliquis, non minore quidē
dolore afficit, in faucibus vero tumorem
ruboremq; excitat, superiori non minus
periculosa est. sed longius spatium habe
bit, pcipue si vehemēs fuerit rubor. Sed
tū præcipue malum prolongatur, quum
non solum fauces, sed ceruicem quoque
rubor occupat. Maxime vero potest ab
ea secunda valetudo cōtingere, si rubor
simul & ceruicem & pectus comprehen-
dat, neque ad interna reuertatur erysipe-

las. Igitur ex iis verbis haud dubia conie-
ctura est, omnes affectus qui huic loco ac
cidũt, si spirationem quoquo modo red
dant deteriorem, ab ipso cynanchas, id
est anginas, nominari: nondum solitis me
dicis cynanchen per, cappa, synãchẽ ve
ro per sigma, nominare. tantum abest, vt
vel paracynanchen, vel parasynanchẽ di
cerẽt. Quippe tum primum homines res
ipsas neglexerunt, quum nimio studio
nomina quærere inciperent. Itaque qua
tuor inuentis nominibus, quatuor affe-
ctus significari dicebant. ac notas ipsorũ
scribentes, genus illud quod supra tra-
ctauimus, quum sermonem ex libro vul-
gariorum morborum secundo explicare
mus, omnino derelinquerũt. Atque hæc
sunt quatuor eorum genera: Primũ, vbi
fauces inflammantur. fauces voco inter-
num oris locum, vbi simul conueniunt,
& gulæ, & gutturis partes extremæ. Alte-
rum, quum neque fauces, neque reliquæ
oris partes, neque etiam externarum par
tium vlla inflammata videtur, laborans
tamen suffocationis periculum in guttu-
re sentit. Tertium, vbi extrinsecus circa

fauces inflammatio apparet. Quartũ, vbi gutturis partes, tum externæ, tum interiores similiter affectæ sunt. At supest adhuc alius ceruicis affectus, quem ipsi silentio præterierunt, vbi ad anteriores partes vertebræ luxantur, idq; vel solis interdũ musculis, qui cum ipsis communicant, tumore præter naturam affectis, vel nato ibi tuberculo. interdum etiam gula pariter vitiata. nonnunquam musculis quoque qui gulam gutturi iungunt. quinetiam propriis aliquando gutturis musculis, q ipsum aperiunt, oblæsis. Per omnes id genus affectus, spirandi quidem difficultas oboritur: sed citra suffocationis periculum, laborantes difficulter deglutiunt atque dolore afficiuntur, idq; præcipue, quum potus eis per nares resilit. Accidit etiam interdum vt excedente inflammatione, & lingua, & fauces, in tumorem attolantur, quemadmodum & Hippocrates ipse tradidit. Verum huiuscemodi cognationum enarratio, proposito nostro nihil conferre videtur. Nam lingua affecta aliæ quoq; actiones deperdũtur,

COMMEN. XI.

Præsenti in litera de nondum agitatis, agitare pergit: vt de spondylium causis suo a loco liberantium, ac anginæ speciebus, & quæ letales quæ vero felices instituendæ: ℂ (Supest) hic suam detegit intentionem. ℂ Secundo (porro) causas tres ex quibus spondyles eorum a naturali loco exterminantur, asserit: vt ex casu, aut percussione, vel crassitie, seu tumore pternaturam, qui corpora neruosa in spondylibus, & spinæ iuncta extendit, & tali ab extensione spondyles loco a proprio relegãt: & tumoris gemina constituuntur genera, vt subdit, vnum est partium secundum naturam: aliud est eorum quæ præternaturam extant, quod Hippocrates cruda tubera idest incocta nuncupauit. ℂ (igitur) quod Hippocrates epidimiarum in libro orsus est, exponit. ℂ (cur) probat cur Hippocrates passionem gucturis dictam, anginam appellauit, & in hoc binam expedit causam, & quia cum anhelitus difficultate, actionem consequuntur, nullo in thorace, aut in pulmone dispendio compaginato & ĩ hoc anginæ accidẽtia, a peripneumoniæ, lateralisq; morbi accidentibus abhorrent: & quoniam ipsa laborantes, de gucturis angu-

stia dilacerari, profitentur. ¶ (praeterea) suum Hippocratis in p̄sagiis consilio, votum munit: quum cunctas gutturi obsistentes affli ctiones, quas anhelitus durities concomitat, anginam esse, enarrauit. ¶ (inquit) absurdas anginae differentias absoluit: quoniā vna machinatur, quae extremum minatur naufragiū, vt in quatuor dierum spatio, mortalē ad expi rationem impellit, & haec est illa, quae nec in faucibus, nec in gutture eminet: & si dolor vehemens sentitur, & si vix spiritus lactatur eodem in die martirizat, licet quandoq; vsq; ad quartum protrahatur: cuius ratio a Galeno tertio p̄sagiorum com. xxi annotatur quoniā hoc in gutturali affato spatio, duo resident meatus: quoniam vnus est meri, & alter est epiglotis idest tracheae arteriae: quum ergo in aliquo horum amborum foraminum aliquid extra naturā haud inspicitur: tunc nec lateat, ꝙ apostema in locis qui intra epiglotum connectuntur, molitum excogitatur, id quidem causa, p̄focationem concitandi, statuitur, q̄a meatus anhelitus a natura est angustus: quum ergo accidit, vt illorum membrorum apostemate, prorsus coarctetur, cubantem a p̄focatione strangulari, per opus est: & hac de causa compellitur, quum anhelitu fungi hortatur, suam p̄parare ceruicem, vt epiglotis meatus

ſaltem parum aperiatur: q̄ eſt quia ſuper collū decubitus, epiglotum penitus claudit: quoniā ſedes quæ ab anterioribus extant ſupra illas quæ ſunt retro verſus ceruicis ſpondyles deplicantur: & huius, necnon apoſtematis impulſu, vt dolor cruciet, neceſſarium opinatur. ❡ (quæ) ſecundam anginæ pandit differentiam: quæ eſt, cuius tumor, ruborq; in gula cōſpiciuntur, & eximia cum acerbitate laborantem diſcrutiat: ac ſuperiori minus formidanda, verum hæc magis micronoxia, præcipue ſi ingens conglobatur rubor. cuius ratio taliter teſtificatur: quum hac in ſecunda ſpecie, minime tam immenſa anhelitus ſuperbia concitatur, eo q̄ epiglotis lacerti non ita maxime apoſtemantur. ❡ (ſed) tertiam quidem monet differentiam: & eſt illa cuius rubor in gula colloq; apparet: quæ aliis anginæ ſpeciebus incolumior cōiicitur: ſi rubor collum, thoracemq; amplectitur, & quum hoc neq; ad interius rubor cedat, quoniam in hac neq; vehementes crudelitates, neq; prauæ, nec anhelitus difficultas conuocantur. immo epiglotis diſpoſitio ab egritudine purgata exiſtit: & haud ſanies in ea, niſi in gucture, aut ceruice, aut in vtriſq; ſimul colligitur ❡ (igitur) tria aſſerit, & q̄ omnis oppugnatio in gucture copulata, ſpirationi, & expirationi reluctans, anginam

perhiberi,

periberi, imperat. ¶ Secundo q huiuscemodi afflictio quatuor nominibus nuncupatur, cinanchen, sinanchen, paracinanchen, & para sinanchen. tertio q vti expositæ passioni quatuor induuntur nomina: paripassu & totidem species impartiri queunt. ¶ Quarum prima exponitur, vbi fauces inflammantur: quid aũt per fauces sentit, denudat: & hoc quum ait: fauces vero voco interiorem oris locum, vbi simul & gulæ, & gutturis extremæ partes cõueniunt. ¶ Secunda est, q tumor nec in gula neq; in ore, neq; aliquo in loco exteriorum innotescat, contristato in faucibus de suffocatione cõquerẽte. ¶ Tertia quãdo externus in gula tumor vulgatur. ¶ Quarta quũ exterior iteriorq; pars dissipat. ¶ (at superest) quintã agninæ speciem ab eis intactam, indicat, & est porro, quando spondyles anteriorem ad locum commouentur: & hæc quinq; de causis germinat, aut quia musculi qui super spondyles sunt, præter naturam tumore ingrossant: aut quia tumor in eo prodit præternaturam, aut gula male affecta, aut musculis qui meri cum gutture constipantur, compatientibus, aut familiaribus gutturis musculis, qui ipsum aperiunt, perturbatis, ex quibus anhelitus duritties insurgit, transgluciendi labor quũ dolore: qui præsertim molitur, quum potus quem

inescauit, ad nares declinat. ¶ (accidit) bina claudit, vt copiosum gutturis apostema, linguam, gulamq; societatis causa, percutit: & q hoc in loco de linguæ apostemate haud asserere profitetur: quum ex linguæ detrimento, aliæ obluctentur actiones.

Ex his has compilo regulas.

¶ Spondyles eorum ab instituta sede tripliciter casu, aut percussione, vel tumore præternaturam exterminari, testatur.

¶ Omnis gutturis perturbatio, cum qua spirandi difficultas, nullo in thorace, aut pulmone dispendio existente, aut deuorandi angustia conuocatur, anginam nuncupari, enarrat:

¶ Anginæ quinq; species esse, prædicat.

¶ Gulam aũt cõcauum quod est sub ore, vsq; ad gutturis extremum sentit.

¶ Spõdyles ad anteriorem cogi partem, quinq; de causis moliri posse, autumat.

AT vbi vnica duntaxat actio læsa est, & sedes affectæ plures, tum nostri instituti est, vt ex reliquorum accidentium varietate eas discernendo inueniamus. Quippe nullo spiritalium instrumentorum quoquomodo, neque primario, neque per consensum affecto, fieri minime potest,

vt ſpiratio lædatur. Quum itaque multa ſint ſpirandi inſtrumenta, ac numeroſa quoque partium multitudo, quibus ipſa conſentire conſueuerunt, non ab re multa diſcretione indiget is, qui & primario affectas, & conſentientes ſedes, inuenire conatur. Igitur ex ſola ſpirandi ſpecie, illico nonnihil & de affecta ſede, & de ipſa diſpoſitione coniicere licet. Quippe ſi videatur laborans, inter ſpirandum, totũ mouere thoracem, vt in parte quidem anteriore, ad iugulum, in vtroque latere ad ceruicem, in parte poſteriore ad ſcapulas vſque, motus ipſius aſcendat, tres ex huiuſmodi ſpiratione diſpoſitiones ſignificantur. Vna eſt flammea in pulmone atq; corde caliditas. Altera in aliquo ſpiritalium inſtrumentorum anguſtia. Tertia eſt facultatis muſculos thoracis mouentis debilitas. Quumq; huiuſmodi ſpirationem conſpexeris, in primis arteriæ pulſationẽ perpendere oportet, hæc enim quantus ſit calor indicat. Atque de iis in libro de præſagiis a pulſu, iam ſcriptum eſt. Deinde ſpirationem ipſam conſidera, an multa, an frequens, an exufflando fiat. Poſtre

mo thoracem in pectore tange, quem si ardentem inueneris, iam omnes copiosi caloris notas te habere nō dubita. Quib⁹ ex abundantia accedit, faciei, oculorūq; rubor, capitis ardor, sitis vehemens, lingua arida, & salebrosa, dicente infirmo ardere sese. Vbi vero incendii signis modū seruantibus, thorax vehementer dilatatur angustiam in spiritalibus instrumentis esse portendit. Itaque consideres oportet, an guttur sit affectum, an pulmo, an thorax ipse humoribus impleatur, an tubercula in ipsis nata sint, quo in genere etiā abscessus numerantur. Atqui gutturis affectus, tum primarios, tum eos quibus p consensum infestatur, iam percurrimus. Pulmonis autem, thoracisq; vitia, paulo post accuratius persequemur. Nam in p̄sentia spinæ duntaxat affectus tractare p̄posuimus, tum alios tum illos qui ei per imbecillitatem vocatam accidere solent. Porro solet imbecillitas accidere, interdū cerebri vitio, vtpote a quo, & sentiendi, & mouendi facultatem recipit. Interdum ipsa duntaxat spina primario affectu laborante, idq; ob peculiarem intemperiem,

vel toti ſpinæ vel diuerſis ipſius partibus aduenientem, quam vulgarium medicorum mentes nequaquam comprehendere valent, quum tamen creberrime videant laborantes quoſdam adeo proſtratos vt vix digitos poſſint mouere, quamuis omnibus thoracis partibus ſpiritus trahatur, nullo ardente colore ad magnā ſpirationem ipſos cogente. Id vero ob huiuſmodi cauſas eis accidit. nam dum quieſcit animans, liberam ſpirationem, ſolum ſeptum tranſuerſum, modo valeant vires efficere ſolet. Vbi vero ob infirmitatem ſpirandi munus perficere non valet, tum intercoſtalium muſculorum concurrit auxilium. Quod ſi præterea maiori animal ſpiratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes, quorum maximi ſcapulas ſecum manifeſte mouent, ad ſpirandi actionem requiruntur. Quum itaque hominem ſpirandi opus omnibus thoracis partibus pficere videris, non fuerit tamen frequens ſpiratio, quantum thorax dilatetur perpēde. Inſuper & narium pinnas, etenim ipſæ quoque & dilatantur & cōtrahuntur. Dilatatur autem thorax quidem, verum

non similiter vt in ardentibus febribus, quum adhuc valent vires. Nam in iis magna ex parte totus thorax dilatari consueuit. neque etiam vt in illis, quibus id euenit ob aliquam spiritalium instrumentorum angustiam, vt in angina, atque in dyspœa, quam fluxio affatim descẽdens induxit. neque quibus ab vtraque causa prouenit, vt in peripneumonia. Quippe hoc morbo affecti, & maxima & frequentissima spiratione vtuntur. Cæterũ quẽadmodum ob virium infirmitatem, ita ob vnius quoq; particulæ particularem imbecillitatem, omnes thoracis partes dilatari coguntur. Igitur athleta Secundus nomine, qui satis quid pateretur intelligebat, sentire se manifeste in septo transuerso dixit imbecillitatem. atque iccirco cogebat intercostales musculos sine intermissione mouere, atque nonnunquam superiores quoque, interdum autem zonam circundans præcordiorum partibus, sola transuersi septi motione, sufficienter spirabat, quo tempore quiescebat. Verũ an ad septi transuersi musculum, an ad neruos qui ad ipsum perueniunt, an ad ag-

gregatum ex vtrisque pertineat huiusmo di imbecillitas, mihi quidem explicatu p difficile videtur. Idem spirationis genus etiam in alio quodam notaui, quem quũ aliquando equus in præcordiorum regione calcitrasset, adeo atrociter, vt oborta in septo trãsuerso inflammatione, mortis periculum immineret. Is licet euaserit a periculo tutus, ab imbecillitate tamen liberari nequiuit. In alio etiam, qui a vehementi peripneumonia infestabatur, brachii tam externæ quam internæ partes, a cubito ad summos vsq; digitos, sensus difficultate laborauerunt, atque motus quoque nõnihil læsus est. Huic præterea nerui, q in primo atque secundo intercostali loco inueniũtur, noxam subierũt. quorum primus nõ cõtemnẽdæ magnitudinis, per intimas partes abditus defert, sed ei qui ipsum præcedit admixtus, atque multifariam diuisus, vt in arte secandi corpora videre est, cuius etiam partes aliquæ per interiorem cubiti regionem, vsque ad digitorum extrema perueniunt. Alter vero neruus tenuis quidem, nulliq; admixtus, per axillam sub cute ad brachium defert,

dispersus per cutis tam exteriores, quam internas partes. Huic homini celeriter sanitas reddita est, adhibito medicamento ei loco vnde nerui prodeunt, iuxta primum, ac secundum intercostale spatium: Iam sanati sunt quoque nõnulli, quibus vtrunq; crus paululum resolutũ erat adaptato lumbis medicamento in eo spinalis medullæ loco, vnde cruribꝰ nerui adueniunt, nullum resolutis cruribus medicamen adhibendo. neq; enim ipsorũ, sed medullæ proprius erat affectus. Vidimus alium, cui magna oborta suppuratione in altera nate, iuxta cruris initium, nerui eiusdem cruris per incisionẽ nudati sunt sed ea parte sanata, toti membro mouendi difficultas accidit. Itaque coniiciens durum quidpiam, a priori inflammatione in neruo derelictum, quod huiusmodi dispositionem induceret, affecto loco idoneum medicamen adhibendo, hominem perfecte sanaui: Quod autem de partibus faciei dictum est, id de reliquis quoque omnibus est intelligendum.

Nota

COMMEN. XII.

DE nuce pturbationibus præassumpta oratione, hac tempestate de eis vt thorax, septumq; transuersum aduersantur: necnõ & in vniuersali cuntis de eius affectibus vsq; ad anum cõtemplari, insudat: eius quidem colloquiũ minime vnicam amplectitur partem, vt in examinatione apertius intuebitur. ¶ (At) primo cõspirat, vbi actio vna fuerit affecta & partes oppugnatæ complures, tunc præceptum constituit princeps, vt ex aliorum absurditate accidentium, eas dignoscamus. ¶ (quippe) hæc litera geminum conuocat sensum, vel q̃ anteriorem denudat, aut q̃ hic probare instat q̃ anhelitus actio haud obluctari potest: nisi aliquod spiritualium instrumentorum, vel per essentiam, aut per consensum compatiatur: ¶ (quum) autumat, q̃ quum complura spirationis instrumenta excogitentur: nec absq; ratione eximia egemus perquisitione, vt quæ p essentiam, & quæ per consensum affecta existũt, dignoscamus ¶ (igif) ex simplici anhelitus qualitate, repugnatum instrumentum, eiusq; repugnationem comprehendere, monet: & hoc quum sentit, si contristatus inter respirandum, vniuersum commoueat thoracẽ

ita vt anteriori in parte eius motus ad iugulũ idest furculas, & lateraliter ceruicem, & parte in posteriori ad scapulas idest dorsa spatularum se protrahatur: eo tempore huiuscemodi valida spiratio, tres indicat dispositiones: aut pulmonis, cordisq; nimium incendiũ: vel in aliquo instrumentorum spiritus angustiã: aut virtutis lacertos thoracis concitantis lapsum. ¶ (quumq;) articulatim supra assertas diiudicare pergit: antecedenter expulsu, quũ ipse caloris affluentiam statuit: vt in prouidẽtia de pulsibus annotatum est, quoniam pulsus velox, frequens naturalem citra dispositionem, caloris copiam portendit. secũdo ex spirationis liberatione an multa, an frequens, an exufflando moliatur. tertio thoracem in pectore scilicet in eius teneritate tange, q; si incensum deprehenderis, tunc his ex argumẽtis, ac etiam faciei, oculorumq; rubore, capitis ardore, siti intensa, lingua arida, salebrosaq;, magnam spirationem, in pulmone, corde q; caloris exundantiam decernere, refert. ¶ (vbi) secundum illustrat: quum enim incendium suum obseruat modum puta naturalem thorax in mensc dilatatur, & quum supra agitata vestigia absunt: sic aliquo spiritualium in instrumento coarctationem esse, censendum. ¶ (itaque) quum his coniecturis alias sciscі-

tari hortatur: videlicet an guttur afficiatur, an pulmo, an thorax ipse succis exuberet, an turbercula in eis congesta inspiciantur: quorũ impulsu, spiritualia instrumenta ab angustia detineri, compelluntur. ¶ (atqui) quandã suã diluit excusationem, quam eius euidentiæ causa, sileo. ¶ (nam) eius promulgat intentionẽ ꝙ de nucæ oppugnationibus, eiusq; defectione ratiocinari, insudat: & ex hoc eam dissẽminare auspicatur, vt quorsum nuca viriũ lapsum vendicare, potest: bifariam profecto innasci, inflammat: aut cerebri vitio, a quo vtrãq; facultatem, sensitiuam, motiuamq; iactat, aut iniqua ex intemperie, vel in vniuersa, aut eius variis in partibus connexa, quam in quinatã doucrasiam populares medici haud discernere, queunt: quum conspiciant quandoq; aliquos laborantes, adeo prostratos, & mollitiem tolerantes, vt digitos commouendi, vix facultatem obtineant: quãuis anhelitus quum omnibus thoracis partibus exequatur, nec aliquo eximio calore ad summam eos compescente spirationem. ¶ (id vero) hic postremam magnæ spirationis detegit dispositionem; videlicet ex virtutis imbecillitate, sed priusquam hoc absoluat instrumenta tam ad naturalem, quam ad innaturalem anhelitum conuocata, exponit: si enim animal quiescit, scilicet ab in

cendio,& vires neruosæ vigent: tunc ad liberam spirationis actionem, duntaxat septum suppeditat transuersum:sed si ipsum perturbatur, vt eius munere haud decenter vt conuenit fungi possit:eo tempore musculi intercostales implorantur, vt spirationis actioni suffragio extant: q̄ si affluentiori animal indigeat anhelitu:tunc cuncti supiores musculi vt anhelitus actioni adminiculentur, concitantur: his purgatis, suum exequitur propositum, vt quū aliquem omnes thoracis partes commouere, intueris, & aerem crebro, continue per nares minute atrahere thoracis dilatationem exquire, quæ erit modica, & nec pariter dilatationi, quæ acutissima ex febre germinat, aut eorum, qui immesum possident anhelitum, ex viarum spiritus angustia, vt in angina, atq; in dyspnœa idest stillicidio copioso, quam angustiam, fluxio affatim ad spiritualia solicitauit neq; quibus vtraq; a causa prodit: vt in peripneumonia, & narium extremitates inquire, q̄ penne, seu folia nuncupantur: quoniam ipsas constringi, coniūgi, plicatasq; fieri inspicies: qua de re qui hoc cruciantur affectu, scilicet peripleumonico, anhelitum magnum, frequētissimumq; lucrātur: post id subdit q̄ vti omnium lacertorum thoracis defectus, cunctas eiusdē thoracis sedes dilatari, paruulo ex par-

ticulari, compellit. ¶ (igitur) sua asserta per figuram lineat (vt sue extant partes) & hoc in quodam qui secundus nominabatur athleta: quam per te percunctare. ¶ (verum) imbecillitatis septi transuersi causas dilucidat: vt huiuscemodi destitutio an musculi eiusdē septi transuersi, an neruorom qui ad ipsum pergūt vel ex vtrius crimine pullulet, enodatione, difficillimum extat: postea exemplificat, quia quum hunc quoq; anhelitum quodam in mortali conspexisset: eo q indiafragmatis regione equus calcitrasset, adeo vehementius, vt apostemate ibi cōgesto, necis naufragium incurrit, quare is quāuis ab expirationis timore fuisset absolutus, a partis defectione distrahi minime potuit. ¶ (in alio) quodam in alio a peripneumonia atrociter detēto, specificat, qui sensus duritiem acubito vsq; ad digitos patiebatur, nec aliqua in motu contexta iactura: necnon & nerui inter costales conglobati, qui primo, secundoq; loco resident, afficiebantur & alia quæ perquire, eo loco vnde ipsi nerui emergunt: præsidiis quidem acceleratis, iam integram vendicatus fuit in columitatem: his Galenus haud exatiatus, alias effigies enarrat, quoniam quidam mollitiem geminis in pedibus minutim substinebat, & leuamine circa nucam adhibito, quum ibi dispendium

vigeret, raptim ad integrum fuit reuocatus:
¶ Alium, eximiam altera innatæ suppurationem tolerantem, conspexit: prope cruris exordium, vbi nerui per secationem manifesti fuere, quare eo loco curato, mouendi durities remansit: vnde sentiens a pristino apostemate aliquod durum in loco copulatum esse quod partis motui reluctebatur: idcirco refragato loco, adminicula adiecit: & ita homo probe sanatus fuit: quod ergo de faciei partibus ꝓmulgatũ fuit. idẽ de cæteris sentiendũ.
Ex his has dissemino disciplinas.
¶ Eximiam spirationem vnum horum aut pulmonis cordisq; incendium: aut spiritualium instrumentorum angustiã, vel virium lacertos thoracis mouentium lapsum indicare, testat.
¶ Vehementi in anhelitu, vti velocem, frequẽtemq; pulsum, copiosæ, frequentisq; spirationis explicationem, thoracem nimis calefactũ faciei, oculorumq; ruborem, linguam salebrosam immensum in pulmone, cordeq; calorẽ, parifilo aduersa spiritualibus in instrumentis coarctationem statuere, ꝓdicat.
¶ Nucam aut cerebri, aut suæ essentiæ delicto destitui, assueuerat.
¶ Sicuti ad naturalem spirationis actionem septum transuersum duntaxat, paripassu ad maiorem, inter costales musculos, & ad maximã

& intercostales, cuntosq; superiores insudare, asserit.

¶In homine magnum obtinente anhelitum, in quo thorax, nec ita vt in febre vexatis dilatat, narium folia constringuntur, plicantur, copulanturq;, ex virtutis lacertos thoracis commouentis, imbecillitate innasci, profitetur.

¶Vti in vniuersali lacertorum pectoris detrimento, cunctas eius partes dilatari, pariter in particulari consequi, testimonium reddit:

¶Aliquo ex horum trium erratu scilicet musculi septi transuersi, aut neruorum ad ipsum distributorum, aut vtriusq; septum transuersum defectionem vendicare, denuntiat.

¶Qui aliqua in corporis sede percussionem durat, licet ab interitus pauore subtrahatur: sed a partis destitutione minime, refert.

¶Neruorum afflictiones ex subsidiis circa nucã connexis habiliter demoliri, testificatur.

Quippe vnica duntaxat pereunte actione, solum musculum, qui ipsam efficere solet, aut neruum ipsius, affectum esse putandum est. At vbi plures actiones vitiatæ sunt non eodem in loco, accidit interdum omnes eius musculos a communi aliqua causa lædi. fieri etiam potest, vt

neruus aliquis, qui musculis illis commu nis est, afficiatur. Præterea piscator quidã quum in fluuio pisces venaretur, adeo circa sedem, & vesicam infrigidatus est, vt ipso inuito effluerent & excrementa & vrina. Atque hic quoque per calida remedia affectis musculis adhibita, celeriter sanus euasit. Item alius eiusdem molestatus accidentibus, sine tamen manifesta causa, læsis circa os sacrũ neruis, multo tempore per multa præsidia, vix sanatus est. Igitur quod protinus ab initio dicebam, illius nunc quoq; mentionem faciendo, ad alia me diuertam. Etenim si ex arte quæ corpora secare docet, ad quam particulam descendant singuli nerui, a spina prodeuntes, cognoueris, affectas sedes quam facillime inuenies. Ex artis itaque actionibus horum omnium examen re ipsa deprehendite. nanque sæpenumero vidistis ex huiusmodi notitia, manifeste iuuari laborantes. Quippe non solum crura, & manus temere ac frustra vulgares medici, tota die noctuq; calidis medicamentis illinunt, prætereuntes locum, vbi vel spina, vel neruus aliquis ex ipsa emer

gens,

gens, læditur: Verum etiam caput cuiusdam, non ita pridem, impositis medicamentis vehementer calidis, vlcerauerunt putantes sensum ipsius grauiter læsum, hoc pacto posse reuocari. Atque hunc ipsum sanauimus, inuenta sede affecta, tũ ex reliquis accidentibus, tum ex euidentibus causis. nam super singulis interrogauimus. Quarum vna huiusmodi erat. Quum sub multa pluuia ac vento impetuoso ambulasset, pallium circa ceruicẽ madefactum aiebat, adeo vt vehementi se frigore in ea parte affectum sentiret. Itaq; si scieueris ex primis spinæ vertebris, quatuor neruos ad caput ascendere, a quib9 pellis ipsum ambiens, sensum accipit, facile sedem affectam inuenies. Hac igitur sanata, capitis quoq; pellis pariter sanata est, vtpote q̃ nulla p̄rimaria affectione laborabat. Medici vero neq; huiusmodi neruos, neque eos qui per singulas cutis partes dispersi sunt, cognoscentes, quanuis presentaneum sit eis remediũ, quod minimæ particulæ iuxta nerui initiũ adhiberi deberet, ipsi partes illæsas multo negocio molestant. Ego vero sæpenumero

vosmonui, alios quidem in ipsa spina veluti radicē habere, alios vero vt ex magnis ramis, atq; ipsis quoq; e spina exortis procedentes, qui rursus diuisi distribuūtur. Atq; per valde multas cutis partes, alii per pauciores. quo magis miror dissectores ipsos, illos non cognoscere, quum in neruorum resolutione quærūt, quam ob causam resolutarum partium non semper & motus & sensus pereat: videntes aliquādo sensum duntaxat, aliquando & sensum & motum simul deperdi. Arbitrantur nanque neruorum qui per musculos dispersi sunt, reliquias ad cutem tendere quumq; diuisus per musculum neruus, affectus est, si quidem vehemens fuerit vitiū & sensum & motum simul lædi, sin leuius fuerit malum, seruari quidem sensum, vtpote qui non tantum roboris desideret, motum vero, eo quod robustis egeat viribus, perire. Interdum enim vnus musculus, vel totum crus, vel manum mouet, ac proinde viribus indiget, qui si ita afficiatur, vt munus suum perficere nequeat, mēbrum ipsum immobile relinquit, sentiendi vero facultas partium affectiones

discernens, illæsa tunc permanet, vt quæ nõ ita validis egeat viribus. quippe nihil minus, immo magis etiam pati possunt, partes quum debiles fuerint: efficit enim imbecillitas, vt facilius affectio a sensu dignoscatur. Igitur ratio ipsorum in huiusmodi quidem neruorum resolutione, pbabilis esse potest. Vbi vero perdita sentiendi facultate, motus non perit, nõnulli quidem adeo vanas adduxere rationes vt satius fuisset eos conticescere, nonnulli vero cognita huius quæstionis difficultate, non grauati sunt dicere huiusmodi paralysis speciem, qua seruato motu sensus perderetur, neminem vnquam vidisse. Sane qui arroganter sibi sectæ alicuius principatum vsurpant, artis vero opera nunquam in exercitationis vsum duxerũt, iis nihil tam difficile videtur, quod non intrepide profiteantur. Verum magna ex parte mentiunt, atque vt scribunt nonnulla, perinde ac si ipsa frequenter conspexerint, quorum tamen ne somnia quidem vnquam viderunt: ita plurima nunquam videri aiunt, q̃uis creberrime conspexerint.

COMMEN. XIII.

HODIERNO in textu de nucæ, neruorum musculorumq; repugnantiis suum consectatur colloquium. ¶ Primo ex vnitate, pluralitateq; refragatarum actionum sedē intus noscere affectam, predicat & hoc quum loquit, ꝙ si actio vna extinguitur, aut neruum illi actioni insistentem, aut eius lacertum esse ꝑturbatum, constituere peropus est: sed vbi cō pluribus in actionibus, nec vno in loco residētibus dispendium conducitur: eo tempore cūctos illius loci lacertos laceratos esse, scias, & hoc cōmuni ex causa puta neruo affecto, omnibus illis musculis actionem vniuersaliter impartiente. Et vt euidētius eius promulgata, ꝑcipiantur: per particulares dilucidat effigies, quas claritatis impulsu, reticeo. ¶ (igitur) ex quorum scientia cōgrue sedes laniata diiudicari potest, denudat, si aliquis anothomica ex arte vnūquemq; neruum a nuca germinantem, quas ad particulas accedat, agnouerit, efficaciter citraq; laborem sedes intus nouerit obturbatas. Secundo ex artis operationibus: qm̄ ex medicamentorū adhibitione, loco excogitato refragato, repente refragatio ipsa fuit demolita. sed quum locus afflictio-

nis siue neruus in esset siue nuca incertus habet, ex adminiculis adiuntis, nequaq̃ afflictio ipsa dissipari potest ¶ (atque) ex quibus partem affectam discernere cogimur, monet, vt ex cæteris accidentibus, procatarticisq; ex causis locum constituimus perturbatum: vt p effigiem, indubiũ reddit. ¶ (medici) aliquos reprobat, qui neq; hos neruos a nuca quasi radices pullulantes, nec eos qui singulas per partes disseminantur cutis, dignoscunt: (ego vero) subdit principes, q͏̃ neruorum in nuca quidam sicut radices habentur: alii vero ab eis diuidi, vti crassæ arboris rami disiunguntur: quæ diuuisio iterum diuellitur per cutem in quodam loco plus, & in quodam min⁹ & miratione haud modica Galenus fuit concitatus, cur dissectores eos nec cognouerunt: quum perpetuo perquirant: quare in neruorum resolutione, non semper sensus, & motus extinguitur. aliquando sensum tantum; quandoq; vero sensum, & motum succumbere. ¶ (arbitrantur) quid enim nõnulli de sensus, motusq; in particula nudatione, coniiciũt exponit, hi profecto sanciunt q͏̃ neruorum q per lacertos intimantur, reliquias ad cutem pergere, qua de re si neruus per lacertum diffusus, aduersatur; tunc aut aduersatio existit eximia, & sic sensus & motus simul obluctan-

tur: aut modica extat: & sic sensum sua inintegritate destitui, motum vero a particula exterminari, testantur quum sensus mediocri, motus vero copiosa indigeat virtute: (interdum) magis horum consilium deuellat princeps, nam quum vnus musculus vniuersum crus, vel manum commouet: qui si ita perturbatur vt munus suum haud coficere possit, pars in mobilis dimittitur, sed sentiendi vis in violata existit, quum nec ita neruosas vt motiua, imploret vires hoc autem magis indebilibus aduenit: quum debilitas impellit, vt absq; labore detrimentum discernatur: demum in paralysi, horum mentem probabilem esse, efficit. ¶ (Vbi) aliquorum pandit iudicium, vt quando particula sensu, & non motu orbatur, quorum rationes tam inflatæ conspiciuntur: vt eas conticescere, consentaneum fuisset. Alii vero inuestigationis difficultate commoti, nunq̄ hāc paralysis speciem inspexisse, ꝓmulgauerant: vt motus laboraret, & sensus expiraret ¶ (sane) aliqua contra antedictos annotat quæ quia obuia, prætermitto.

Ex his hæc deduco tradita.

¶ Sicuti vnicæ actionis naufragium, iacturam aut in neruo actionem illamconcitante, aut eius in musculo, parimodo multarum actionū cunctos eiusdem sedis lacertos laniatos esse,

promulgat.

¶ Qui sedes affectas idoneæ, haud præterire cupit, neruos a spina quācūq; ad particulam impulsos, dignoscere oportet.

¶ Loci perturbati lumen, perturbationē ipsam abolendi, semitam subministrare, autumat.

¶ Accidentia, causasq; procatarticas ad partis vexatæ euidentiam nos conducere, sentit.

¶ Vt sensus laboret, modicam, motus vero copiosam innocat facultatem, & ex hoc motum quandoq; in particula perire, sensu sospite vigente, aliqui statuunt.

De sanguinis sputo.

ATq; conuenit quidem inter medicos, sanguinem e gula ventriculoq; vomitione: ex spiritalib9 partibus, tussi: ex faucibus & gurgulione, screatu: ex ore: simplici expuitione expelli. Nos vero sanguinem, qui a cerebro, ad gurgulionis partes internas, vt ad fauces affatim desce debat, tussiendo educi sæpenumero conspeximus, quippe subito gutturi irruens tussim mouere potest. quare diligenter aduertere animum oportet, ne aliquando huiusmodi sanguinem, ex spiritalib9 instrumentis ascendisse putemus, exem-

nota

plo illorum medicorum, quos equidem noui non recte erroris accusare præstantissimos medicos, quum ipsimet errarēt, credentes huiusmodi sanguinis eruptionem esse quam periculosissimam, tāquā pulmone vehementer affecto. Neq; enim par est, exigua vena dirupta, tātum effluere sanguinem. Cæterum contingit plerūque vt vel erosa, vel exesa, vel vtcunq̄ nominare volueris, vena: sanguis affatim tussiendo eiiciatur. Quum enim retroactis temporibus, quis ex non ita multis interuallis, quotidie sanguinem tussiendo expuere consueuit superueniatq; ei postea multi sanguinis inter tussiendum eruptio: & quidem neque ab alto cadenti, neque in certamine, neq; palæstra grauiter vulnerato, neque etiam sub vllo graui pondere oppresso thorace: reliquum fuerit, vt coniiciamus, ob auctam erosionem, plurimum sanguinem inter tussiendum fuisse reiectum. Atque non pauci sic affecti, pulmonis quasdam particulas simul cum sanguine eiecerunt. Quocirca diligenter considerare oportet, an spumosum quidpiam simul educatur. Id e-

nim efficacissimum fuerit indiciũ, quod ex pulmone facta sit excretio: Haud secus si bronchi pars quædam, aut arteriæ, aut venæ tunica, aut etiam pulmonis ipsius caruncula eiicitur: Quippe nihil horum accidit iis, qui ex thorace sanguinem tussiendo producunt. haud secus atque nullus dolor infestat eos, quibus a pulmone sanguis erumpit: vtpote qui duos neruos per quam tenues, a sexta neruorum a cerebro ortorũ cõiugatione recipit, extrinsecus per membranam ipsum continentẽ dispersos, qui intrinsecus haudquaq̃ p visceris profunditatem̃ extenduntur. Verum thoraci (vt scitis) multi ab internis, multi etiam ab externis partibus, adueniunt nerui, quibus facile dolores percipi possunt. præterea thorax musculis, ossibusque abundat, pulmo vero laxus est, atque ab afflictione tutus. Proinde thoracis dolores intensiores sunt, pulmonis remissiores. Quum igitur dolente thoracis parte quapiam, sanguinem quis spuendo reiecerit, neq; multum, neque rubrum sed nigricantem, grumosumq;: huic thorax primaria affectione infestatur. At san-

guis affecto thorace per pulmonem edu-
citur, vt in suppuratis affectibus pus quod
inter thoracem & pulmonem, sensus iu-
dicio contineri percipitur: ad eundem mo-
dum in pleuriticis sputum coloratū emit
ti solet, quemadmodum in quinto huius
commentationis libro vtcunque dicem⁹.
Consequens est vt de vlceribus, quæ san-
guinis reiectioni superuenire consueue-
rūt, deinceps dicere aggrediamur. Ea in
pulmone creberrime fieri possunt, ac cu
rationem (vt quibusdam videtur) nequa
quàm admittunt, aut (vt alii putant) dif-
ficulter admodum sanātur. At in thorace
dirupta vasa, a quibus sanguis expuitur,
magna ex parte conglutinantur. nunquā
enim huiuscemodi vlcera, vel diuturna,
curationi omnino resistunt. Quæ vero in
pulmone longo iam tempore permanse-
runt, quamuis aliquando curentur, relin-
quitur tamen in ipso res quædam callo-
sa fistulosaq;, quæ tractu temporis a leui
occasione expelli solet. Atque cum iis, quę
inde expuuntur, miscentur ramenta a me
dicis vocata, ac cruoris exigua quædam
guttula, qua in re, cum vlceribus in aliis

sedibus genitis, communicant. Verum ex gula ventriculoq́; vomitu: ex renibus & vesica, cum vrina: ex intestinis vero, deiectione excernuntur. sed ex spiritalibus instrumentis, nihil sine tussi expui potest. Quod si pluribus deinceps diebus aliq̃s cruorem & screauerit, & emunxerit, idq́; citra capitis vel dolorem vel grauitatem siue præsentem, siue præteritam, neque is ex ictu procedat: huius & totum per nares meatum, atque eam oris partem, qua ad nares foramen tendit, accurate considerate oportet. Nam fieri potest huiusmodi accidẽs, hirudine huic loco adhærente, quæ quidem in dies augeri solet q̃uis enim primis diebus vtpote exigua sensum effugiat, tertio tamen, quartoue die, haud oscure videri potest. Eadem ratione ex ventriculo quoq; cruor, epota sanguisuga, euomitur. sed est huiusmodi cruor tenuis sanieiq; speciem refert, siue is ex ventriculo, siue naribus, siue ex ore feratur. Igitur quum talem videris, ac hominis considerato habitu, super præteritis eum interrogaueris, ex omnibus, rei ipsius veritatem facile coniicies. Equidẽ

quum viderem hominem integra valetu
dine, huiusmodi cruorem euomentem,
interrogaui qua victus ratione antea fuis
set vsus. ille vero inter alia quæ narrauit,
hoc quoque addidit, quod quum nocte
quadam sitiret, misso puero qui aquam
afferret ex immundo fonte bibisset. Qui-
bus auditis, sciscitatus sum, apparuissent
ne aliquando sanguisugæ in ipso fonte,
qui quum id quoque fateret, epoto sub
inde idoneo pharmaco, hirudinem vo-
mitione reiecit. Porro quum alius quis-
piam huiusmodi cruorem emungeret, &
expueret, ipso narrante audiui, eum rure
æstatis tempore, in stagno quodam, cum
cæteris iuuenibus iuuenili ludo, qualem
adolescentes in aqua ludere solent, exer-
citatum. tum ego sciens in eo stagno san-
guisugas esse, duxi laborantem ad splen-
dorem, conuersoque directe ad solis radios
narium foramine, in eo meatu, vbi nasus
ad oris regionem perforat, hirudinis in
meatu latētis caudā conspexi. Has igitur
historias, vtpote perquam conducibiles,
vobis narrare operæprecium duxi.

COMMEN. XIIII.

GALENVS his in verbis, vnico argumento puta sanguinis per os explicatione, sedem intus noscere affectam, nititur. ¶ In primis medicorum consensum detegit: cuncti quandoq; quidē medici in hoc vnanimes estant, ꝙ sanguis per os liberatus, quatuor modis moliri, fertur, aut vomitu & sic a gula, ventriculoq; plangi, coniiciendum. ¶ Aut cum tussi, & eo tempore a spiritualibus, vt pulmone, vel thorace. ¶ Aut screatu & tunc a gulæ locis, & vuluæ gurgulione. ¶ Aut simplici expuitione, & ita de ore pulsari, censendum. ¶ (nos vero) occulte debitum reddit obiectioni, quā aliquis assertis aduersari, possꝫ: ꝙ sanguinis per os exitus, cum tussi, minime ꝙ a spiritualibus duntaxat ascendat, vniuersaliter currit, quum quandoq; a capite excludi, & tussis impulsu, apparet: iccirco hanc soluit princeps, ꝙ multocies vidimus sanguinem tussiendo per os expelli: qui a cerebro ad partes gurgulionis idest vuluæ raptim descendit, in partib⁹ interiorib⁹ vuluæ vt ad gulam: quoniam gucturi in opinate occurrens, tussim solicitare solet: Quamobrem nimio quum studio attendere cogimur. ne huiuscemodi san-

guinis repulsio, spiritualibus condonetur: vti quidam medici inique senserunt, præstantissimos in hoc criminantes. ¶ (cæterum) exterius sanguinis ex pulmone indicia annotat: quæ taliter exponit quandoq; accidit, vt vena erosa, vel prorupta dicas vt animo sedet, sanguis vero raptim, emanat: post id temporibus ex decursis si intuebimur, haud raro, sed crebro sanguinem cum tussi profluí, necnon & affluentem sanguinis deiectionem & minime sine tussi: & non ob casum ab alto, neq; in palestra ꝓpter vulnus, nec in certamine, neq; graue ob corpus super eum iniectum, fuisse commotum: haud alia ex causa q̃ venæ ruptura instituere, per opus est: Et subinfert ꝙ pleriq; tali pacto aduersati, cum sanguine, pulmonis partes conduxerunt. verum quum hæc vestigia minime tantā obtineant vim, vt certum sanguinis a pulmone euentum portendāt iccirco aliud fidelius appendit: vt an sanguis q defluit, spumosus extet, perquirendum, quoniam si taliter vulgatur, ꝙ a pulmone distribuitur, efficacissime sentire oportet: cuius causam tali pacto adaptarem, quoniam spumositas cum sanguine colligata, nullo a membro nisi a pulmone auram pulsante impelli potest, quæ ad spumæ productionem imploratur.
¶ (haud) ex substantialiter in hærentibus pul

monem affectum agnoſcere, monet, vt ſi cũ ſanguine aliqua pars bronchii, vel venæ tunicæ, aut arteriæ, vel etiam pulmonis aſcendit: ſed quum ſanguis a thorace ſeiungitur, nequaq̃ aliquod aſſertorum apparet veſtigiorum. ſ (haud) ſanguinis exitum a pulmone, & a thorace per dolorem diſtinguit, nam ſi a pulmone fuerit, nullus lacerat dolor ſecus aũt in thorace, quorum geminam conſtituit cauſam. ¶ Quarum prima eſt, quoniam bini ſoli nerui ex ſubtilibus ad pulmonem deferuntur, qui ſexto a neruorum pari germinant, & per exteriorem pelliculam ipſum ambientem diſſeminantur, haud interius penetrãtes: ſed ad thoracis partes, tam interiores, q̃ exteriores complures conciliantur nerui: quibus acerbitas inopinata concitatur. ¶ Secunda eſt, quũ thorax lacertoſus, oſſuoſusq;, pulmo vero mollis exiſtit, iccirco doloris moleſtiam refugit: necnon & thoracis dolores, fortiores, pulmonis vero lapſiores excogitant. ¶ Quũ) coniecturas ex thorace ſanguinis defluxum indicantes, expedit: quum aliquis aliqua in thoracis parte dolorem ſentit, ſanguinem non affluentem, neq; rubicundum, ſed nigrum & nodoſum ſpuendo reiicit: tunc thoracem primaria perturbari paſſione, compertum habeas. ſ (at ſanguis) cruoris ex thorace per pul

monem eductionis modum enodat, sicut pus inter pectoris, & pulmonis spatium cumulatum, pari modo & sanguis a thorace, & sputum morbo in laterali coloratum excluditur: vt quinto subsequenti in libro intuebitur: ⁋ (consequens) de vlceribus exitum sanguinis comitantibus, scrutari videtur: vbi aliqua refert, in primis suam quidem intentionem. Secundo (ea) ꝙ vt sæpissime vlcera moliũtur in pulmone. Tertio quidam ea esse incurabilia, quidam vero difficillime curatu, profitentur. ⁋ (at) inter thoracem, & pulmonem absurditatem enuntiat: nam ad venæ in thorace rupturam, vlcera consequuntur, que vt iugiter conglutinantur, & nec perpetuo curationi vnquam reluctantur: sed pulmonis vlcera, si diuturna efficiantur, & quibusdam in tẽporibus sanitatem vendicent: quedam pars callosa, fistulosaq; destituitur, quare prolixũ post tempus, paruæ in pulsu causæ, rursus dissociantur, & vulnera denudantur. ⁋ (Atque) vlcera in pulmone tolerantes, quandoq; ea deiiciunt, quæ medici vlceris ramenta nuncupant, & paruas sanguinis guttas, quæ cũ vlceribus quæ aliis in corporis locis machinãtur, consentire apparent. ⁋ (Verum) aliis ex sedibus cruoris emanationem asserit: si ex gula, vel ventriculo cum vomitu, si a renibus, &

vesica

vesica cum vrina, ex intestinis vero cum egestione: sed a spiritualibus instrumentis impossibile est, vt aliter q̃ cum tussi ascendat: cuius rationem sic assignandam esse coniieci quoniam materia partibus in spiritualibus cõglobata, nec alio modo nisi thoracis coartatione repelli potest: vti in spongia aqua plena sedet animo, talis autem constrictio tussi cõcitatur. ¶ (Quod) sanguinis liberationem ex causa hirudinis illustrare elaborat: si aliquando cum emucatione, aut irascatione sanguis egreditur, complures continuos per dies a dolore capitis, grauitateq́; etiam retroacto in tempore fuerint seiuncti, nec de percussione aliqua obluctati, tũc totas nares, & foramina quæ intra nares, & os locantur, perquirere per opus est: quia propter hirudinem his in locis connexam, quandoq́; talis innascitur, sanguis. quoniam hic prima die haud discernitur, sed quum per tres, aut quatuor commoratur dies leuiter innotescit: paripassu si in vẽtriculo coniungitur, per vomitum sanguis defluit. (¶ Sed) princeps conspiciens q̃ promulgata indicia sanguinis fluxũ ex hirudine esse cõmotum, haud efficaciter testificari, queũt: propterea alia recogitare committit: videlicet colorem, & sanguinis substantiam, quoniam in colore saniei, vel tenui humiditati, non pu

ri consimilis, vt codice impresso in græco sequitur, adiudicatur: Et in substantia tenuis, siue sanguis ex ventriculo, vel naribus, aut ore repellitur. ¶ Secundo laborantis habitudinem si proba existit. ¶ Tertio omissa accidentia: & de cunctis contristatum sciscitari hortatur, vt apertius per figurã pandit: nam quodam in tempore quendam in violatum esse conspexit, & huiuscemodi vomere sanguinem: quam ob rem eum interrogauit, peractis ex diebus qualiter escaretur: tunc ei debitum pensitauit quadam nocte aquam ex quodã lacu a puero sibi porrectam, bibisset, professus fuit: turbida quoq; fuit, quod audiens, rursus perquisiuit, an eodem in loco hirudines reperiri soleant: eo tempore taliter annuens, consentaneo impartito adminiculo, hirudinem euomit: & reliqua euidentia, per te reconcilia.

Ex his hæc decerpo memoria digna.

¶ Sanguinis per os explicationem, his viis vomitu, tussi screatu, expuitione exequi, medici cũcti clamant.

¶ Vti sanguinem per vomitum emanantem, gulam & ventriculum, per screatum gulam & vuluam, & per spuitionem os: pari filo cum tussi aut spirituales sedes, vel caput affici, testat.

¶ Sanguis spumosus cum tussi deiectus, pulmonẽ esse locũ perturbatũ, efficacissime statuit;

¶ Quum pulmonis exteriorem ad superficiem, & non interiorem, & thoracis vtramq; ad partē nerui pertingant: necnon pulmo mollis, thorax musculosius, ossuosusq;: iccirco pulmonis dolores lapsos, thoracis vero intensiores, prædicat.

¶ Sanguinis egressum a pulmone nullus consequitur dolor, secus autem in thorace enarrat

¶ Sanguinis liberatio, cum dolore in thorace, non exundans, non rubeus, sed niger, & nodosus thoracem ipsum refragari, indicat.

¶ Vlcera in thorace conglobari, quæ vero in pulmone si micronoxia fiunt, & quodam in tēpore consolidentur, post quid temporis inter mittentiam, leui ex causa, rursus reintegrari posse, denunciat.

¶ Sanguinis instrumentis a spiritualibus expulsionem, non nisi tussi perfici, testimonium reddit.

¶ Sanguis qui saniei consimilis, complures per dies, aliqua absq; acerbitate, nō præcedente, neq; existente eiicitur, habitudine sospite p̄manente, & aquam in qua hirudines reperiri assuentur, sorbuisse, causam efficientem hirudines esse, portendit.

Quibus notis vitiata voce, affecta sedes deprehendatur.

QVod in proposito sermone læsionem putare oporteat, etiam si non penitus tota partis actio secundum naturam deperditur, sæpenumero iam diximus. Nec ab re fuerit in præsentia monuisse: Præterea (quanuis non ignoretis) monitos vos velim, non eandem esse rem, vocem, & sermonem, siquidem vox vocalium instrumentorum munus est. Loquela vero eorũ quæ sermoni deputata sunt, inter quæ lingua principatum obtinet. cui non parum conferunt, & nares, & labra, & dentes. Sic etiam vocis instrumenta sunt, guttur, & musculi ipsum mouentes, atque nerui, qui a cerebro ipsis vim deferunt. Igitur si vel claudentes, vel aperientes guttur musculi, immobiles reddãtur, qui sic afficitur obmutescet, vbi vero vel difficulter mouentur, vel palpitant, aut tremunt, pro affectionis ipsius modo vox ipsa lædetur. Similiter, si vel conuellendo, vel quatiendo mouentur, aut vbi imbecillæ sunt ipsis vires, siue ob suã ip-

ſorum, ſiue ob neruorum ipſos mouentium affectionem, obſcuram & paruã efficient vocem. Quod ſi alius quiſpiam ex mouentibus guttur muſculis, quoquo modo afficitur, lædetur quidem vox, ſed paruũ erit vitium, atque ſic affectus, neq̃ obmuteſcet omnino, neque ita exiguam habebit vocem. Vt autem ex muſculis guttur mouentibus, præcipui habentur ii, qui ipſum & aperiunt, & claudunt, ita ex vocalibus neruis, ii quos recurrentes vocant, qui & ipſi ſextæ coniugationis pars ſunt neruorum, qui a cerebro oriuntur, quemadmodum & alii, qui quidem per ipſum diſperſi differunt ab illis, eo quod a neruis ſextæ coniugationis non in ceruice, ſed quum ad thoracis regionem p̃uenerint, ſeparantur. Nullus itaque tam ineptus diſſector eſt, qui ſextam coniugationem totam ſecet inuitus, quanuis recurentes nerui ob imperitiam nonnunq̃ diuellantur. Accidit vero interdũ in magnis aſperæ arteriæ vulneribus, vt vna cũ ipſa arteria, vel alter, vel vterque incidatur. Porro per chirurgiam quoque infrigidati, tantiſper vocem impedient, do-

nec calefacti, naturalem temperiem recu
perauerint. Quinetiam vitiari vocē haud
obſcure cōtingit, quum vel acutior, vel
maior redditur ob id, quod fauces a ſuis
muſculis nequeant intendi. Item grauiſ-
ſime læditur vox, vbi mēbrana, quæ fau-
cibus & gutturi communis eſt, multa hu-
miditate rigatur. Quod etiam deſtillatio-
nes eadem ratione vocem raucam effice-
re poſſint, nemo non intelligit. Vehemēs
quoque exclammatio, ſimiliter vocem
afficit, vtpote quæ ſimilem inflammatio
ni circa iam dictam membranam, atq; gut
turis muſculos, parit affectum. Cæterum
quum gutturis interni muſculi inflammā
tur, eum affectum, anginam eſſe conſtat,
quæ ſimul & vocem, & ſpirationē lædit.
Ac idem quoque in vniuerſum facere ſo
lent omnes præter naturam tumores, ſiue
in ſpiritalibus viis exoriantur, ſiue extrin
ſecus ipſas comprimant. Sic enim gula
quoque vbi inflammatione affecta eſt, vt
comprimat aſperæ arteriæ vnicam, qua
cartilaginū ipſius partes extremæ ſigmoi
des vocatæ (id eſt quæ ſigmaliteræ figu-
ram referunt) coniunguntur, & ſpiratio-

ni, & voci noxam afferre cõsueuit. Haud absimile quoque vitium inducit, vertebrarum ceruicis in anteriorem partem luxatio, sed de his iam antea dictum est. Igitur omnes huiusmodi affectus voci adueniũt propriis ipsius instrumentis familiari aliquo vitio, siue primogenia affectione, siue per consensum laborantibus. nam id ad propositum sermonẽ nihil conducit. Sunt præterea alii affectus cum peculiari sua materia priuatur. Atque in commentariis de voce dictum iam est, qđ propria huius actioni materia generatim quidem loquendo, est expiratio. secũdum speciẽ vero, atq; propriam differentiam, exufflatio. quæ quidem est, quum affatim spiritus foras effertur, intercostalibus musculis ad hanc actionem concurrentibus. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atq; omnino ipsius in altera parte resolutionem, in primis quidem semispirans, ac mox animal semiuocale euadat, idq; p accidens. in apoplexia vero, sopore, morbo comitiali, vigilanti sopore, cõi ratione earum actionum quæ ab impetu & voluntatis imperio procedunt, vocem lædi

contingit, siue spinæ partes priſtinæ, siue ſimul cum iis cerebrum quoq; afficiatur. His itaque quinque inter ſe conſequentia quadam conuenientibus, expiratione, exufflatione citra ſtrepitum, ſtrepenti exufflatione, voce, loquela. ſi earum prima lædatur, reliquas omnes lædi neceſſe eſt. vltima vero læſa, reliquæ haudquaquã læduntur. At cũ ſecũda, tres reliquæ læduntur, cũ tertia, duæ vltimæ: cũ quarta vero, ſola poſtrema læditur. Etenim ſi nihil omnino ſpiret animal, vel ex vtriſq; thoracis partibus, vel ex altera parte duntaxat. & quidem ſi ex vtriſq; celerrime ſuffocabitur: ſi ex altera tantum ſemiſpirans atque ſemiuocale reddetur, perdetq; ſimul reliquarum deinceps duarum actionum partem dimidiam. Quarum alteram exufflationem citra ſtrepitum, alteram vero, ſtrepentem nominare conſueuimus. Quod ſi expiratione ſeruata, corrũpatur exufflatio, reliquæ tres actiones, ſtrepens exufflatio, vox, & loquela, ſimul corrumpentur: ſicut voce pereũte, loquelã quoque perire neceſſe eſt. Quum itaque dictarum actionum opifices muſculos cogno-

ueritis, superest considerare, qui ex ipsis proprio affectu laborãt, & quorum actio lædatur per accidens. Quod si quidpiã eorum, quæ ex corporum dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebunt vos ii, quos de respirationis causis, atque de voce perscripsimus, commentarii. atque de his ipsis, in secundo libro de viuorum dissectione, etiam dictum est. Sane expirationem faciunt, vniuersi thoracem contrahentes musculi: exufflationẽ, quæ vehemens expiratio est, intercostales maxime: strepentem exufflationem, ii qui in faucibus sunt: vocem vero ipsam, gutturis musculi efficiunt. Sed lingua articulatim vocem distinguens, loquendi vsum præstat. atque nonnihil ad hanc rẽ conferre videntur dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, præterea mediocre linguæ ipsius vinculum. Itaq̃ balbis blæsisque, atque aliis qui impedita sunt loquela, loquutionis instrumentorum aliquod, aut quum natura ipsum formaret, aut postea, lædi certum est. Veluti quum vel polypus, vel aliud quidpiam nariũ foramina obstruit, aut ex pri-

mis dentibus aliquis deperditus est, aut vbi labia fuerint mutilata. Verum quo pacto quidam tenuem obtineant vocem, ac præterea quomodo aliæ vocis, tum differentiæ, tum affectiones, fieri possint, vt racua, resonans, tenuis, aspera obscura, in commentariis de voce sufficienter diximus.

COMMEN. XV.

HAC in oratione de voce colloquium agitare insudat. Et primo prælibat, q̄ actio fertur læsa, etiam si prosus non extinta fuerit: vt in libro de sinthomatū causis annotauit: q̄ actio refragata tripliciter instituitur: aut quia diminuta, vel corrupta, aut priuata. ¶ (Præterea) inter vocem & locutionem alietatem exponit quoniam vox vocalium instrumentorum actio, loquela quidem loquutiuorum instrumētorum ascribitur. sed præstantius hac in actione lingua ponitur, cui nares, & dentes opitulantur. ¶ (sic etiam) quæ vocis extant instrumenta, guctur, musculos ipsum concitantes, & neruos, ipsos ad lacertos virtutem deferentes, ꝑmulgat quæ articulatim examinat: quoniam quum lacerti qui guctur aperiūt, &

claudunt, motu orbantur, vox omnino expirat: quando nec prorsus a motu releganturs sed dure cõmouentur, vel motus eorum titillatiuus, vel tremulus appareat, vox ipsa secundum oppugnationis naturam affligitur: consimiliter si conuellendo idest spasmãdo, vel quatiendo idest concuciendo mouentur. ¶ (aut vbi) Secundo ex virtutis lapsu: vbi profecto musculorum deserunt vires, aut propter in ipsis conductum detrimentum, aut ex neruorum affectu eos concitantium, tunc confusa paruaq; molitur vox. ¶ (quod) ex particularis lacerti gutturis incomodo insinuat, vocem haud desistere: non minimam machinari, sed modicam vendicari noxam. ¶ (vt aũt) neruorum, lacertorumq; particularibus in locis præstantiam secundum magis & minus enarrat. sicut lacerti quibus guttur coartatur, & quibus aperitur singulares, & magis peculiares cunctis lacertis guttur commouentibus existunt: paripassu ex vocalibus neruis, illi quos percurrentes dicunt, qui & sextæ coniugationis neruorum pars extant, qui a cerebro prodeunt, aliis excellentiores decernuntur. Et vti nerui per ipsum disseminati, discrepant ab illis: etenim hi a sexto pari minime in collo distinguuntur: sed quum ad locum accedunt thoracis. ¶ (nullus) autumat, q hoc totum sextum

neruorum par, nemo dissetorum tanta laborauit ingnauia, vt ipsum inuito disrumperet: quis reuersiui nerui nonnunq̃ ob ruditatem dissociantur. Et quandoq; magnis in vulneribus asperæ arteriæ cõtigit, vt simul cum ipsa alter, vel vterq; incidatur neruus. ¶ (porro) pandit, ꝙ quandoq; per chirugiam reuersiui nerui, aut vocales in frigidati, vocis naufragium subministrant, & hoc quousq; calefacti ad integram reuocentur actionem. Et ex his aliquorum vulgatur crimen, quoniam quum laborantes medicinas deuorant, dico indelectabiles, ne eas vomitu repellant, lineum pannũ aqua madefactum gelida, gulæ, & gucturi accelerant. ¶ (quinetiam) alias vocis obluctationes detegit: vt quum vox per acuitatem necnon & magnitudinem suo recedit a temperamento, & hoc propter gulæ lacertos, gucturextendere nequeuntes. ¶ Alia via vox obluctatur, quum membranæ gulá & guctur ambientes, exundanti infunduntur humiditate vt in vocis raucedine sæpissime contingit: & hoc ex stillicidii impulsu, nam non alia ex ratione vox perturbatur, q̃ humiditate ipsas ingrossante membranas. ¶ Aliud voci officiens, eximium asserit, esse clamorem, qui in gulæ, gucturisq; membranis morbum inflammationi: idest tumori calido præternaturam

consimilem, suggerit. ¶ (cæterum) proposito sermone quomodo vox ex in tēperię, nec non & aliis dispendium lucrari potest: subsequenter qualiter ex pternaturam tumoribus deprauatur, probat. Et non vnum percurrit: in primis ꝙ quum gucturis interiores lacerti apostemate laborant: talem affectum, qui voci, & spirationi reluctatur, anginam nuncupari, sentit. ¶ Secundo ꝙ non dūtaxat apostema in gucturis musculis intrinsecis congestum, voci, spirationiq; aduersatur: immo cū cti præternaturam tumores, qui in spiritualibus germinant, vel ab extra eas cohibent, similem affectum scilicet: vocis & spirationis iacturam pariunt: similiter gula quum ab apostemate oblaniatur, vt membranam aspere arteriæ idest canne pulmonis coarctat, & eius anulos coniungentes conculcauerit, qui sunt quasi simi, & in anhelitu, & in voce incommodum suppeditabit: sic etiam si spondyles anteriorem in partem moueantur, vt promulgatum est: sic igitur claudit princeps ꝙ hæ perturbationes voci occurrunt, eiusq; familiaribus instrumentis per essentiam, vel per consensum. ¶ (sunt) postquam vocis passiones ex instrumentorum causa scrutatus fuit, associanter ex eius materiæ vitio exquirere elaborat: vbi complura enodat: ꝙ alii affectus in vo

ce excogitantur, & hoc quum vocis materia prosternitur, de cuius quidem materia in libro de vocis affatum fuit: q̧ propria vocis materia, expiratio intitulatur. ¶ Secunda est fortis exufflatio, quæ quidem est aer, copiosa in quantitate ad exteriora raptim pulsatus: quē lacerti inter costas residentes, plangunt: & hanc ob rem quum in magnis thoracis vulneribus, ac paralysi huiuscemodi lacerti compatiuntur animal in anhelitus medium reducit, & secundum accidens media efficitur vox. ¶ (in apoplexia) vocis detrimentum particulares ad perturbationes reflectit. puta in apoplexia, morbo comitiali, stupore congelatione vox lædi solet: & hoc communem ob refragationem earum actionum quæ ab impetu & voluntatis imperio innascuntur: quæ aut prima a nucæ parte infirma, aut vna cum cerebro affecta, excitatur. ¶ (his) quinq̧ actiones voci expedientes, recogitat: quarum vna aliam recta successione consectatur. ¶ Prima aeris exitus per spiritum idest quum anhelitu ascribitur, & hanc thoracis lacertus scilicet septum transuersum solicitat. ¶ Secūda aeris sine ictu, & sonitu pulsatio ponitur: quam lacertus inter costas connexus, commouet. ¶ Tertia aeris quum sonitu, ictuq̧ iactatio, instituitur. Et hanc canne pulmonis lacertus

impellit. ¶ Quarta vox fertur: quam guctur scilicet epigloti, & eius lacerti excitāt. ¶ Postrema verbum assignatur, puta loquela, vel sermo, & hæc per linguam perficitur. Et harū quippe actionum talis adaptatur ordo, ꝙ quū earum prima affligitur: alias etiā affligi opus est. Quod si secunda quæ anhelitus in sufflactio existit, deprauatur, reliquæ tres actiones post eam cōuocatæ, necessitatis impulsu, corrumpentur. Et si insufflatio quæ quū ictu molitur, amputetur: vox, & loquela amputabuntur, vti voce compatiente, loquelā pati cogit: sed contra minime currit: quoniam si vltima aduersatur: nō enim cæteras perpeti oportet: sermo quidem ex voce est vox, aut ei quasi materia adiudicatur. ¶ (etenim) subdit si animal prorsus ab anhelitu priuatur, aut huiuscemodi priuatio ex vtroq; thoracis latere germinat & tunc velocissime animal iugulatur, vel ex altera tantum, & eo tempore semispirans, semiuocaleq; euadit: & reliquæ binæ actionespost anhelitum existentes, mediæ efficientur: vt flamen cum percussione, & sine percussione: ¶ (Quod si) ex supra assertis liquet, ꝙ si secūda actio quæ anhelitus insufflatio ponitur, deprauata extat. ea tēpestate reliquæ tres actiones puta insufflatio cum percussione, vox, & loquela simul corrumpentur, vti voce pereunte

te, loquelam quoq; perire, oportet. ¶ (Quũ) lacertos supradictas concitantes actiones mo ret princeps, quos quũ superius annotauerim reticeo: sed hoc vnum aperio, q̃ vt in litera fatur, lingua vocẽ variat, & diuidit :-& ex hoc comodum in locutione vẽdicatur, linguæ aũt alia patrocinantur instrumenta, dentes, labra, narium foramina, palatũ, gurgulio idest vuæ supremum, quod linguæ est modestum ligamentum. ¶ (itaq;) enucleat, q̃ balbi idest trauli, & blæsi idest muti loquutionem reluctatam detinent: hoc enim bifariam innascitur: aut quia aliquod eorum instrumentorum sic perturbatum natura formauit, aut quia ex tẽpore cõtristatũ extitit: verbigratia: quũ polypas, vel aliquod aliud, narium foramina ob struxit, vel quia anterioribus ex dentibus aliquis ceciderit, aut vbi labia fuerint mutilata idest parua. ¶ (verum) vbi de aliis vocum ab surditatibus conscripsit, animo repetit.

Ex his hæc reseco theoremata.

¶ Actio affecta tenetur: etiam si omnino extincta non fuerit.

¶ Vocem, ac loquutionem abhorentes esse, autumat.

¶ Guctur, musculos ipsum concitantes, ac virtutis ad eos delatores neruos, vocis esse instrumenta, testatur.

¶ Quum

¶ Quum aliquod vocis instrumentorum perturbatur, & vocem perturbari, per opus est.

¶ Particularis gucturis lacerti passio, voci modicum suppeditat incomodum.

¶ Neruos reuersiuos, ac in eximiis cāne pulmonis vlceribus, simul vnicum neruū, aut vtrūq; a dissectoribus discipari per ignauiā refert.

¶ Nerui vocales ex gelidis illinitis, vocis diminutionē, quādoq; lucrari assueuerunt.

¶ Vti gulæ lacerti, quum guttur extēdere haud queunt: ac membranæ gulam, gutturq; circundantes, quum copiosa replentur humiditate, vocem oppugnari, parifilo nimio exclamore promulgat:

¶ Gutturis apostema, voci, spirationiq; reluctās anginam nuncupari, cōmittit.

¶ Nec lacertorum gutturis apostema duntaxat, voci, anhelituiq;, immo cunctos pternaturā spirituales tumores oppugnare, prædicat.

¶ Spondyles si anterius torqueantur, vocē impediri, denunciat.

¶ Aeris cum anhelitu fortis, ac copiosi explicatio, propriam vocis materiam esse, testimonium reddit.

¶ Lacertorum inter costas existentium, actionem, vocis materiam, vt violentam aeris pulsationem, solicitare, profitetur.

¶ Thoracis vulnera, vniusq; musculi mollicies,

ſpirationis, vocisq; medietatem ſubminiſtra re, ſolent.

¶ Quum in capitis perturbationibus vox refragatur, aut nucæ, aut cerebri detrimento innaſci, fatur.

¶ Quinque actiones voci conducentes, vt expirationum, exufflationem citra ſtrepitum, ſtrepentem exufflationem, vocem, loquelamq; excogitari, aſſerit.

¶ Linguam vocem variare, eamq; diſtinguere, adminiculantia dentes, labia, narium forami na, palatum, vuamq; promulgat.

¶ Balbos, bleſosq; vocis reluctationem, aut ex natura, vel a tempore vendicare, claudit.

Quibus notis ſedes affecta in dyſpnœa deprehendatur:

ATque de diſpnœa, id eſt difficili reſpiratione, iam antea, vbi ſpinæ paſſiones percurrimus, multa dicta ſunt. Quibus nunc in memoriam reuocatis, quæ ad p̄ſentem contemplationem ſuperſunt, ſubiūgam. Itaq; in vniuerſum expedite vos meminiſſe velim, muſculorum thoracem mouentium, neruorumq;, qui ad ipſos pueniūt, quos in corporū diſſectione vidiſtis. Igit̃ introeuntes ad hominē diffi-

culter spirantem, in primis considerate, an omnes thoracis musculi moueantur, an soli intercostales sine superioribus, atque an simul cum intercostalibus præcordia quoque moueantur. Quum itaq; conspexeritis omnes moueri, vnam ex tribus, quas dicemus causis, huiusmodi motionem efficere putandum est, ac deinde q̃ sit illa, quæ nunc infestat, perpendere oportet. Quod si non omnes mouentur, aliter definire. Subiiciamus igitur aliquẽ omnes simul mouere musculos, vt pectus vna cum scapulis manifeste subleuetur. In hoc opere ex tribus vnũ aliquod conii cere necesse est. aut virium imbecillitatem aut viarum spiritus angustiam, aut vehementem in corde & pulmone calorem. Quamuis interdum duæ, ac nonnunquã (licet raro) tres quoque ex iam dictis causis concurrere possint. Atqui tribus quidem simul cõuenientibus, proximã mortem timere oportet. vbi vero duæ fuerint, difficile est ægrum seruare. Sed vna duntaxat infestante, peculiari opus est finitione, vt sciatur, vtrum ad sanitatem perueniet æger, an sub malo succumbat. Igitur

vbi vires duntaxat fuerint infirmæ ad tria momentium musculorum genera venire, eosq; omnes ad motionem excitare solét, vno genere mouere pectus nequeunte. Quippe si septum transuersum solum, veluti quum secundum naturam se habet, sufficienter mouere posset, neq; intercostalibus, neq; superioribus musculis indigeret: quoniam vero imbecillum est, omnes sensim mouet, sed neque frequentem neq; raram omnino facit actionem: His igitur adhibenda est mens, nam cætera haud difficulter per ea discernuntur. Sane plurimum aucto in spiritualib⁹ instrumentis calore, omnibus quidem thoracis musculis agit animal, sed velox, frequens & vehemens est eorum actio, quando videlicet citra virium imbecillitatem calor infestat. At virium imbecillitatem, vbi flãmeus calor non accesserit, neq; velox, neque frequens omnino comitatur motus, proinde non ita multum, omnes thoracis partes dilatare potest. Quippe hoc dyspnϾæ genus, cum ea quæ ob nimiam incensionem facta est, vnum commune habet, qđ omnes thoracis musculi p ipsam

agere coguntur. Quinetiam vbi ob plurimum calorem spiratio difficilis est, præter magnitudinem, frequentiam, & celeritatem, hoc quoque accedit, quod calidus, feruensq; spiritus, exuffiando producitur. vbi per virium imbecillitatem, nulla ab ore facta exuffiatione, ex solis naribus emitti solet. Quod si per inspirationem cuipiam narium pinnæ manifeste cõtrahi videantur, id vero efficax prostrati roboris indicium est. Ob spiritalium vero instrumentorum angustiam, totus quidem thorax magna ex parte, & celeriter, & frequenter dilatatur. sed qui sic laborant éxuffiare omnino non consueuerũt. Si vero simul conueniunt, in spiritalib⁹ instrumentis, & calor, & angustia, vt in peripneumonia, tũ neq; maxima, neq; ẽt frequẽtissima neq; celerima spiratio suffi- cei põt sed surgere tẽtãt sic laborãtes. eteni sentiunt hoc pacto thoracem facilius dilatari. quippe qui decumbentibus in sese concidit, eo quod pectoris partes ad spinam declinant, qua erecta thorax etiam simul fertur, non amplius seipsum grauãs. Ac similiter quoque respirare solent ii,

quibus asperæ pulmonis arteriæ plurima defluxione opplentur, aut vbi ex proximis locis in ipsas aliquid deriuatum est, a superioribus vero vnica duntaxat re differunt, quod neq; exufflant, neque calidum spiritum emittunt. Sic etiam iis, quibus inter thoracem pulmonemq; magna puris quantitas collecta est, quos suppuratos vocant, totus thorax attollitur. sed neque calidus est ipsorum spirit⁹, neque etiam exufflando emitti solet, nisi adurẽs fortasse febris acceserit. Verum ii celerrime suffocantur, tum ob affectum ipsum, tum quod vires omnibus supporatis ex necessitate imbecilliores redduntur. Sed non necessario in fluxionibus quæ ad pulmonem irrunt, aut peripneumonia, aut asthmate, id est anhelatione, robur prosternitur. Nam contra per anhelantes affectus, crassis & viscosis humoribus pulmoni impactis, vires robustæ, cõstantesq; permanere possunt. Atq; si tuberculum coctu difficile, aliquando in ipso natum fuerit, thorax maxime quidem dilatabit̃, sed non ita multum inspirabit aerem. Ac licet continenter spirare cogatur, nõ ta-

men exufflare solet, id enim aucti caloris proprium est. In eandem dyspnœæ speciem, sed alia ratione, labũtur ii quoque, quos anginam molestat, ob angustiam, q̃ non sit in cõcauitatibus, quæ inspirationem suscipiunt, sed in iis quæ ipsam trãsmittunt. Quibus vero, & abscessus, & inflammatio, atque humorum plenitudo, in thoracis aut pulmonis cauernis consistit, nulla obstructione accidente in gutturis atque asperæ arteriæ concauitatib⁹ illis videlicet quæ inspiratum aerem susci pere solent, si tum angustia constringat, ex necessitate sequetur magna thoracis dilatatio, sed non ita multus trahetur spiritus. Proinde laborantem & celeriter, & frequenter spirare necesse est.

COMMEN. XVI.

DE voce præasumpto sermone, consequenter de spirationis infacilitate, immensitateq; rimari insudat. Et primo suam percurrit intentionem. ⸢(itaq;) eam exequitur, princeps vbi medicos hortatur, vt de lacertis vna cum neruis thoracem concitantibus, animũ adhibeãt: ⸢(igitur) suum auspicatur certamen, puta si

aliquem iniquum possidentem anhelitũ exco gitaueris: ea tẽpestate hæc sciscitari per opus est: vt an eo in anhelitu cuncti thoracis musculi concitantur: aut duntaxat qui intra costas locantur, sine supernis, aut cum inter costalibus simul septum transuersum commoueatnr. ⁋ (Quum) quid cunctorum thoracis musculorum concitatio, indicat, detegit, quo niam si talis aliquo in laborante reperitur, vnum trium adeptus fuit, aut virium lapsum, vel viæ aeris ingredientis, & egredientis angustiam, aut copiosum in corde, pulmoneq; calorem. ⁋ (quanuis) assertis de significatis geminam agitat collationem, primo quo ad temporis concursum, quoniã bina simul excogitari posse, sed omnia raro, loquitur princeps. ⁋ Secundo quo ad præsagium, nam quũ cuncta supradicta tria in laborante conuocatur, festinam minantur necem, quando quidẽ duo, contristatum ad integrum reuocari haud facile. Si vero vnicum duntaxat, laborantem angit, tunc familiare suspicatur opus, si medicum haud lateat, an cubans incolumitatem, vel pernitiem vendicet. ⁋ (igitur vbi) magni anhelitus causas percunctari aggreditur, vt si causa virium lapsus apparet: eo tempore virtus tria lacertorum genera implorat, quũ genus vnum eorum minime valide commouere

possit, quoniam septum transuersum sui defectione singulariter non sufficit: & iccirco vt facultas naturalis anhelitum solicitet, nō modo septum transuersum, immo cunctos lacertos intra costas coniuntos, ac etiam & superiores ad spirationem ipsam aduocat: quia quum imbecillitate laboret, omnes concitat lacertos, modica motione, & in hora sæpissima, neq; multum raro, virtutis nāq; destitutio minime velocem, neq; spissum efficit motum, nec thoracem longius extendit: quum incensiuo careat calore, quare subinfert princeps, ꝙ circa hæc præcipue animum adhibere impellit, quum horum exeuidentia, reliqua habiliter dignosci queant. ℂ (sane) deprauati anhelitus caloris ab exūdantia, causam exponit: si instrumentis in spiritualibus affluens augetur calor, animal suo in anhelitu omnes thoracis musculos fortiter, velociter, crebro commouere cogitur: quando huiuscemodi calor a virium lapsu enudatus fuerit, qa si vires desertæ fuissent, tunc anhelitus non copiosus cum in spiratione, & expiratione in esset; quia thorax minime in tantum dilatatur, vt aeris exundantia ingredi possit. ℂ (At viriū) inter geminas iniqui anhelitus præcursas causas, abhorentias, humanitatemq; detegit: virtus quidem imbecillis vehementi a calore dis

fociata, neq; velocem motum, neq; spissum subministrat, quum thoracis partes dilatare possit: cuius oppositum copiosus suggerit calor, quare licet in hoc renuant, tamen in aliquo consentiunt, puta q̄ vtroq; in motu, vel a virium defectione, aut vberrimo excitato a calore, omnes thoracis lacerti moueri impelluntur, tertio. (quin etiam) distinguuntur: quoniam vbi vehemens ingenti ex calore geminat anhelitus, p̄ter q̄ in magnitudine, & spissitudine, velocitateq; assidue augeat: hoc occurrit aliud, quia aer quum expiratione ab eo explicatus, cum insufflatione calida, ebullientiq; liberatur: sed malo in anhelitu ex virtutis diminutione, nulla per os aeris exufflatio, verum per nares simpliciter plangitur: sic igitur si narium pulpæ, aerem attrahentes. cō stringi, dilatariq; videntur: id virtutis imbecillis pro efficacissimo habetur argumento.
¶ (ob spiritualiū (consequenter magni anhelitus causam ex instrumentorum spiritus angustia aperit, quoniam totus eximium ad spatium dilatatur thorax, cuius dilatatio est velox, spissa, & hi taliter affecti esufflare nec cō suerunt, idest aer sine in suffiatione egredit:
¶ (si vero) vestigia, geminas dignoscēdi mali anhelitus causas, vt angustiam, immēsumq; calorem simul associatas princeps monet: qm̄

si hæc duo .s. calor, & spiritualium coartatio instrumentorum vna conducātur, vt in peripneumonia euenit: ea tempestate eis anhelitus maximus & sæpissimus, velocissimusq; non sufficit, sed surgere seu recte sedere cupiunt: nam hac in sessione thoracis dilatationem iocundiorem esse sentiunt, quia ipsis decubentibus, in sese concidit .i. vna pars super aliam deplicatur: eo ꝙ thoracis partes spinæ coniūguntur, quare quum ossa dorsi ipso erecte sedente dilatentur, pectus ascendet, neq; vna super aliam conculcatur partem. ¶ (ac) pandit, ꝙ obstructione refragati, ob succorum a capite vel circūuicinis a sedibus ad pulmonis spatium defluxum, similem anhelitum puta velocissimum, frequentissimumq; possidere, assueuerunt: necnon erectam imprecantur pmanentiam: sed in hoc a promulgatis dissentiunt anhelantibus, eo ꝙ neq; quum insufflatione, nec ingeus ab iis, vti ab illis percutitur aer: consimiliter in eis excogitatur, in quib⁹ nimia inter pectus, & pulmonem constipatur sanies, quos empicos dicunt: vniuersum attollunt thoracem: sed non extiuum exufflando pulsant aerem, nisi acuta eos insequatur febris. quare asserit Galenus, ꝙ hi inopinatæ, perturbationis impulsu, viriumq; lapsu iugulantur quū hac in afflitione vires pocius quā

in aliis deserantur. ¶ (sed) obumbrato dubio debitum pensitat: videlicet q minime cũctis in thoracis affectionibus currit, vt virtus desi stat: quoniam indiariis quæ ad pulmonem cõflectũtur: ex quib9 peripneumonia, & asthmata prodeunt: haud prosternitur, immo anhelantes per passiones, succos ob crassos pulmoni contextos, ipsa sua protegitur inneruositate. ¶ (atq;) deprauati anhelitus ex apostemate causam patefacit, si in pulmone tuberculũ idest apostema concoctu difficile congestum extat, thorax præcipue dilatabitur: sed exundantem minime elidet aerem: verũ licet expirare perpetuo, tamen sine insufflatione impellitur: quum id in mensis in spiritualibus caloris, peculiare coniicitur. ¶ (in eãdem) quæ passiones supra affatam anhelitus magnitudinem conuocent, detegit, q qui ab angina ob angustiam detinentur, quæ non in spirationis exilibus, sed expirationis innascitur: in eãdem iniqui anhelitus speciem decidunt: Et q bus abscessus, aut calida apostemata, vel succorum affluentia in thoracis, aut pulmonis cauernis locantur, nulla in gutture aut asperæ in spaciis arteriæ coarctatione vigente: sed duntaxat quia angustia eam, qua aer inispirãdo inescatur, concauitatem compescit: ex necessitate maxima thoracis germinat dilata-

tio,& ad eos modicum deferri aeris: verũ velocem, frequentemq; anhelitum consequi cõpelluntur.

Ex his hæc reseco promulgata.

¶ Eximius anhelitus vnum trium, aut virium lapsum, aut spiritualibus in instrumentis præclusionem, aut corde, pulmoneq; nimium portendit calorem.

¶ Sed tria asserta, vna associari raro, bina vero excogitari posse, haud denegat: ac si trium cõuocatio simul fuerit, proximam vitæ dissipationem, si vero geminorum, duram sospitem si vero vnius vtrumq; consequenti, vim habere, prædicat.

¶ Vehemens anhelitus imbecilli a facultate citra ardentem concitatus calorem, eius quidẽ motum non velocem, nec frequentem subministrare, autumat.

¶ Si in aeris inspiratione, narium pinnæ dilatari, constringiq; conspiciuntur: hoc vires statuere destitutas, pro efficacissimo constituit argumento.

¶ Immodestus anhelitus ingenti in spiritualibus a calore commotus, celerem, crebrem, violentumq; plaudere anhelitum, ac aerem ignea cũ insufflatione plangere: oppositum autem in virium lapsu, sentit Galenus.

¶ Thoracis festina, assiduaq; dilatatio, ac aeris

præter insufflationem liberatio, quum anhelitus magnitudine associata, ipsum ex spiritualium instrumentorum angustia germinare, indicant.

¶ Qui ex spiritualium coarctatione, vehementiq; ex calore anhelitus vehementiam tolerāt, erecti sedere insudant.

¶ Empyci & si anhelitus magnitudine duntaxat perturbentur: aerem neq; calorficum neq; exufflando repellunt: nisi acuta eos obsideat febris.

¶ Suppuratos celeris suffocationis naufragium, viriumq; idoneam resolutionem impendere, testatur.

¶ Virtutem in peripneumonia, aut orthomia crassis, lentisq; ex succis congestis, suo in tono patrocinari, testimoniū reddit.

¶ Qui ab angina, thoracis vlceribus, calidoq; apostemate, ac succorum in pectoris, pulmonisq; cauernis redundantia oblaniantur, citra cānalium artationem, intemperatū in anhelitum eos labi profitetur.

¶ In pulmone apostema innatum, non mediocrē solicitare anhelitum enunciat.

¶ Affluentis aeris inspirationem, & expirationem exundantis spiritualium caloris peculiare esse claudit.

Præ omnibus enim vos meminisse velim, magnæ respirationis geminas esse differentias. fit enim interdum ob dilatationis a thorace procedentis magnitudinem, interdum vero ob inspirati aeris multam essentiam. Scitis nimirum quod sæpenumero vos admonere soleo earum rerũ, quæ a prioribus omissæ sunt. Nam quas ipsi persequuti sunt, earum propter scriptorum multitudinem, facilis atque in prõptu est memoria. Quæ vero ab Hippocrate (quãuis accurate te de dyspnœa scripserit) non sunt definita, ea posteriorum nemo explicauit definitiue. Iccirco necessarium esse putaui, creberrime illorũ vos admonere. Igitur quicunque sine inflammatione, vel omnino sine aliquo p̃ter naturam tumore, aut angustia spiritalium instrumentorum, per febres ardentes, difficulter spirant, iis inspirati aeris quantitas magnitudini dilationis thoracis, proportione respondet. Quibus vero vel tumor vel angustia sine flammeo calore in spiritalibus est, in his thoracis quidẽ dilatatio maxima est. id vero quod inspiratur, nõ solum dilationem propor-

rione non assequitur, verum etiam rhin° q̃ secundum naturam inspirari solet, attrahitur. At sine distinctione, vnã dispositionem ostendit magna thoracis dilatatio, si raritatem simul acceperit. Verum animaduertere oportet ne aliquando in hac decipiamini, putantes eam spirationem, quæ ob virium imbecillitatem omnibus agentibus musculis efficitur, eãdẽ esse cum magna. quam equidẽ, quo clarior esset interpretatio, sublimem vocare volui. Hicq; mihi facile fuit intelligere, Hippocratem eum sublimem vocare spiritum, qui altioribus thoracis partibus inspiratur. Quemadmodum quum, inquit: Magnus spiritus & ex longis interuallis delirium declarat. Constat eum, magnum pro multo dixisse. Is vero bifariam fieri potest, vel sine superiorum musculorum actione, vel ipsa quoque concurrente. Nam plerunque intercostales musculi, vna cum septo transuerso, ad multã thoracis eleuationem qua multus spiritus allicitatur, superiorum musculorum auxilio non indigent. Quod vero huiusmodi eleuationis species, delirium portendat

dat, in commentariis de dyſpnœa iã oſtẽdimus, vbi etiam cuiuslibet difficultatis anhelitus diſpoſitio declarata eſt. Nunc vero, vt compendio quodam, hic explicamus eos affectus, quos in aliis antea cõmentariis iam percurrimus: Ita & de dyſpnœæ differentiis, partim quidem dictũ eſt, partim vero in ſequentibus dicemus. Nam magnarum reſpirationum, alia quidem crebra eſt, atque huic ſunt differentiæ complures, quarum aliæ alias diſpoſitiones indicant: alia vero rara, vnicam indicans diſpoſitionem. Sic etiam de exigua dicendum eſt, quod rara quidẽ ſpiritalium inſtrumentorum frigiditatẽ, frequens vero non ſolum ſpiritalium, ſed eorum quoque quæ cum ipſis mouent: vt hepatis, lienis, ventriculi, gulæ, laborẽ portẽdit. Quum igitur plures ſint diſpoſitiones, quas per vehementes motus dolor comitatur, ex aliis notis & conſiderãdum & definiendum eſt, ſiue inflammatio quædam, ſiue eryſipelas, ſiue vlcus, ſiue abſceſſus dolorem efficiat. Quin ẽt didiciſtis quod inæquales intemperantiæ, dolores excitare ſæpenumero ſolent.

Similiter ſpiritus crudi flautoſiq́ꝫ copia, qui arctatus aliquando partes ipſum ambientes diſtendit, aliquando vero violenter egreditur. Præterea calidi & aeris aut frigidi & lenti humoris abundantia, ſi aliquando retentus ſuccus, ambientia corpora diſtendat, aut inde violēter exeat, dolores efficere poteſt. quod ſi grauius affecta fuerint inſtrumenta, in quibus huiuſmodi res continentur, dolent, vel nō mota. ſi vero leuior fuerit affectus, quādo mouentur. Verum in libris de dyſpnœa, cauſam explicauimus, cur exiguæ ſpirationis, frequēs quidem ſpiritus, motorum per reſpirationem inſtrumentorū, laborem ſignificat. Rarus vero, vehemētem refrigerationem, & quidem ſpiritaliū duntaxat, præcipue pulmonis, & cordis. Eſt etiam alia dyſpnœæ ſpecies, quum veluti breui quadam quiete, intercipitur opus thoracis, idq́ꝫ nonnunquam aſpirādo, nonnunquam vero reſpirando, ſiue hoc accidat ob muſculorum thoracis cōuulſionem, ſiue ob caloris copiam, cogētis laborantē continenter vel aſpirare, vel reſpirare. Eſt inſuper alius ſpirationis

affectus, quē apnœam (quasi non spirationē dixeris) nominant, nulla, vt aspicientibus videtur, facta spiratione. Verum vt rei ipsius natura declarat, eam non fieri incredibile est. Nam impossibile videtur vt animal omni spiratione exactæ priuatum, in vita seruari possit, quanuis ea animalia quæ in cauernis latere consueuerunt, thoracem mouere videantur minime. Proinde duorum alterum conijcere oportet, aut adeo exiguam fieri spirationem, vt sensum effugiat, aut huiusmodi animalia tunc spiratione omnino nō indigere, sed eam transpirationem, quæ p vniuersum corpus fit, sufficere, quippe hanc, cor ipsum per arterias, efficit. Respirationem vero, per thoracem cerebrū efficere constat. Verum qualis est dispositio quæ apnœam efficere potest communis certe omnibus aliis partibus, veluti in apoplexia, sopore, morbo comitiali, catalepsi. Nam in his omnibus, nullus pprius affectus spiritalia instrumenta præ cæteris infestat, nō magis q̃ vocis, aut locutionis, aut pgressionis instrūta. sed affecto principio oīa, quib⁹ vires suæ p quas

reguntur, ab ipso suppeditari consuene-
runt, ei consentire necesse est. verum de
apnœa iam & particulatim, & per se dixi
mus, quamobrem tempus est, ut nunc ad
alia transeamus.

COMMEN: XVII.

DE vehementis anhelitus causis, earumq; con
iecturis antecedenti in textu oratione conci-
tata, in præsentiarum eiusdem absurditates
percunctari prosequitur. Et eius quippe ver-
ba sic secanda, examinandaq; esse statuo:
¶ (præomnibus) primo theorema ad memo
riam recogitandū præcurrit: quod immensi anhe
litus bine ascribuntur abhorrentiæ, aliquan-
do secundum dilatationis magnitudinem a
thorace innascentis, & quandoq; ob spirati
aeris copiam machinatur. ¶ (scitis) suas
in exarando refert partes, quæ obuiæ extant.
¶ (igitur) aeris seu anhelitus atractionem se
cundum causæ alietatem metitur: qui enim fe
bribus in ardentibus citra calorificum aposte
ma, vel pter naturam tumorem, aut spiritua-
lium præssionem instrumentorum, dure aerē
inescant: in his inspirati aeris quantitas, ma-
gnitudini dilatationis thoracis proportione

respondet ideſt anhelitus quantitas ſecundū dilatationis pectoris quantitatem, æquali metietur menſura: ſed quicūq; in ſpiritualibus ardenti excluſo calore, tumorem, vel p̄ternaturam coarctionem poſſident, in his thorax q̄ maxime dilatatur: id vero quod aeris attrahitur, non modo thoracis naturalem haud conſectatur dilatationem, immo minus q̄ ſecundum naturam allici ſolet, allicitur: & hoc exilium denſitate, per quos affluens aer ingredi nequit. ¶ (At ſine) exponit, q̄ ſine diuiſione ꝓmulgando, eximia thoracis dilatatio cū raritate conſtructa, vnum puta viriū lapſum ſtatuit. ¶ (verum) ne deludamini monet princeps: vehementi in anhelitu, non enim ſancire oportet, anhelitum ex virtutis defectione, omnes thoracis partes concitare, eundem eſſe magno cum anhelitu, quē anhelitum lucidiorem ſecundum interpretationē, ſublimem vel ſuſpenſum nuncupari voluit, quoniam ipſi futiliter fuit, Hippocratem intelligere ſublimem anhelitum eſſe, qui altioribus thoracis partibus ſpiratur. i. quādo aer ſuperiores in thoracis partes attollitur, ſicut & cum refert, q̄ nòn mediocris anhelitus longis ex intercidētibus delirium portendit: quare appendit q̄ Hippocrates magno ꝓ multo functus fuit. ¶ (is vero) magnum anhelitum

binis modis, vno^q mõ sine supiorũ actione lacertorũ, alio cũ eorũ actione machinari detegit: qm̃ intercostales musculi simul quũ septo trãsuerso ad copiosã thoracis dilatationẽ, q̃ exũdãs allicit aer, supiorũ subsidiũ lacertorũ quãdoq; haud implorant. ¶ (quod) q̃ scripsit & vbi, ac quæ explicare per opus est, in memoriam restituit: & cum hoc eximii anhelitus abhorentias asserit, nam quidam spissus adaptatur, & hic secundum spissitudinis alietatẽ, propriam singulariter habet significationem quidam vero rarus, vnicam duntaxat statuens passionem vt supra liquet. ¶ (si etiam) immẽso de anhelitu purgato sermone, ad paruum festinat, quare paruus anhelitus si rarus excogitatur, spiritualium geliditatem instrumentorum portendit, si vero frequens, dolorẽ nõ modo instrumentalium locorum, verum aliorum quæ cum ipsis commouentur, vt iecoris, lienis, ac aliorum indicabit. ¶ (quum) recitat q̃ cõplures reperiuntur refragationes, quas dolor consequitur. vt aliis ex argumentis vulgari potest, sicut apostema calidum, siue erysipila, vel vlcus dolorem cõmouent. ¶ (quin etiam) quæ acerbitatem solicitare assueuerunt, enodat vt inæqualis intẽperies, flatuosiq; spiritus non cocti affluentia hic autem bifariam crudelitatem concitat, aut quia sedes

in quibus coarctatur, effrenate distendit: aut quum vi per eas percurrit: pariter de calorifici, hyemalisque succi redundantia aliqua in sede præclusa, persuasum habetur, quæ aut ipsam, vel circumuicinas sedes distendit, aut per eam pergens, vnitatē dissocians naturalē dolorem subministrat: (quod si) quandā adiicit distinctionē, nam instrumentum vbi materia præmitur, summe perturbatur: & tunc ipsum siue moueatur siue quiescat perpetuo acerbitatem inducit: si vero, modicum contristatur, eo tempore in motus spatio dolor duntāxat molestabit. & cum hoc, libros inquibus de parui anhelitus causis disceptauit, commemorat. ¶ (est alia) alteram parui anhelit⁹ speciē tractat: & est quando breui quadam quiete thoracis actiones extinguntur: & quiescunt, quandoque in spiritum inescādo, & quā doque in repellendo, quod innascitur, aut ob musculorum thoracis conuulsionem, aut ob caloris exuberantiā, laborantem, anhelitum expirare, aut inspirare impellentis: ¶ (est insuper) aliā iniqui anhelitus narrat absurditatem, & erit, anhelitus orbatio, ita quod afflictus prorsus ab anhelitu relegatur. ¶ (nam) ambiguam agitat difficultatem, puta si animali sine anhelitu, vita opitulari possit: & aduersas ratiocinatur in ptes, in vna quod nec possibile esset

cet, vt aĩal ꝑrſus ab anhelitu exterminatũ vĩ tã posſidere poſſit: in alia ꝙ aĩalia q̃ inforaminibus in hyeme latitant, minime thoracem cõmouere cernuntur. (proinde) huic debitũ reddit Galenus: ꝙ id de animantibus geminum ſuggerit ſenſum: aut quia adeo tenuiſſimum obtinent anhelitum, ꝙ ſenſu comprehendi nequit, vel quia tunc tẽporis animalia ipſa anhelitu, ſeu expiratione, & inſpiratione per thoracem haud indigent: ſed aer qui vniuerſum per corpus ingreditur & egreditur, eis ſuppetit: quoniam hic aeris egreſſus & ingreſſus a corde per arterias molitur ſed anhelitus per thoracẽ cerebri ſuffragio machinatur. ¶ (verum) diſpoſitionem quæ, apnœam. i. anhelitus deprauationem ſolicitare poteſt: quibus ꝑturbationibus cõmunicat, expedit: vti in apoplexia, ſopore, morbo comitiali, illuſtrat ſe ipſum princeps, quoniam in his nulla propria p̃ aliis excogitatur ægritudo: ſpiritualia inſtrumenta potius q̃ vocis vel loquutionis, aut deambulationis lacerans inſtrumẽta: ſed principio vexato, cunctas ſedes quæ ab eo vires lactant: vexari oportet, quum ab eo opitulantur, & ꝑteguntur.

Ex his has reſeco normas:

¶ Magnum anhelitum bifariam, aut ſecundum expirationem, aut inſpirationem excogitari,

testatur.

¶ Si ardētibus in febribus citra in spiritualibus tumorem pternaturam, aut coarctationem, malus germinat anhelitus, tunc aeris inspirati copiam, magnitudini dilatationis thoracis pportionem habere enarrat.

¶ Si spiritualia tumorem, aut pternaturam angustiam absq; calore nimio amplectūtur, aeris inspirationem, naturali thoracis dilatatione minorem esse, testimonium reddit.

¶ Immensa, raraq; thoracis dilatatio, viriū lapsum psagit.

¶ Magnum anhelitum sine superiorum lacertorum, & cum eorum actione moliri, indicat.

¶ Magnum anhelitum & spissum & rarum esse, prædicat.

¶ Paruus anhelitus si rarus fuerit, spiritualium instrumentorum pruinam, si frequens eorundē, connexorumq; dolorem portendit.

¶ Intemperiē, halitosi spiritus & crudi copiam ac cuiuscunq; redundantiam succi, vt horum aliquod extendit: violenterq; pertransit, dolores solicitare, pfitetur.

¶ Si sedes iratam præcludens materiam, mirifice ob turbatur, eam in motu & quiete, si vero modice, in motu duntaxat acerbitatem cōcitare sentit.

¶ Animal ab anhelitu relegatum, vitam habere

reclamat.

¶ Animalia quæ in hyeme anhelitu carere videntur aut anhelitum insensibilē, aut qui vniuersum per corpus inspiratur, & expiratur, habere promit.

¶ Aeris totū per corpus ingressum, & egressum cor per arterias, thoracem virtute cerebri subministrare autumat.

¶ Quum principium refragatur, tunc cunctas sedes quæ ab eo reguntur, refragari promulgat.

De pulmonis affectibus

IGitur quum exercitationis via, qua ad affectorum locorum notitiam peruenitur, duplex sit: altéra quidem ab apparentibus accidentibus, altera vero a corporis partibus. si quis per vtrasq; voluerit exercitari, eadem bis dicet, quanuis alio & alio modo: vt de pulmonis confestim affectibus dictum est, vbi de dolorum ratione, de sanguinis reiectione, ac de dyspnœa diximus, atque in præsentia quoq; dicemus. Etenim vehementi dolore nunquam cruciatur, verum & grauitatis sensum, & aliquando extentionem quandā, vel ad pectus, vel ad spinā percipere pōt,

ibi enim membranæ ipsum ambientes suspenduntur. Sæpenumero etiam angustia molestantur laborãtes, atque ob hoc crebro, celeriterq; spirant, ac thoracẽ vehementer attollunt, sed non ita multum aerem attrahunt. Hæc si citra febrem acciderint, aut tuberculum, aut lentorũ crassumve, aut multorum humorum plenitudinem, in eo existere, aut pus, aut alium quendam humorem, vel lentum, vel crassum, vel multum, in ipsum effusum fuisse declarant. Verum ea per præterita accidẽtia discernere licebit. Nãq; si quis per bonam valetudinem, quum solitas actiones facere potest, sic difficulter spirare in cœperit, augeaturq; accidens, neq; inter respirandum stertere videatur, crudi tuberculi ortum suspicari oportet. Si vero stertendo strepitum fecerit, lentorum crassorumq; humorum pertinaciter impactorum multitudinem, pulmonis bronchia molestare indicium est. Quod si illico ab angustiæ sensu, quis difficulter spirauerit, flussionem vel a cerebro, vel a vicinis sedibus, in pulmonem irruentem portendit. Sed quum fluen-

tibus in pulmonem, vel viscosis, vel crassis, vel multis humoribus, hominem diffi culter spirare dico, in bronchiis eos continer intelligas velim. Diuisa enim in totum viscus aspera arteria haud secus atq̃ leui bronchiorum substantia in totũ pulmonem procedit. Vocantur autem a dissectoribus bronchia, asperæ arteriæ cartilagines, sigma literæ figuram referentes. At vbi pleuritis præcessit, mox remissa febris vehementia, intra latera grauitas in imo thoracis derelicta sentitur, ac vbi qs affatim a decubitu transmutatur, idq; maxime si ab vno latere in aliud se conuertens, defluere aliquid sentiat, puris multitudinem ibi contineri, haud dubia cõiectura est. Quinetiam in iis fluctuatio sæpenumero, haud obscure auditur. Accedit ad iam propositas notas, hoc quoq̃ indicium, si vehementi prægressa pleuritide, nihil pene laborans expuerit. Si vero citra febrim, serosus, aut pituitosus humor, in thoracis spatium subito defluens spirãdi difficultatem excitauerit, laborãs tenue sputum, idq; ab initio quidem exiguum, sed cum vehementi tussi. vbi ve-

ro concoctum est, plus atque crassius, & cummitiore tussi, expuere solet. Quippe bifariam accidere potest, vt vehementer tussiendo, pauca quis expuat. alii enim ob lentum crassumve humorem, alii ob tenuem, id facere videntur. si quidem tenuis humor, quum subleuatus est, inter tussiendum a spiritu diuisus refluit. Lentus vero, aut omnino crassus, difficulter effertur, vtpote qui non tam facile a corporibus quib⁹ impactus est, abstergi, neq; etiam a quauis occurrentis spiritus violētia impelli potest. nisi enim spiritus qui tussiendo effertur, & multus, & vehemēs fuerit, nihil secum educet. Igitur sputum quod neq; liquidū, aut aquosum admodum fuerit, neque crassum etiam, aut lentum, id facile efferri solet, maxime vbi validæ fuerint vires. Etenim sine vehementi thoracis contractione vehementer tussire nemo potest. at sine valida tussi, crassos, lentosq; humores efferri impossibile est. Igitur quando cum spirandi difficultate, cui & angustia, & grauitas coniuncta est, acuta quoque febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis est: At si

intolerabile fuerit incendium, angustiæ vero grauitatisque sensus minor, erysipelas ipsum vexare censendum est. Extremis aũt ita definitis, quid sit erysipelas phlemonodes, aut inflammatio erysipelatodes, haud difficulter deprehẽdetur. Sunt alii pulmoni affectus, vbi citra humorum affluentiam, intemperies ipsum infestat, siue æqualis ea fuerit, siue inæqualis. Igitur inæqualis tussim excitat: æqualis vero, si moderata est spirationis concinnitatem variat. at si vehemens, idque vincente calore, frigidi aeris, atque potionis, cupiditatem inducit, ac tractu temporis finitur in febrim, per frigidam autem intemperiem, contraria euenire solent. quippe si modũ seruauerit, calidi aeris, ac calidæ potionis desiderium excitat: si vero modũ excedit, replet viscus ipsum fluxionibus. Cæterum de ea tussis specie, qua sanguis ex ipso reiicitur, vel exeso, vel rupto vase aliquo, vel ore alicuius venæ patefacto, antea, vbi de sanguinis sputo mentionẽ fecimus, iam dictũ est, atque nunc quoque pauca quædã dicemus.

COMMEN. XVIII.

DE pulmonis vexationibus hac in litera scrutaturus Galenus, complures in partes suũ partitur sermonem, vt membratim percũctabit. ¶ (igitur) asserit, ꝙ qui sedis affectæ scientiã vendicare implotatur, geminam viam consectari cogitur: vnam quæ apparentibus, ab accidentib⁹, aliam quæ a corporis partibus cõpilatur: sed qui vtrasq; consequi instat: eadẽ bis enarrabit. & quum huiuscemodi particula ambigua appareat, eam princeps detegit: ꝙ idem bifariam ꝓmulgabitur, verũ alio, atq; alio modo: vt exponit: & taliter haud extraneum censebitur. ¶ (etenim) suum de pulmonis perturbationibus auspicatur certamẽ: primo eius acerbitatis magnitudinem reconciliat: quoniã pulmo nequaq̃ ab eximio discrutiatur dolore, sed quandoq; grauitatem, extẽsionemq;, vel ad thoracem, aut ad dorsi ossa sentire solet: quum membranæ ipsum ambiẽtes, his in locis contextæ; suspensæq; excogitentur, verum cur pulmo forti a crudelitate relegat⁹ extet, hic rursus annotare nolo, quũ iã supra hoc quarto in lib. com. xiiii. orsũ sit: (sæpenũero) subinfert ꝙ huiuscemodi cruciati & sæpissime ĩspirationis & expirationis co

arctationem sentiunt:& huius impulsu, celeriter, assidueq; anhelare coguntur. corū quidem thoraces mirifice dilatari inspiciuntur: sed nec copiosam aeris alliciunt quantitatem quare quum a febre nudata germinant, aut vlcus, vel lentorum, crassorumq;, aut multorum succorum exundantiam in pulmone residere aut pus, vel alium quendam succum, vel crassum vel lentum, aut affluentem in eum fluxū, decernunt. Et ex his decerpi potest, ptisim sine febre quandoq; excogitabilem esse:& hoc in initio: quum vlcus adhuc minimum, & fere a sanie euolutum extat: nā veritas constituit: ꝙ non diu stare potest, quin febris conuocetur:& hoc quum cor iniusta exeuentatione: & vapores ob deprauatos ab vlcere cordi impartitos, inflammari, compellitur. ¶ (verū) in præsentiarum asserctas dignoscendi causas, argumēta actendit: nam si aliquis sua fungens in violatione, anhelitū nodosum lucrari auspicatus fuerit & quum respirat, gradatim augeatur, vocem ad stertentis modum haud plaudens, eo tempore tuberculum in pulmone cōgestum esse, sancire opus est ꝙ si vocem stertendo tundit, lentorum, crassorumq; succorum exundantiam, in pulmonis bronchiis compaginatorū portendit. ¶ (Quod) laboriosum ex angustia anhelitum exponit, quoniam

quoniam si aliquis durum in anhelitum raptim labitur, succum ad pulmonem vel a cerebro, aut circũligatis a sedibus ad pulmonem disseminari refert. ¶ (sed quum) suo de colloquio medicum reddit prouidum, vt quum difficilem spirationem succis ex crassis, lentis, copiosisq; in pulmonem præcipitantibus concitatam, promulgat, eos bronchiis constipari, pcipere hortatur: horũ promit causam: nam arteria aspera vniuersum in pulmonem diuulsa, leuis bronchiorum.i cannalium pulmonis substantia totum in pulmonem diffunditur: vnde asperæ arteriæ chartilagines, quarũ forma est quasi sigma, a dissectoribus brõchia perhibentur. ¶ (at vbi) saniei affluentiã in thoracis concauitate conductam, discernẽdi vestigia aperit: quoniam si retroacto tempore morbo a laterali cruciatus extitit: & febris ardentia extincta fuerit, grauitatem in thoracis concauitate senserit. & quũ affatim vno a latere ad aliud commouetur, aliquid defluere comprehendat: puris exuberantiam eo in loco retineri statuit: necnon in his fluctuatio sentitur, ac aliud apparet vestigium, quia præhabito in morbo haud tantum expuit, quantum oportunitas inuocabat. ¶ (si vero) in facilis anhelitus explorat causam, nam si spirandi improchuitas citra febrem germi-

nat, eo ꝙ materia serosa seu aquosa, aut pitui-
tosa in thoracis spatium inopinato descen-
dit: tunc in initio id quod expuit, modicum, te-
nueq; ac atroci cum tussi existit: sed quum suc-
cus iam maiorem vendicat concoctionem, &
crassius, & copiosius expeditiorique cum tussi
repellitur: cuius (quippe) binam affert ratio-
nem, puta cur succo in bronchion, aut alia in
vacuitate pulmonis contexto, validam con-
citat tussim, aut crassam ob materiam, aut te-
nuem: quoniam succus si tenuis fuerit, sursum
cum tussi halitoso a spiritu pulsatus, in com-
plures dissipatur partes, & rursus interius de-
fluit: sed lentus, crassusq; succus a locis quib⁹
conglobatus est, non nisi eximio cum labore
diuelli potest: non enim quocunq; ab inflatiuo
spiritu: nisi a neruoso, affluentiq; inter tussi-
endum deferri inspicitur: & iccirco subinfert,
ꝙ si succus ipse neq; sit nimis liquidus seu te-
nuis, nec crassus, & lentus & precipue si vires va-
lidæ extant: facile educitur: & ex his decerpo
ꝙ tam crassus quam tenuis succus concoctionem
exposcit: eo ꝙ ipse haud prone deiicitur, ni-
si æquatam ad substantiam conflectatur: quod
concoctionis suffragio perficitur. ¶ (etenim)
gemina insinuat, & ꝙ sine thoracis valida
coarctatione minime tussis prodet: & ꝙ absq;
eius impulsu, crassi, lentiq; succi nec sedibus

a ſpiritualibus excluduntur. ¶ (igitur) conie
cturas igneum in pulmone eſſe apoſtema an-
notat vt ſi anhelitus difficultas alicui occur-
rat, cui grauitas cũ anguſtia, ardensq́; febris
aſſociantur, hæc profecto apoſtema in pulmo
ne indicant. ſed ſi inflammatio intolerabilis
extiterit, grauitas, anguſtiaq́; attenuare vidẽ
tur, apoſtema eſſe eryſipilioſum, autumat:
quum ardentiorem ſuper ſuccum vt flauã bi-
lem portendit. ¶ (ſunt alii) de pulmonis ſuc-
coſa perturbatione percurſo ſermone, conſe
quenter de in ſuccoſa contemplari nititur: vtã
eſt iniqua complexio, ſiue modeſta, ſiue im-
modeſta conſpicitur: quoniam prior & leuis
ordinem diſturbat anhelitus: ſed immenſa, ſi
calorifica fuerit cupiditatem aerem gelidum,
potumq́; hyemalem in eſcando ſolicitat: & ſi
cunctatur, in temporis menſura in febrem diſ
funditur: verum vbi in proba complexio æqua
lis, pruinoſa excogitatur, aeris, potusq́; igneã
optatum ſubminiſtrat: & hoc ſi minuta exti-
terit: ſed ſi aucta, vigorataq́; viget: pulmonẽ
ipſum ex fluxionibus affluit: & hoc eius imbe
cillitatis impulſu, alimentum ad ipſum im-
partitum, decenter confiectendi minime fa-
cultatem habens: qua de re maiorem ſecundũ
portionẽ in ſuperuacua feſtinat: alia ſatis eui-
dentia, lege per te.

Ex his hæc compilo theoremata.

¶ Hæc gemina, vt in propatulo accidentia, corporisq; partes sedem contristatam decernere autumat.

¶ Pulmonem agrauatiuo detineri, sed sæuo adolore vnq̃, sentit Galenus.

¶ Anhelitus coarctationem absq; febris dilaceratione, thoracis aut ossium dorsi grauitatem extensionemq; in pulmone vel crudi apostematis ortum, aut succorum redundantiam, in eũ defluxam indicare, enarrat.

¶ Ptisim quandoq; a febre relegatam, excogitari posse: hic a Galeno subtrahitur.

¶ Anhelit⁹ durities, quæ alicui auspicatur & minutim augendo pergit, si vocem absq; stertoris sonitu plangit, in pulmone crudum apostema, si stertendo in pulmonis bronchiis affluentes succos compaginatos esse, testimoniũ reddit.

¶ Repentina anhelitus difficultas cuidam emergens, succorum ad pulmonis bronchios, a capite, vel circum copulatis a locis, defluxum testatur.

¶ Chartilagines asperæ arteriæ, bronchia dissectores ferunt.

¶ Succos anhelitus laborem concitantes, in pulmonis bronchiis locari, p̃dicat.

¶ Quum grauitas in thoracis cauernositate com

præhenditur, ac tumultuarie vno de latere in aliud commutatur, laterali affectu, febrisq; attenuatione, sputi modica deiectione antecedentibus, puris redundantiam in eo constipatam esse, profitetur.

¶ Vti eximia tussis cum modico affectu, succũ crassum, lentumq;, aut gracilentum, paripassu procliuitas, substantiam æquatam esse, monet.

¶ Geminos succos & nimis crassos, ac tenues concoctionem exposcere, insinuare videt.

¶ Vti thoracis præssionem sine tussi haud excogitabilem, pari filo succos crassos, lẽtosq; in spiritualibus conductos, nec citra eam, distrahibiles esse, attestatur princeps.

¶ Anhelitus vis, cũ grauitate, angustia, febreq; ardenti constructa, pulmonem ab apostemate oblaniari, adiudicat.

¶ Infestam pulmonis naturã, ininstam, tussim, iustam si debilem, anhelitus incommodum, si neruosam vt calorificam, hyemalium, & pruinosam, æstiuorum cupiditatem impellere, ꝓmulgat.

¶ Iniquam pulmonis crasim & gelidã, pulmonẽ fluxionibus exundare, claudit.

Porro ruptiones in ipso deprehendes, tũ ex multi sanguinis fluxione, tum ex magna notabiliq; aliqua causa quæ præcessit, si subito aduenerit. Voco autem præcedẽtes causas, vt quum aliquis ex alto, vel in ludo, vel certamine ceciderit, aut quum alter super alterum cadit, aut vbi ex inanimatis corporib⁹ aliquod graue, vt vel lapis, vel lignum, thoracem læsit. nonnullis ita cum exclamatione præcessit. Quin etiam citharœdis tragœdisque certantibus acuta vehementique voce vasa interdum dirumpuntur, maxime vbi non præmissa pulmonis per præcedẽtes exclamationes lenitione, violenter clamare conãtur. Vt enim luctatoribus, si certamen aggrediantur, musculis, prius neque calefactis, neque perfrictiones, aut moderatas motiones, explanatis partes quædam rũpuntur, atque conuellũtur: ita etiam pulmoni accidere solet. Hunc, quia frictionibus ad vehementes motiones præparare non licet, per exclamationes, quæ frictionibus proportione respondent, id efficere studemus. Insuper nulla manifesta extrinsecus adueniente causa, vt in cæ

teris corporis particulis, ita in pulmone quoque vas aliquod ob sanguinis abun dantiam, dirumpi potest: quum videlicet extensioni resistit, aut ob frigus a vicinis partibus contractum, aut ob innatam intemperiem. Ita Hippocrates, venas (inquit) frangit aqua frigida, atqui ipsa p se ruptiones non facit, sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras, & extendi contumaces reddens, vt rumpantur paratiores efficit. Ruptionis vero causa est, aut vehemens motus, aut humorum abũdantia, qui vel per se vel vna cum crudo & frigido & flatuoso spiritu, venas extendunt. Verum fractionis ab huiusmodi haud obscurum indicium præbet subita plurimi cruoris vacuatio. Quum vero venarum ora aperiuntur, non frigidæ, sed e contrario, calidæ dispositiones præcedunt: veluti vbi multis, eisdemq; calidis balneis homo vtitur, atque terram inhabitat calidam, fueritq; anni tempus eiusmodi, similiter alimenta quoque & potiones. At quæ eroso vase aliquo affatim accidunt sanguinis euacuationes, eas p̃cedere solent exigua sputa, atq; acres in

hoc vidi confirmatum

pulmonem a capite fluxiones. Nonnunquam vero & pulmonis aliqua pars, aut crustula simul efferri videtur, vt neminē latere possit, ad pulmonem hunc affectū pertinere. Orto vero in aspera arteria vlcere, præter hoc quod sputum purulentum apparet, dolorem quoq; in loco affecto laborans sentire consueuit. Ipsum vero per ea quæ screātur, quia exigua sunt, ab vlcere quod in pulmone natum est, discerni potest, quippe ab vlceribus pulmonis, plurimum sputi reiicitur. Atque vt ex pulmone educta particula, visceris ipsius vlcerationem significat: ita ex gutture videmus interdum corpusculum aliquod a ligula (Græci epiglottida vocant) per vlcerationem excreari. Id vero non solum hoc indicio deprehenditur, verumetiam ex eo, quod in vlcerato loco doloris sensu laborans infestatur velu ti de aspera arteria dictum iam est. Etenim pulmonis vlcera, dolor nō comitatur. ea vero quæ in iis sedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, sed non vehemētem, vt si alicui suapte natura hebes fuerit sensus, ipsum plane non percipiat.

Igitur persæpe vidimus eos, quos iam su pra proposuimus affectus, & qui pulmo ni & spatio thoracis, & asperæ arteriæ, & gutturi accidere possunt. quippe omniũ horum, sermonis communitate inducti, mentionem fecimus. Qui vero deinceps dicentur, non ita crebro nobis apparue- runt. Quidam humorem repente expuit, liquidæ bili in colore perquam similẽ, medium videlicet inter flauũ ac, pallidũ: ac nulla acredine infectũ: atque ita quo- tidie magnam eius quantitatem expuit. deinde leui suborta febricula, tabescere incœpit, adeo vt purulenta screaret. Po- stea tractu temporis, quatuor videlicet mẽsium, exiguum cum pure cruorem re- iecit, atque sic aucta febre, magis cõsume batur, ac iterum, atque iterũ plus expue bat: adeo vt magnã sputi quantitatẽ red- deret. quocirca magis increscente febre ac resolutis viribus, eorum, qui tabe mar- cescunt, exemplo, mortem obiit. Deinde alium vidi eodem fere modo sex mensi- bus, ac alium quoque diutius laborantẽ. Igitur qui primus nobis occurrit, initio quidem nihil mali habere, sed tandem

pessime affici visus est. Alterum vero quũ conspiceremus, ei statim ab initio cogni to malo, præsenti medicamento succurrere tentauimus. Ac multo etiam magis tertio. At quanuis multo negocio eos liberare conaremur, nihilominus neque horum vllus, neque alius post eos seruari potuit. quũ enim morti iam proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdã partes expuebant. Proinde facile cognoui, haud absimili eos affectu laborare, qualem in extremis partibus videre solemus, quum a putrefaciente quopiam humore inficiuntur. verum has & abscindere, & vrere possumus, pulmoni vero horũ auxiliorum neutrũ adhibere licet: Quapropter omnes perire necesse est. At vero postremum quum viderem, ad visceris fortem exiccationem, solicito me animo cõuerti, & quidem odoribus atque potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentum, quod hedychrorum vocant, interdiu naribus ipsius iugiter adhibere iussi: ad somnum vero sese conuertenti præscripsi, vt nariũ foramina ex aliquo preciosorum vngentorum illinerentur,

qualia videlicet Romæ præparari solent, vocant vero ea & foliata, & spicata, Atq́ dedi in potu medicamenta, mithridaticam vocatam compositionem, ambrosiã athanasiam, teriacham. Itaque perpetuo anno sic educatus, tandem similiter vt reliqui tabidi, vitam finiuit, quam fortasse, ob iam dictam educationem, lõgiori tempore protraxerat.

COMMEN. XVIIII.

DE pulmonis afflictionibus præassumptũ sermonem magis rimari insudat: vbi nec vnicum duntaxat exponit, in primis venarum pulmonis disruptionem, geminis exconiecturis diiudicare docet: puta ex affluentis, in opinatiq; cruoris liberatione, aut ex causa antecedentis impulsu, ad diuulsionem compescente, vt ex alto casu, aut in ludo, vel certamine, aut quum vnus super alterum præcipitatur vel si graue aliquod inanimatum thoracem macerauit, vt lapis, lignum. Et aliqui vehementi, altaq; ex voce venarum pulmonis disruptionem vendicant. vt per figuram illustrat: vti enim pugiles si prælium exordiuntur, liniamentis lacertos calefaciẽtibus, frictionibusq;

ac modestis motionibus non præeuntibus, partes quędam partiuntur, ac discutiũtur, cõsimiliter pulmoni occurrere assueuit, quum cytharœdi, tragœdi, symphoniaci, & cantores immensa dimicant voce, in venarum secationem festinant, pcipue lenientia adminicula circa pulmonis partes prius non accelerãdo, ac eximiam ad vocem haud assuescendo.
¶ (nunc) magis princeps detegit seipsum, ꝙ pulmonem vehementes ad motiones minime frictionibus corroborare licet: quum particula mollis extat, quam vntionibus, frictionibusq; nec muniri decet, quoad durum, validumq; substineat motum, per exclamationes quæ frictionibus proportione respondent, id efficere studemus idest vocum assuefactio paulisper ad alte clamandum, quæ quasi frictio vntioq; quum studio perquirenda elucet
¶ (insuper) promit, ꝙ non modo causa ex ꝓcatartica, immo etiam interna, vena in pulmone scindi potest, vti aliis in locis corporis, sanguinis ob redundantiam excogitari solet: quoniam aliqua in sede corporis cruor affluens venarum diuulsionem subministrat: pariter etiam in pulmone reperiri conspicitur: & non modo tali asserta ex causa, immo ex gelida, venarum disiuntio in pulmone prodit: & hoc quum dilatationi reluctantur, hyemali

ex causa: quæ aut in ipso est congesta: aut circum contextis ex partibus ei impartitur. (vnde) hæc ex promulgatis Hippocratis magis denudat, orsus est ipse, ꝙ aqua pruinosa venas distinguit, qualiter autem hoc exequat, autumat ꝙ ipsa haud fractionem sui ex essentia in venis suggerit, sed quia sui rigiditate venarum membranas naturali dilatationi inhabiles erogat & ex consequenti ad diuulsionem solicitat. ¶ (ruptionis) alias fracturæ causas conspirat, vt immensus motus, vel succorum exundantia, qui vel ex seipsis, aut succo cum crudo gelidoq; & halitoso spiritu cõnexi, venas taliter extendunt, ita vt disruptioni subiici compellantur. ¶ (verum) & cũ his fractionis vestigium annotat, vt copiosa, tumultariaq; sanguinis reiectio, diuulsionẽ ipsam peruulgat. ¶ (quum) quæ venarũ disiũtionem præcurrunt, promit, non profecto glacialis aqua, nec alia glaciantia, sed calorificantia, vt calorificum lauacrum, calorifica habitatio, ratio victus con similiter antecedũt quum frigidi peculiare opus densatio, calidi vero apertio scribuntur. ¶ (atque) cruoris excorrosione emanationem geminis ex argumentis scilicet apparẽtibus, & retroactis monet: quoniam sanguis raptim defluit, modica sputamina, acuteq; a capite ad pulmonem p̃

currerunt fluxiones, ex quibus sanguinem a pulmone resecari coniicere possimus (nonnunq̃) medicum adaptat sagacem, nam quũ sanguinis explicatione propter corrosionem pars aliqua pulmonis, aut vulnerum crustulæ educuntur, tunc pulmonem esse refragatum cense: sed si vlcus in pulmonis bronchiis conductum fuerit, id quod cum tussi repellitur, saniosum esse, necnon obluctata in parte dolorem laborãtem molestare, aperit. ¶ (ipsum) hoc quippe vlcus a pulmonis vlcere compluribus ex notis distinguit: primo per ea quæ per screatũ eiciuntur, quod.n.ex bronchiis excluditur exiguum, sed a pulmonis vlcere redundans conspicitur: quum substantia bronchiorum, eorum aridæ naturæ ad putredinem duram obtineant aptitudinẽ, pulmo vero aduersum vt copiosius primo in libro quem exposuimus com.ii.indicauit princeps. ¶ Secũdo (atq;) a substantialiter in hærentibus, quoniam vti pulmonis pars cum screatibus conglobata, pulmonis vlcerationem, pari passu gucturis partes cum eisdem delatæ, gucturis vlcerationem præseferunt. ¶ Tertio exacerbitatis coniectura, nam vlcus pulmonis eius in sensibilitatis causa, minime aliqua consectatur acerbitas, sed gucturis, brõchiorumq; vlcus crudelitas, licet non vehemens conse-

quitur, immo adeo exigua existit, ꝙ a torpidū habentibus sensum haud sentitur. ¶ (Igitur) quorundam reuocationem concitat.
¶ (quidam) quæ supra expediuit, vt euidentius innotescant, per particularia sciscitatur; de quibus aliqua perpendo: & exordio, principali in liniamento ꝓmit, ꝙ quidam tussiendo materiam colori bilis consimilem repentino eiecit; quasi tenuem bilem inter rubeam & vitellinam existentem, nec atrocem, & sic quotidie eius copiosam expuit quantitatem, post id tenuis sub germinata febris, tabefieri inchoauit, adeo vt saniosa expueret, quatuor post menses sanguinis modicum quum pure deiecit, atq; sic febris augendo pergens, iterum, atq; iterum plus expuens, quousq; sputi affluentem excluderet quantitatem, & viribus iam destitutus, expirauit; & hac ex figura ptisim sanguinis sputo non ꝑcedente, congeri posse, decerpo ¶ Secundo ꝙ cuncti putredinem in pulmone compatientes, vitæ finem imponunt, quum putredo partibus in extrinsecis abscidendo, vrendoq; auferri solet, sed in pulmone hoc purgari denegatur: & alia quæ percurre.

Ex his hæc emergunt enunciata.

¶ Sanguis inopinato, atq; affluenter emanans; necnon valida ad rupturam præcedens causa

vasorum in pulmone disruptionem testant.
Vehementem, altamq; vocem in pulmonem, venæ solutionem excitare, pdicat.
Lentam ad alte canendum exercitationem, pulmonē a venæ diuulsione tueri sentit.
Gelida aqua sua geliditate venarum membranas assuetam ad dilatationem inhabiles adaptat, iccirco venas diuellere Hippocrates autumat.
Vehemens motus, succorumq; redūdantia venas secare queunt.
Copiosus, repentinusq; sanguinis occursus venæ seiunctionem testatur.
Haud gelidantium, sed calorificantium præcursum, venæ apertionem producere promulgat.
Sanguinis vbertim liberatio, vbi exiguum sputum, acresq; a cerebro ad pulmonem diariæ antecesserunt, eum ex venæ corrosione pullulari, testimonium reddunt.
Si cum sanguinis exclusione, pars pulmonis defertur, eum esse obluctatū pdicat.
Si cū tussi sanies, exigua educitur, dolorosaq; in loco perpenditur angustia, in pulmonis brōchiis vlcus, aduersū aūt in substātia denūciāt.
Quotidianā, eximiāq; cū tussi expuitionē, demū saniosam, modicāq; subortā febrē, et sine sanguinis emissione, ptisim statuere claudit.

Præterea

Præterea alium huiuſmodi affectum in pulmone notaui. Quidam diuturna tuſsi vexatus, & exiguum lẽtumq; pus expuens, fruſtrum quoddam paruo grandinis grano haud abſimile excreauit, ac deferens illud mihi oſtendit, atque rurſus non ita multo poſt, aliud quoque attulit. vnde conieci, lentum illum humorem, quem antea expuere ſolebat, ad huiuſmodi ſubſtantiam perueniſſe. quam ob rem medicamentum ei in potu dedi, quod aſthmaticis auxiliatur. atque ita factum eſt, vt minorem expueret grandinem, atque longiori quam antea interuallo, neque pluribus deinceps annis adeo mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cæterum grandines ipſæ magna ex parte erui magnitudinem æquabant, quanuis interdum maiores, interdũ minores eſſe viderẽtur. Atque alios quoque ſimiliter quidem ſpuere, ſed nihilo minus in multos annos vitam extẽdere vidimus. Quorum alii aliam ob cauſam, alii vero ob ſpiritalium inſtrumentorum affectum, mortui ſunt, quanuis nihil cruoris excrearẽt. Ea vero quæ Antipatro medico accide-

runt, nemo est qui nesciat, vtpote qui medicam artem publice apud Romanos ꝓfessus est. Agebat hic ætatem sexaginta quidem annis minorem, sed quinquaginta iam annos excesserat. Is correptus aliquando febre quadam exphemera, idq; ab euidenti causa, declinãte iam febre, vt quid sibi facto opus esset, intelligeret, pulsum ipse suum tangere aggressus est. Quum igitur omne inæqualitatis genus, in arteriarũ motione inueniret, in primis quidem territus est. deinde vero quum sese non febrire plane sentiret, illico balneum subiit, quippe laboribus, ac vigiliis corpus fatigauerat. Atque tenui quoque victu, donec diem tertium præteriisset, vsus est, quo quum nulla appareret febris, ad solita negocia pertractanda rediit, atq; arteriam in extrema brachii sui parte tangẽs admiratus est perseuerantem in pulsibus inæqualitatem. Occurrẽs itaq; mihi, extẽdit manum ridens, iussitq; pulsum tangere. At ego subridens, quid inquam portendit, hoc quod proponis ænigma? Ille iterum ridens, obnixe orauit, vt tangerẽ. Igitur inter tangendum, omnigenam in

pulsu inueni inæqualitatem, non solum in multarum pulsationum cumulo, quã systematicen (id est congregatricem) vocant, verumetiam in vna arteriæ distinctione. proinde miratus quomodo viueret quum talem haberet pulsum: interrogaui, num difficilis esset ei respiratio: illo, vero nullam se sentire respondente, obseruaui equidem, an aliquando mutaretur. quippe sex mensium spatio assiduè arteriam tangebam. Quum ab initio interrogaret, quænam corporis dispositio mihi videret, posse huiusmodi pulsum efficere, atque per quem modum, idq; citra febrim: ad eam quæstionem respondi, in commentariis de pulsibus iam declarasse me huiusmodi inæqualitatem. Nanque ob magnarum in pulmone arteriarũ angustiam, id euenire putaui. angustiæ vero causam esse dixi visceris inflammationem. At tibi hanc ob causam, id nunc accidisse impossibile est, quippe febre fuisses affectus. Relinquitur igitur vel obstructionem ex liquidis, & crassis, & viscosis humoribus, vel crudi cuiuspiã tuberculi ortũ, in huiusmodi te disposi-

tionem induxisse. Tum ille respondens, oportuisset, iquit, me suspiriosa orthopnœa laborare. At ego probabilia inquã ipsum dicere: sed a veritate aberrare. quippe quũ ab huiusmodi causa orthopnœa fiat humore crasso & lento, non in læuibus arteriis, sed aspera arteria collecto. Proinde omnem ei victus rationem, atq̃ medicamenta quoque, haud aliter quã asthmaticis adhibere iussimus. deinde sex (vt dixi) mensibus elapsis, leui quadam spirandi difficultate affectus est, accedente simul cordis palpitatione. in primis quidem semel, deinde bis, atque ter, postea quater, ac sæpius quoque aucta simul spirandi difficultate, ad quindecimum vsque diem. post quem difficillima de repente oborta spiratione resolutus statim obiit, aliorum quorundam exemplo, qui cordis affectibus laborãt de quibus posthac sermonem faciemus.

COMMEN. XX.

QVVM ea quæ hac in litera annotantur, satis euidentia conspicerem, tempus in ea exa-

minanda cōterere abnui: ſed aliqua ex ea dūtaxat memoria digna decerpo.

¶ Lapides cum tuſſi ſcreatos fuiſſe, princeps profitetur.

¶ Abhorentias omnium generum pulſus, propter arteriarum in pulmone anguſtiam, conſtrictionemq; in pulſu excogitatas, Galenus ꝓfitetur: quas tripliciter aut ignea ob pulmonis apoſtemata, vel cruda, aut craſſum, lentūq; ſuccum innaſci aſſerit.

¶ Orthopnœam paſſionem ſuccis ex craſſis, lẽtisq; nec in pulmonis arteriis conſtipatis, ſed in bronchiis moliri, clamat.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA, LIBER QVINTVS



N p̄cedenti libro, quum de pulmonis affectibus agere mus, ſermonis communitate & thoracis, & cordis quodã modo meminimus, plenioré vero, abſolutioréq; de ipſis ſermonem, in quintum hunc librum diſtulimus. Quoniam vero quartus liber,

in accidentibus quæ Antipatro medico euenerunt, finem sortitus est, læso in primis ipsius pulmone, deinde ad cor etiam transeunte affectu, operæprecium me facturum arbitror, si omnes eius affectus percurram.

COMMEN: I.

HVNC librum quem in p̄sentiarum mihi enucleandum propono geminas in partes disiungi exploratum est, scilicet in prohemium, & p̄sens instituitur litera, & tractatum, & exorditur. (igitur) distinguere censui. Et bina ꝓmulgat: primo hunc librum cum p̄cedenti cōpaginat, ac suam rationem in quinto consectandam, promere elucet. Secundo (quoniā) circa quæ quartus liber cardinē imposuit, nec non de quibus hac in quinta parte de locis affectis disceptare insudat: ipse asserit.

De cordis affectibus.

IGitur quemadmodum de cæteris corporis partibus, ita de corde quoque definiendum est, quænam ipsi proprie vel primario affectu, vel vtcunq; nominare volueris superueniant accidentia, quænam ve

ro ipso cæteris partibus consentiente. Id autem ex iis intelligi potest, quæ prius in aliis libris demonstrauimus, vbi iam declaratum est, innati caloris cor velut fontem esse, neque animal mori omnino posse, ni cor afficiatur. Quum itaque tres sint principes partes, quibus gubernatur animal (quippe præter cordis principatum ostensum est. sensum & motum, vniuersis corporis partibus a cerebro suppeditari: iecur vero nutricis facultatis esse principium) semper mors ad immodicas sequitur cordis intemperantias, simul enim cũ ipso omnes vitiantur partes, quum enim vt ostendimus, ipsæ peculiari cordis temperie, actiones suas perficiant: hac pereũte, actiones quoque ipsarum perire necesse est, ac proinde cerebri quoque, & iecoris. Horum vero temperie deperdita, non oportet cordis simul actionem perire. Si enim neq; sentiendi, neq; mouendi ab electione facultatem animal habuerit, neq; nutriatur, veluti in latentibus euenit animalibus, nihilo minus viuere ipsum posse, quoad cor mãserit illæsũ, haud quaq; negandum est. quin videmus sæpenume

ro multis deinceps diebus, alios neq; intelligere, neq; sentire, nec etiam moueri, at nihilominus viuere, quemadmodum vbi quis ob virium hepatis imbecillitatē non nutritur, diutius etiam sufficere potest. At vero si cor respiratione priuetur, hominem illico perire necesse est. Igitur qui ad spirandi functionem nihil conferre thoracem putāt, ii causam, reddere nequeunt, cur per vehementem apoplexiā, superno duntaxat principio vitiato, laborantes subito moriantur. At vobis eam inuenire haud difficile est, vtpote quib⁹ efficaciter persuasum est, musculos qui motionis principium, a neruis in ipsos a spinali medulla, quæ in ceruice est, delatis, suscipiunt, thoracē attollere, priuatis tunc musculis mouendi facultate, quæ ex cerebro ipsis influere solebat. Etenim nisi ad spirandi functionē ambo principia simul iuncta concurrere oporteret, potuisset aliquis viuere, priuatus interdum superno principio. Igitur ex quib⁹ causis inuenimus, cur affecto cerebro, in vehementi apoplexia, cor quoque lædatur: ex iisdem ipsi, sed secundum aliū mo

dum, causam quis inueniet, quamobrem in apoplexia minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, lethargo animal ita affectum non pereat. Nanq; si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmodi affectus, quõ spirent laborantes. quippe videbis & violentam & difficilem spirationem, perinde ac si vinculo quodam constrictus, thorax attolli prohiberetur. Atq; huius rei sufficientem fecimus mentionẽ, in libris de musculorum motione. Namq; similis est hæc quæstio, ei qua de somno quidam hæsitant. quippe quũ p somnũ oẽs musculorum actiones exoluantur, sola actio quæ ad thoracis musculos pertinet, seruatur. Nunc vero ea duntaxat dixisse satis fuerit, quæ proposito nostro cõducere videbãtur. Porro qua ratione homines per somnũ spirant, reliquis musculis omnibus quiescẽtibus, eadẽ quoque ratione per minorem apoplexiam atq; alios ei vicinos affectus spirare possunt. Vbi vero apoplexia, vel alius quispiam affectus adeo vehementer increuerit, vt musculorum thoracis actio omnino deperdatur, perire simul respirationẽ necess

se est. Vnde cordis quoq; tẽperamentum soluitur. quo fit tãdem, vt ẽt animalis ipsius necessario sequatur interitus. Atque hac ratione, per vehemẽtes superni principii læsiones animali aperire videmus. Iam ex iecinoris quoque affectu mori accidit, sed alia ratione, inedia scilicet. Vnde longiore temporis spatio, in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt. Atque mori contingit nonnullos per aliũ quoque modũ, vt in syncopa stomachi vitio eueniente, & vehementi dolore, & timore graui, & voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum est, animi vero affectiones ob imperitiam fortes, iis animæ essentia facile dissolui potest. Atq́ horum aliqui ob mœstitiam interierunt, sed non illico, vt de superioribus diximus. At vir magnanimus, neq; ob mœstitiam, neq; ob aliam aliquam animi ægritudinem mœstitia fortiorem vnq̃ succubuit. vtpote cuius animæ robur validum est, affectus vero non adeo vehementes.

COMMEN. II

POstq̃ præ examinato in libro de perturbationibus locorum cordi morigerantium, disseruit princeps: succedenter de cordis affectionibus tanq̃ partis imperantis, ac magis principalis disputare proponit: vbi complura refert. ¶ (Igitur) principaliter ꝙ vti aliarum corporis sedium afflictiones perquisitæ fuere, siue per essentiam, siue p cõsensum extent: æque de corde exequi necessariũ sancit: ¶ (id aũt) ex quibus cordis contristationes percipi queunt, exponit, vbi gemina præcurrit: ꝙ vt aliis in locis annotauit, cor est quasi fons caloris innati, & neq; mors effici potest, nisi cor cõpatiatur: vnde pro horum dilucidatione bina percunctari censui. ¶ Primo quomodo cor quasi fons caloris innati ponitur. Secũdo qualiter mors concitari haud potest, nisi cor obluctetur. Et ab initio actendere per opus est, ꝙ nos calorem habemus naturalem, cuius naturalitas in gradu caloris in intensione cõsistit, vt calor, est cõspicimus enim ꝙ animæ calor varios secundum gradus, alienis in animalibus, corporibus, membrisq;, propter multiplices & varias operationes quas anima operari habet, deseruit. iccirco corpore in febri-

citante inquo calor est longe intẽsior gradua liter q̃ in columitatis tempore foret suæ opera deterius longe fieri, cernimus: sed naturalitas actenditur caloris indebita proportione sui ad virtutem, cui deseruit, tanq̃ principale organum in agendo, secundum quam debitã proportionem, vel improportionem imbecillitas, roburq; virium in agendo, causatur, & actenditur Illa enim virtus pro cũctis exercendis valida fertur, quæ calorem naturalem habet organum sibi proportionatum, & congruum, hæc si quidem Haly fuit mens intechni, quum orsus fuit, q viriu tonus complexionis modestiam consectatur. ¶ Calor quidem naturalis binas obtinet conditiones; quarum altera est mensura, secundum quam tantus, & non amplior esse debet, nec minor, siue intensior, aut remissior, & hunc gradum intechni esse secundum Cõstantinus promulgauit: & hanc secundum conditionem calor naturalis sicut ignis calor existit. ¶ Altera conditio naturalitas, siue proprietas, vel proportio intitulatur, quam suum ad subiectum siue formam possidet: & hãc secundum coniecturam calor fertur naturalis, quem Auer. Secundo colliget, bifariam esse prompsit, quorum vnus innatus, alius vero influens interpretatur: & innatus, quidem est, quia a gene

rationis exordiis, sedib⁹ est impartitus, principalibus tamen in corde excogitatur, quem Auer. explicauit, esse complexionis calorem, cunctis in membris diffusum, quem quidam a generante omnibus gratificari membris asseruerunt: aliqui primo soli largiri cordi: sed postea cor alia gignens membra, vnam dispo nendo materiam requirit, in istis calorē, quē prius habuit in se ipso cōcitando, vt illis modificatus, ꝓportionatusq; fiat, ita ꝙ simul sedes continet esse, & calorem naturalem innatum esse. Et hic calor naturalis est ille, sine quo anima corpori non alligatur, neq; in eo persistit. ¶ Calor vero influens ille exponitur qui in corde ab anima mediante virtute vitali generatur, calore innato ei in hoc deseruiēte, & p fatā facultatē cūctos ī corporis, locos arteriarū adminiculo, disseminaꝛ; & p eas mediate, vel īmediate, sensibiliter aut insensibiliter defertur. Et huiuscemodi calor quū calore in particulis reperto, se cōmiscet, & actuat, secundum aliquorum mentem in ipsum etiā se conflectit, & resolutum reficit, his purgatis, fertur, ꝙ cor est quasi fons caloris innati bifariam, tū quia calor innatus primo in corde residet. Et post id cor alias parens sedes, ad eas distribuitur: tum quoniam aliis in partibus calor innatus mediante corde modifica

tur,& proportionatur. ¶ Ad secundũ de Aristotelis sententia primo de anima debitũ redditur: principaliter.n. anima in corde locatur alijs autem in corporis partibus per cordis participationem, hoc est per præparationem a corde aliis in sedibus machinatam: Et per influxum eis a corde tributum, anima in ipsis recipitur, residet & ministrat. Et ex hoc loquitur, cor generat alia membra: non enim per vim qua est cor, operatur: immo nihil aliud commouet, nisi quia aliorum materiam membrorũ, eorum ad generationẽ habilitat, & ex hac dispositione sunt apta per pſentiam influxus cordis, in ipsis informari forma cordis, scilicet animam recipere, ita quod omnia cum corde eadem specie instituuntur, anima.n. vt actus primus nõ vni sedi plus q̃ alteri inhæret, sed in cunctis pariformiter conuocatur, & æque omnes informat, & informando viuificat, propter quod a quibusdam vitalis perhibetur facultas: & quoniam vti primo de anima persuasum habetur, anima sensitiua quæ corpori, & cuilibet eius parti esse gratificatur, haud partes in essentiales est diuisibilis, non.n. suscipit forma magis & minus, ideoq; est tota in toto, & tota in qualibet parte, licet primo vt pmulgatum est in corde conducatur: & iccirco mors demoliri nequit, nisi cor compatia-

tur. ¶ (Quum) fundamentum animalis regi tiuum esse triplex enarrat, vt cor vitalis facultatis, cerebrum animalis, cuius riui nerui constituuntur, sensum, motúq; per eos omni impartiēs animali, iecur naturalis cuius riui ascribuntur: hæc enim animalium educationi, plātisq; communis conciliatur. ¶ Et pro assertorum scientia contemplari opus est, q̄ huiuscemodi tres facultates oppositis commouent motibus, animalis.n. omnem ad positionis absurditatem cōcitat. ¶ Vitalis sistoles, diastolesq; motu ¶ Naturalis etiā dilatando, quū alimentum inescat: & coarctando quando superuacua repellit, mouetur ¶ (semper mors) complura expedit, q̄ quum cor immensas labitur intemperies, pernities consequitur.

¶ Pro quorum euidentia attendere cogimur q̄ intemperies bifariam excogitatur, q̄dam alia in sede a corde conuocatur, de qua non fatur princeps. ¶ Alia vero in corde residet, & hæc gemina repperitur, puta in eo corroborata, non corroborata, priorem quippe haud festina, neq; tarda salus, sed nex associatur, & de hac Galenus sermocinatur, verum postremam.i. non confirmatam, difficilem habere curationem medici clamant. ¶ Secundo detegit, q̄ quum cor afficitur, eo tempore cūctæ aliæ sedes cum ipso afficiuntur. quod vni

co illustrat argumento, quoniam aliorũ actiones membrorum ex cordis temperamẽto muniuntur, ac eius incolumitate patrocinantur, eo q̃ philosophi ipsum cunctarum operationum esse principium, radicemq́; testantur, q̃uis modificationis auxilio, aliis indigeat spiritibus, quare cordis eucrasia deprauata, aut extincta, aliarum corporis partium operationes deprauari, dissipariq́; compescuntur: verum subinfert q̃ haud aduersum germinat, puta q̃ ipsarum corporis sedium si modestia priuatur, aut refragatur: minime ipsius moderãtiam cordis succũbere, vel vitiari necesse est: quod probat Galenus nam licet animal sentiendi, mouendiq́; facultatem, vel alẽdi haud possideat vim, tñ quũ cordis tẽperãtiã cõfirmat, vitã degere potest, vti animalibus hyemali in tempore in latebris latentibus euenit: quum sensus motusq́; ac escarum lactatio minime in eis sensibiliter reperiuntur: cõsimiliter iecoris imbecillitate, imperium habente, vt alitio fieri nequit, tamen prolixo tẽporis spatio vitam confirmare potest: sed si respiratio demolitur, inopinatæ vitæ finis cõuocatur, quum cor eius suffragio euentationem vendicat, & fumosus vapor, ac etiam aer in eo ingnitus ipsa duce excludatur, & spiritus scilicet, cruorq́; tenuis in corde concoctus,
partibus

partibus impartitur: quorum adminiculo, mē bris vita defertur. ℂ (igitur) aliquos lacessit, qui quidē sentiunt, q̄ anhelitus actioni, thorax non subuenit: rationem, cur forti in apoplexia festina accedat pernities, dispēdii causa, superiori in initio scilicet cerebro congesti, reddere nequeunt: sed haud fugiētibus q̄ thorax respirationi opitulat. neq̧ cur in apoplexia celer imploratur mors, excogitare erit difficile, & bina enudat, primo q̄ lacerti thoracem ad spirationem solicitantes, a neruis facultatem alliciunt motiuam, qui illa a nucæ parte initiantur, quæ in collo residet. sed quū cerebrum compatitur, vt vehementi in apoplexia tunc virtus quæ hos ad neruos ab eo distribui assueuit, desiit, qua de re lacerti ipsi virtute amotiua euoluti, neq̧ thoracem attollere queunt, & taliter anhelitu prosternato, velox inuadit pernities. Secūdo (etenim) subdit q̄ nisi ambo principia scilicet, & pars nucæ quæ in collo copulatur, & cerebrū ad anhelitus actionem concurrerent, tunc aliqs etiam q̄ superna sedes perturbata esset, vita fungeretur, q̄ minime excogitari conspicit: ℂ (igitur quibus) pro assertorum enitentia aliqua perpendit: principaliter q̄ leui in apoplexia, congelatione, stupore, morbo comitiali, animal haud succumbit: sed his in mino

ribus afflictionibus anhelitum arctiuum, laboriosum, & pectora ita coarctata & dilatari reluctata, ac si laqueo compressa viderentur: verum huius cõsentanea dilucidatio, in libris de lacertorum motu a Galeno assignata fuit. ¶ Secundo (namq;) ꝙ hæc quidem quæstio ei consimilis est, qua nocturno de visu aliqui certant: quoniam in ipso cunctæ lacertorum actiones quiescunt: sola profecto quæ ad thoracis lacertos attinet, suo fungitur munere. ¶ Tertio (porro) ꝙ vti in somno cuncti musculi ꝑter thoracis musculos quibus anhelitus molitur, quiescunt: pari ratione exigua in apoplexia, aliisq; concitatis vexationibus fieri contigit. ¶ Quarto (vbi) causam cur forti in apoplexia, aliisq; affectibus cor contristatur, instituit: & quidem asserit, quando hi affect⁹ adeo immensi extant, vt thoracis musculorũ actio deleatur; ea tempestate anhelitum dirui cogitur: & tunc ipso euerso, cordis temperantia deprauatur, & animal expirationi exponi impellitur. ¶ Quinto (atq;) ꝙ nec duntaxat ex cordis cõrupto temperamento animal suæ imponit vitæ finẽ, immo ex superno indeteriorem reddito principio, necnon ex iecinoris defectione, vnde sedium machinatur inedia, quare licet ex harum binarum principalium de perditione, vitæ cardines ꝓdeant,

nō tamen ita celeriter vt ex cordis iactura asſertū fuit. ¶ (at quæ) ex quibus aliis animal celerem vendicare necem ſolicitatur, ꝓmulgat vt ex ſyncopa quæ aut ventriculi refragatione, vel acerbitatis vehementia, aut pauoris grauedine, vel læticiæ immenſitate innaſcit: (etenim) vt hæc lucidius percipiantur, de mortalium natura diſtinguit: quidā .n. talis extant condicionis ꝙ vitale robur perturbatum continent: & paſſiones animæ validas, & in his habiliter virtus ipſa proſternitur. hi autem puſillanimes peruulgantur: & aliqui horum ob mœſtitiam animam reddiderunt: Alii vero magnanimi excogitantur: & hi quum animæ robur neruoſum poſſideant, paſſiones animæ nec adeo eximias, haud ex languore etiam acutiori extinguuntur: verum ſi vehementiores eſſent, ſecus fari oporteret, vt ipſe mox primo de cauſis ſinthomatū annotauit.

Ex his hæc animo repetenda decerpo.

¶ Cor caloris naturalis fons ſtatuitur.

¶ Citra cordis turbationē, necē nequaꝙ innaſci poſſe, teſtatur.

¶ Facultates quibus animal permanet, patrocinaturq; tres eſſe, puta animalem, vitalem, naturalem profitetur.

¶ Quum cordis modeſtia criminatur, aliarum corporis ſedium cum ea criminari, & haud ex

aduerso per opus est, eo q́ ex eucrasia, earū dem actiones integras tueri, sentit.

¶ Si cordis moderatio in tantum deprauatur, vt respiratio deleatur, celerem pernitiem, si alio rum corporis locorum, non nisi macronoxio in temporis spatio, consequuturā fore testat.

¶ Lacertos thoracem anhelitus ad operationem concitantes, a neruis in parte nucæ exorditis, virtutem inescare motiuam: & iccirco quum forti in apoplexia hæc pars cōprimitur, anhelitum dissipari, & futuram necem festinari asserit.

¶ Thoracem anhelitus operationi opitulari, refert.

¶ Ad spirationis actionem, spinæ partem, cerebrū́q; conuocari enunciat.

¶ Exigua in apoplexia, aliisq; leuibus afflictionibus anhelitum aduersari, sed nec aboleri, autumat.

¶ Nocturno in visu cunctas lacertorū actiones desistere, sed quæ ad thoracis lacertos attinēt, assueto in motu laborare, ꝓmulgat.

¶ Qui robur animæ perturbatū obtinent, vt pusillanimi, ex ventriculi syncopa, nimio dolore formidine, cupiditate maxima, eos necem festinā cōsequi, magnanimi vero quum robur animæ validū sortiant, nō nisi ex accidentiū vehementia eam consectari, prædicat.

Cæterum proprio quoque affectu cor laborare solet, vel ob simplicem intemperiem siue inæqualis, siue æqualis ea fuerit, vel inflammationem, vel erysipelas, idq; dũ fieri incipit. Illico enim antea quam augeantur huiusmodi affectus animal corrumpitur. Atque hos affectus rursus cardiaca syncopa sequitur, quemadmodũ stomachicæ syncopæ, ad eos affect⁹, quibus os ventriculi (stomachum nonnulli appellant) infestatur, sequi solent. Verũ hæc consentiente corde eueniunt. Porro vtriusque partis, tum oris ventriculi, tum cordis dispositiones, aut a forti dũtaxat intemperie, aut venenoso humore, nonnunquam ab erysipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam præter naturam tumore fieri solent. Igitur exiguæ quidem cordis intemperãtiæ, pulsus arteriarum, pro sua quæque natura variant: de quibus in libro de pulsibus iam dictum est. Maiores vero, per proprias quidem similiarium partium intemperies, subitam mortem non inducunt: p eas vero quæ ad instrumentales partes ptinent, subito enecare possunt, sed præce

dentibus prius signis quibusdam, quorum vnum ab Hippocrate dictũ est. Qui sæpe & multum exoluuntur, sine cã manifesta, ii repente moriuntur. Est & alius affectus, palpitatio videlicet cordis, aut per se eueniens, aut cum suspitionẽ quadam, quod in humore cor ipsum moueatur. Neq enim mirum videri debet, tantã humoris multitudinem cumulari aliquãdo in ambiente cor tunica, vt ipsum, ne attollatur, impedire possit. Quippe in animalibus dissectis vidimus plerunque plurimum humoris, vrinæ speciem referẽtis, in eo, qui ipsum inuoluit, panniculo contineri. Etenim simia quædam, quum emaciari indies videretur, eam tamen necessariis nostris negociis impediti, secare in tempore non potuimus, post mortẽ vero, reliquis corporis partibus omnib⁹ illæsis, inuentus est in ambiente cor tunica, tumor præter naturam, humorem in se continens, qualem pustulæ, quas Græci hydatidas vocant, emittere solẽt. Atque in gallo quoque vidimus cordis tunicã, huiusmodi tumore, & quidem duro affectam, perinde ac si plures crassæ membrã

næ inuolutæ altera alteri fuiſſent. verum in eo nihil humoris continebatur, vnde veriſimilis coniectura elicitur, homines etiam ſimilibus poſſe affectibus infeſtari. Inflammato autem manifeſte corde, gladiatores vidimus, haud aliter quam qui cardiaca ſyncopa pereunt, obiiſſe. Igitur ſi ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum ſanguinis fluore, hominem mori neceſſe eſt: idq; præcipue, ſi ſiniſtræ partis venter fuerit vulneratus. Si vero non ad ventrem vſque pertingat, ſed in cordis ſubſtātia cōſiſtat vulnus, ex ita affectis aliqui, non ſolum ea die qua vulnerati fuerunt, ſed ſequēti quoque nocte, viuere potuerunt, qui oborta deinde inflammatione extincti ſunt. Atque etiam ii, quandiu vixerūt mentis compotes inuenti ſunt. vnde euidens ſibi teſtimonium ſumere poteſt ea ſecta, quæ negat rationalem animæ vim corde conſiſtere. Palpitatio autem viſceris huius, pluribus integra valetudine degentibus, tum adoleſcentibus, tum adultis, ſubito ſine alio manifeſto accidente euenire viſa eſt, atque omnes eos ſangui-

nis detractio iuuit. Atque hoc accidente plane liberati sunt, qui post missionem sanguinis tenui victu, medicamentisq; similibus vsi sunt. Quos vero huiusmodi accidens rursus infestauit, eadem via curati sunt. Cæterum noui quendam quotannis, verno tempore huiusmodi palpitationis accidente vexatum, qui quum p tres ãnos a sanguinis detractione se adiutum intelligeret, anno quarto, antea quã accidens ipsum inuaderet, sanguinẽ misit, idq; pluribus deinceps annis faciendo, quæq; post sanguinis missionem facere oportuit, diligenter obseruauit. At nihilominus hic quoque, ante senectutem morte præuentus est, sicut & reliqui omnes. quorum alii quidẽ peracutas febres alii vero quum sani degerent, affatim syncopa intercepti, interierũt. quanuis vnus vel duo, citra syncopam, aliam quadam mortis specie perierint. At vero sic affectorum magna pars, ætatem agebat quinquaginta quidem annis inferiorem, sed quæ quadraginta annos excederet. Porro panniculus cor ambiens, quomodocunque affectus sit, inter ignobiles par-

tes reputatur, nisi ipso inflammatione affecto, per consensum affectus ad cor trāsmittatur. Quum enim ipse solus afficitur, exemplo reliquarum omniū partiū, quæ ad custodiam, & tegmentum cæterarum nobiliorum factæ sunt nullum affert periculum. Cæterum nulla a corde spirandi difficultas oritur, ꝑter eas quas in priori libro diximus, quum de dyspnœa sermonem haberemus. Etenim supercalfactum spirationem efficit magnam, & densam, atque celerem, ac calidum insuper spiritum reflat. contra, refrigeratum, exiguam reddit spitationem, & raram.

COMMEN. III.

QVVM ꝑassumpta in oratione vniuersaliter de cordis perturbationibus egit princeps, hac tempestate de eis magis articulatim sciscitari elaborat. ¶ Principaliter enarrat, ꝙ cor bifariam affici potest, vno modo peculiari affectu, & per essentiam, & hoc adhuc geminaliter, aut simplici intemperie citra materiam, siue æqualis, vel in æqualis excogitatur, aut quum succo associata. ¶ Vel morbo affligit officiali vti tumor ꝑternaturam, siue erysipe-

la, siue inflãmatio attendatur: post hæc subdit (idq;) ꝙ tumor innaturalis, in eucrasia'q; priusq̃ crescant, immo quum auspicantur, animal vita priuari impellitur. ¶ Pro quorum euidentia haud latere oportet: vt etiam Auic. capite proprio ostecit, quando calor parus .i. intensus vt in tonitruum casu, iugiter persuasum habetur, aut rigiditas intẽsa valde ad corpergit, laborans ille succumbit, & congelatũ se conspexisse profitetur, & tamen sine sudore irresoluto, vel cum sudore in vere congelato, necem quum vita conmutabat. ¶ Qua de re etiam corroborauit, ꝙ quum complexionis malitia in corde munitur, haud facilem indicat curationem. ¶ Quidam vero clamant, ꝙ princeps minime de complexionis malicia corroborata ratione temporis morbi, sermocinatus fuit: quæ quum ad statum peruenit inclusiue, ascribitur. nam vt sit febris in statu, curari nequiret: nec etiam de confirmata ratione inherendi morbo, quæ est quando non est in fieri, sed in facto esse, & a causa independẽs: Nam si sic, tunc prima ethicæ species, & secũdæ principium dissipari nequirent: sed de cõfirmata ratione vltimitatis maliciæ, sentit, quoniam habituata, cognitu habilis, curatu vero laboriosa existit, sed haud confirmata, aduersum consectatur. ¶ Et nota ꝙ per com

plexionem habituatam maliciei ratione, illā conspirant, quæ in operationum refragatione extrema quū malitia conspicitur, quæ aūt non, nec munita asserenda: & quam vis hæc confirmata omni in sede instituatur incurabilis, tamen in corde vehementius quum locum vendicet magis principalem & nec ex hoc duntaxat, immo quia aliæ sedes ab ipso suffragia inescant: cor autem a nullo. ¶ Secundo vtrū cor apostema perpeti possit: Galenus enim horum librorum de locis affectis in primo ꝓmulgauit, ꝙ vt cor apostema toleret impossibile apparet: nam si apostema igneum fuerit, sui mole, vehementiaq; quam in corde subministrat, ipsum a consentanea euentatione, mundificationeq; detinet: quare eius calor suffocatus extinguitur, & sic in initio necat, & ad auctionis spatium peruenit: gelidum vero apostema quum haud euentationis & mūdificationis tantam in corde concitat necessitatem, augmentum inclusiue, immo vniuersum ad augmentum accedere potest: consimiliter molle eādem ob causam, quāuis per raro moliatur in corde, sicut nec durum propter cordis ardentem caliditatem. ¶ (Atq; hos) accidentia quæ assertos ad cordis proprios affectus consequuntur, examinat, vti ad oris ventriculi oppugnationes syncopa cōuocatur sto

machalis:& hoc eius cum corde circũuicinita te, pari modo & validius suspicari cogimur, quum cor dilaceratur: nam obluctationes in corde detrimenta solicitantes si languidæ imprimunt, ipsius imbecillitatem concitant, si amplius auctæ, ei oppugnatiuam suggerunt commotionem, & tũc in motus cordis abhorrentiis, alietatem commouet perceptibilem, quæ a magno ad paruum, a veloci ad tardum a raro ad frequentem & e contra:& eo tempore geminæ prodeunt constitutiones, aut intercidentes quadam cum intermictentia, vicissitudineq; machinantur, & sic cordis fit pulsus: aut integre quadam quum continuatione & sic cordis gignitur tremor. ¶ Quum vero vigorosius imprimunt: aut eius motus veluctãdo, aut spiritus ad interiora sepeliendo, aut intercidendo, aut ad initium conducendo, vel ab eo resecando syncopim inducunt: si vero supra naturam vltima excedũt victoria, vt ab ipsis spiritus, calorq; vitæ demoliantur, pernities germinat: ita vt hæ tali disponantur pacto. ¶ Cordis mollicies cardiacam siue cordis pulsum, cardiaca tremorẽ, tremor syncopim, syncopis in opinatam concitat necẽ. ¶ (porro) quinq; expedit causas, ex quibus ventriculi, cordisq; contristationes congeri assueuerunt, puta fortis discrasia, venenosus succus;

erysipila, flegmon, aut alius pter naturam tumor. ❡ (igitur) supra assertarum impressiones causarum secūdum magis & minus fatur: si .n. cordis intemperantiæ exiguæ excogitentur, vt seniliter in eo imprimant, cordis solicitant pulsum vt de pulsibus in libro orsum fuit: si eximiores reperiuntur, & tunc aut partibus in consimilibus cordis vt in carne, & sic lucis carentia haud festina consequitur: si partibus in dissimilibus vt sic proxima accelerat. expiratio, q̃ antecedentibus argumentis præsagiat, vt ex eo quod ab Hippocrate Secunda in parte aforistica afor. xxxxi. prædicatum extitit, vt frequēs & multa exolutio absq; euidēti causa affatim necem pdicit, puta aliqua euacuatione, vel perturbationis macronoxia, minime præcursis; quia tunc nimiam in locis cordi circūuicinis resolutionem, testatur.
❡ (est & alius) alia de cordis afflictione sermocinatur, quæ palpitatio, siue cordis titillatio perhibetur, quæ tremoris cordis species intitulatur, cruciato apparens, aut q̃ cor per se, aut titillando erga humorem commouetur, quū cordis tremor, motus tremulus ascribatur, ei occurrens scilicet rei pternaturam impulsu, ipsum a completa dilatatione, constrictioneq; prohibentem, quare tunc cor agitatiue, in ordinate, celeriter, crebro, festinā-

ter ad diastolem & sistolē concitatur, vt Auic: de tremore cordis fat: vnde subinfert, ꝙ haud mirum videtur, vt cordis in capsula quandoq; tanta humiditatum siue succi conducatur copia, vt ipsum dilatari detineat. ¶ Et de aliorū decerpitur ratione, ꝙ in cordis capsula quædam constipatur aquositas, humectationis causa, ne eximio ex motu cor in ariditatē laberetur, huiuscemodi autem aquositas si deuoratur, tabes & marasmus innascuntur, aut augetur, & tunc tremoris, iectigationisq; con causa molitur, aut plus crescit, & sic suffocationis causa efficit. ¶ (quippe) in cordis capsula humorem quandoq; redundare, quædam per animalia quæ ab eo dissecta fuere attestatur, vt de simia, quæ quotidie in ariditatem ꝑgebat, & eius post necem in cordis capsula tunicam quandam aquositate tumefactā excogitauit, vt pustulæ excludere solent: consimiliter in gallo in cuius cordis capsula crassicies ꝓternaturam petrosa reperta fuit, verum huiuscemodi humiditate priuata, parifilo in hominibus accidere posse sedet animo. ¶ (inflammato) notat ꝙ quum cor calido corripit apostemate, gladiatores seu milites pernitiē incurrerunt celerem, vti qui cardiacam compatiuntur, syncopā. ¶ (igitur) de cordis vulnere promit, hi qui in corde vulnera tolerant,

& vsq; ad cordis concauitatem impelluntur, refert, sanguinis profluuio, spirituumq; exinanitione, per plagam cum sanguine laborantium, festinam vendicant necem, pſertim si sinistra concauitas sauciata, perforataq; cōspicitur: horum vero quibus vulnera vsq; ad cordis concauitatem haud attingunt, sed in cordis substantia duntaxat moliuntur: quosdam illa die vitam degere, aliquos vniuersam per noctem conspexit, causa.n. necis eorum annotatur, eo qp eo tempore calorifica in corde germinant apostemata: vnde hi ea tempestate qua vixerunt, mentis compotes inuenti i. sensum, rationemq; habuerunt, & ex his eorum comprobatur iudicium, qui memoriam haud esse in corde predicabant. ¶ (palpitatio) gemina enarrat, & qbus palpitatio euenit, quoniam pluribus integris, tum adolescentibus, tum adultis & hoc accidentibus absq; euidentibus. Secundo qp triplici curantur adminiculo, & sanguinis missione, tenui victus ratione, consimilibusq; medicamentis. ¶ (cæterum) palpitationis euersionem ad magis particularia explicat, & figuram actendit, qp qui cordis tillatione laniati fuere: ex sanguinis missione, frequentationeq;, complures per annos sospites manserunt, verum ante senectutis spatium, vti aliis ex affectibus animam

reddiderunt. ¶ (porro) tria innuit, q̄ panniculus cor amplectens, minime sedes inter nobiles adaptatur, nisi ipse igneo crucietur apostemate, cuius dispendium per consensum cordi imparciatur. Secundo quum ipse singulariter perturbatur, minime laborantem ad necis pauorem cōmouet, vti cæteræ partes quæ ad ambiendum patrocinādumq; alias nobiles sedes constitutæ fuerunt. Tertio q̄ ex anhelitus absurditate cordis discrasia nobis innotescit, quoniam si anhelitus vehemens, spissus celerq; inspicitur, cor ignea macerari intemperie, si vero paruus & rarus gelida portendit: quum anhelitus pulsibus proportionatur, nisi aliquod innascatur reluctans.

Ex his has peruulgo normas.

¶ Cor gemino perturbationis genere, puta cōsimilibus, dissimilibusq; lacerari, sentit:

¶ Affectus in corde per essentiam, priusq̄ ad augmentum accedant, animal necare compellunt.

¶ Cor apostema tolerare posse, denegat.

¶ Vti ventriculi afflictiones syncopā, parifilo & cordis eādem solicitare, p̄dicat.

¶ Cor ex his, eximia discrasia, venenoso succo, erysipila, flegmone, aut alio p̄ternaturam tumore affici testatur.

¶ Causæ cordis passionum si languidæ in cor imprimūt,

imprimunt, cordis pulsum, si ardentius perni tiem impellunt:

¶ In cordis capsula humorem eum dilatari reluctantem, multiplicari posse fatur.

¶ Calorifico cordis apostemate laborantes, celerem in perniciem decurrunt.

¶ Vulnus cordis concauitatem penetrans, citissimam excitat necem, ad substantiam vero per diem & noctem, ac sana mente cunctari, conspexit.

¶ Cordis titillationem in inuiolatis iuuenibus sine patenti occasione contigentem, sanguinis missione, in ediaq; aboleri profitet.

¶ Cordis capsula vexata, detrimenti magnitudinem, necisq; naufragium haud commouere potest, nisi cordi iacturam imparciatur.

¶ Anhelitū cordis discrasiam detegere claudit.

De thoracis affectibus.

ATque huic quoq; parti, vel primario affectæ, vel aliis consentienti, quemadmodum reliquis omnib⁹, affectus quidā superueniunt, quos respirationem lædere necesse est, quippe proprium respirationis organum eam esse, iam demonstratum est. Igitur vbi dolorificis affectibus molestatur, exiguam, densamq; reddit spi

rationem, velut in commentationibus de difficultate spirationis ostendimus: Id vero, & vicinis quoque partibus, & iis quæ simul mouentur affectis, euenire solet. Nam diximus antea de spinæ affectibus, respirationem interdum lædi, thorace proprio affectu nequaquam laborante, sed vel neruo quopiam a spina procedente, vel spina ipsa affecta. Eorum vero, qui proprie ad thoracem pertinent, affectuum, quidam in ipsius musculis, quidam vero in membrana costas cingente consistunt. Nam de iis affectibus qui vel in cute vel in costarum ossibus consistunt, hic agere non proposuimus: in quibus loc⁹ affectus sensibus subiiciatur. Igitur quũ ex musculis, alii spatia intercostalia vocata repleant, alii vero extrinsecus extendãtur, dolorificæ externorum musculorum dispositiones, vt vlcera, cõtusiones, abscessus, erysipelas, inflammatio, haud difficulter a medicis manum adhibentibus discernuntur. At intercostalium musculorum inflammationes, eorum maxime, qui in ima parte consistunt (duo enim, vt scitis, sunt huiusmodi musculorum gene

ra) tactu consequi nō possumus. atque ii grauiori, quam externi, dolore cruciā tur, ac fluxionem, quæ inflammationem induxit, ad interna, per eam quæ costas cingit membranam transmittunt, quam tunc pariter cū ipsis inflammari necesse est. Veluti rursus, vbi ipsa aliquando primario affectu infestatur, intercostaliū musculorum partes internæ, similiter ei consentiunt. Verum exquisita pleuritis fit, vbi cingens costas membrana, primario affectu laborat. proinde dolor, vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenire potest. ad iugulum quidem, superioribus eius partibus affectis: ad præcordia vero, vbi inferiores afficiuntur. Atque vehemens quoque febris huiusmodi inflammationem sequitur, quia sedes affecta, & paruum distat a corde, & cum panniculo ipsum inuoluente, ac septo transuerso cognationem habet. Cæterum afficiatur ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, a pulsibus indicium petere oportet. Nanque musculi minus, cingens vero membrana magis, & tēdit, & indurat arteriam. Vt in peripneumo-

nia, nulla penitus apparet huiusmodi du ritie s. Effusa autem in spatium thoracis sanies, in asperas pulmonis arterias recipitur, deinde tussiendo excreatur, qualis sit, qui inflammationem fecit, humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus, aut cruentus. Etenim si bilis abundat, pallidum, aut flauum: si atra bilis nigrum: si pituita, spumosum, & candicans: si sanguis, rubrum sputum reiicitur. Quod vero tussiendo ex thoracis spatio aliquid interdum expuatur, facile intelliget is, qui eas dispositiones considerauerit, quibus ab exterioribus, ad intima pectoris vlcus penetrare contingit, siue id ob vulnus nō conglutinatum eueniat, siue ob magnum abscessum vtrinque eruptum, vel perinde diffectum ac si externas duntaxat partes afficeret, facta deinde sectione, inueniatur cingens costas membrana, erosa, aut costa ob sphacelum, id est cariem, excisa aut eo quod medici cingentem membranam, vtpote erosam, putrescentemq́ seruare illæsam non potuerunt.

COMMEN. IIII.

DE thoracis afflictionibus adhuc sermonem consectatur. Et primo hanc sedem, vti reliquæ afficiũt sedes scilicet proprio, & per cõsensum, affici ꝓmulgat, ex cuius refragatione spirationem ipsam obluctari asserit, quod rationabile esse denudat, quum spirationis peculiare instrumentum thorax fuerit adiudicatum, & iccirco quum ipse obluctatur, spirationẽ etiã obluctari per opus est. ¶ (igitur) Secundo pandit, ꝙ anhelitus paruitatem, spissitudinemq; non modo ex thoracis perturbatione vt morbo in laterali, vt de anhelitus in libro fuit exaratum, immo quum cõnexæ partes, & quæ in motu ipsum associãtur, si aduersantur pullulari refert. ¶ (nam) detegit ꝙ anhelitus oppugnatio minime perpetuo ex thoracis oblaniatione germinat, quoniã quãdoq; spiratio exagitur: non ꝙ thorax propria contristetur vexatione, sed circunuicinæ partis alienatione, puta si in neruo a nuca innascente, aut in nuca ipsa dispendium compaginatur. ¶ (eorum) de thoracis dissipationibus distinguit, quædam quippe eius in lacertis, & quædam in membranis interiores cingentibus costas conducuntur: & ex his præliba-

tis suam profitetur intentionem, nam haud de perturbationibus in cute, vel ossibus occurrentibus, quum loca satis sensibus innotescāt sed de internis accessuris, tractare autumat. ¶ (igitur quum) lacertorum diuisionē exponit, nam thoracis lacerti bifariam, quidā interni, loca inter costas contexta, implentes: alii externi, super exteriores costas sub orti, excogitantur. ¶ (dolorifice) vexationum supra in assertis lacertis conductarum, absurditatem reuelat, quoniam repugnationes dolorosæ si in lacertis thoracis exterioribus mouītur, aut apostematis, vel contusionum, aut vlcerum, vel erysipilæ crimine extent, habiliter a medico sensu tactus diiudicantur: sed si ignea apostemata internis in lacertis machinantur, qui parte inima conseruntur, ac gemini vt scitis numerantur, quum manu medicus tangere nequit, quia tactualiter incomprehensibilia statuuntur. Secundo in acerbitatis acuitate dissentiunt, eo ꝙ in intrinsecis q̄ in extrinsecis ardētior imminet acerbitas. Tertio ꝙ calorificus succus qui lacertis in internis apostema concitauit, per membranam costas subcingentem fluxit, quam vna quum ipsis musculis eodem apostemate apostemari necessarium ponitur, vti maiori in parte cōspicitur, ꝙ quum membrana constas subcin-

gens primaria afficit affectione, & lacerti et per consensum afficiuntur. ¶ (verum) morbo de laterali septem expedit: exordio quo in loco ipse molitur: & indicat q̃ quum membrana ligans costas primaria aduersatur perturbatione.i.flegmone tunc vera peribenda pleuritis. Secundo partem loci vbi residet, si dolor ad iugulum protrahitur, partes supernas flegmone angi, si vero ad p̄cordia partes infernas consimiliter testatur. Tertio sinthomata quum pleuritide conuocata, vt acuta febris, & hoc gemina de causa, quia cruciatus locus parum a corde abhorret: & quum mēbrana dilacerata, panniculo cor inuoluente copulatur, qui capsula cordis fertur, necnon septo a transuerso prodit. Quarto inter lacertos & membranam gradum passionis secundum magis & minus per pulsum absoluit, quoniam quum membrana magis labefit, tūc arteria magis induratur, & extenditur, & pulsus durus percipitur, verum si lacerti magis oblaniantur, pulsus minori cum duritie repperitur: quod ex argumento a pulmone compilato, indicat, nam peripneumonia vigente minime durus, sed mollis excogitatur pulsus quum sedes affecta mollis existit. ¶ Quinto locum per quem sanies in thoracis concauitate conglobata, emanat, quoniam pus asserta

in parte constipatum: ad pulmonis bronchios distribuit, vel allicitur, & tussis impulsu eiicit. Sexto (qualis) quod screatum, qualitatem succi pleuritim solicitantis promulgat: nam si pallidum, aut ruffum inspicitur, bilem, si nigrũ, atrem bilem affluere portendit, ita de cæteris. ¶ (quod) postremo asserit Galen⁹, quod qui, id quod in thoracis concauitate condensatur, ad apostematis produtionem instans, scire cupit, per sputa cum tussibus deiecta idonee percipiet, vt vulneribus in exterioribus intra penetrantibus, in propatulo apparet, in quibus post incisionem quandoq; pelliculam corrosam, & deprauatam repererunt, quum eã sospitem protegere nequierunt.

Ex his hæc reseco præcepta.

¶ Thoracem quocũq; affectu affectum, spirationem necessario refragari, sentit.

¶ Thoracem peculiare respirationis organum esse, testatur.

¶ Anhelitum non thoracis duntaxat, immo propinquarum, ac quum eo commotarum partiũ afflictione, obluctari, autumat.

¶ Respirationem reluctari, circunuicinæ partis vt nerui, aut nucæ causa, etiam si thorax sua in assueta valetudine persistat, testimonium reddit:

¶ Vti thoracis lacertos geminos esse scilicet in-

ternos, & externos, parifilo bina perturbatione laborare insinuat.

¶ Cruciationes externis in thoracis lacertis innatas tactu perceptibiles, quæ vero ininternis minime sancit.

¶ Interiores thoracis musculos geminos esse, ponit.

¶ Pleuritidem internis in musculis, atrociorem q̃ in externis congenitam, concitare dolorem prædicat.

¶ Quum membrana subcingens costas dilaceratur, & lacertos ẽt lacerari, ꝯfitetur.

¶ Membrana subligans costas principaliter contristata, pungitiuus dolor ad superius, vel ad inferius ꝓtractus, febris acuta, pulsus durus exquisitam statuũt pleuritidem.

¶ Noxium succum in thoracis concauitate cõpaginatum, per bronchion cum tussi excludi, enarrat.

¶ Morbo in laterali ex screatum, succi naturam ipsum solicitantis denunciat:

¶ Pleuritidem quocunq; ex succo moliri posse, conspirat.

NAM in omnibus iam propositis dispositionibus, si aqua mulsa in thoracis spatium infundatur, mox tussiendo expuit

laboransq; ipse aquam mulsam esse, ex sapore deprehendit. Quo pacto autem hoc fieri possit, atque per quos meatus ipsa in asperam arteriam ingrediatur, perpendere debet, is, qui errorem illum, in quē multi in causæ inuestigationē inciderūt, effugere voluerit. ii nāque vel ex thoracis spatio, in pulmonem quippiam recipi, impossibile esse, sibi persuadentes, vel fortasse ita se sentire simulantes, ne videātur de re quapiam dubitare, in errorē lapsi sunt. Cæterum credere oportet huiusmodi fieri trāsumptionem, quippe quæ per vulnera haud obscure appareat: deinde quo pacto ea fieri possit, inuestigare: ac si eam inuenerimus, nobis gratulari: quoad vero eam nondum esse inuentam cognouerimus, ruditatem potius nostrā accusare, quam veritatem ipsam negare debemus. Atque videmus etiam conglutinatis cruentis vulneribus, in sputo notas quasdam fluentis ex vulnere cruoris, ad spatium quod inter pulmonem est & thoracem. Præterea suppurati, in hoc ipso spatio pus continere, ipsumq; tussiendo expuere haud obscure videntur. Atq;

rationi consentaneum est, vt eodem modo tum cruor, tum pus, ex thorace expuatur. Quorum viam inquirens Erasistrat⁹, incredibilia quædam scripsit, in eo libro cui titulus de sanguinis eductione é, sub hac verborum serie. Via autem per quam incedunt ea quæ ab iis sedibus reiiciuntur huiusmodi est, Ab ea arteria quæ spinæ adiacet, vasa quædam ad vtrunque latus, tam dextrum, quam sinistrum, similiter procedũt. deinde in loca vicina, multiplici diuisione dispersa, tandem adeo euadunt exigua, vt sensum lateant. Quũ itaque sanguis in huiusmodi arterias inciderit, nonnunquam per concauam arteriam, ad loca quæ circa pulmoné sunt, atque ad eos nexus p quos pulmo apud spinam arteriæ coniungitur, ascendit: quippe ea quæ huc inciderint, hac via ad pulmonem ascendere solent. Verum quomodo ex pulmone deinde reiiciantur, antea dictum est. In his verbis manifeste declarauit Erasistratus, eas arterias q̃ a magna arteria ad singula intercostalia loca procedunt, per ora quæ ad inflammatam partem perueniunt, sanguinem

suscipere, ipsumque ad magnam arteriam, quæ a corde orta, per spinam extenditur referre, atque ab ipsa rursus, ad eo loca quæ circa pulmonem sunt, transitum fieri. Sed neque modum, quo huiusmodi transitus fiat, neque viam explicauit. Verum deinceps scripsit, atque per eos nexus, per quos pulmo arteriæ circa spinā adhæret, fit enim (inquit) hac quoque via, eorum quæ inciderunt in pulmonem, ascensus. At quomodo, & per q̄ conceptacula id fieri possit, non ostendit. Proinde manet adhuc eadem quæstio, nihil plane ad ipsam dissoluendam afferente Erasistrato, quamuis vt in cæteris libris omnibus, ita in hoc ipso, de sanguinis eductione, perspicuam pollicitus fuerit interpretationem. quocirca multo magis vitiosum, quispiam huiusmodi sermonem reputauerit, vtpote qui ipsi quoque Erasistrato fuerit suspectus. Apparet itaque ex industria eum voluisse obscuris vti sermonibus, vt aliquid dixisse videretur, quum nihil diceret. Atque hoc in loco, quæstionis enarrationem dereliquit. Quo modo sanguis ex lateribus qui

dem ad magnam arteriam perueniat, manifeste declarans: at quomodo rursus ab hac eas sedes, quæ circa pulmonem sunt, vt ipse dicebat, ascendat, haudquaquam exponens. Constat etiam ex eo quod dixit loca quæ circa pulmonem sunt, quum dicere pulmonem potuisset, eum haud inuitum sermonis obscuritatem affectasse. An id postea declarauit, dicēs, Ex pulmone autem quomodo ad eductionem ascendat, iam antea dictum est. Perinde enim, ac si in pulmonem, ex magna arteria sanguis iam delatus sit, quomodo inde reiiciatur, velle vos admonere, videtur. Quod vero de expuitione, quæ ex pulmone fit, iam antea dictum sit, non ignoramus, ac perspicuam fuisse narrationem testificamur. Verum optaremus vt de ea, quæ ex magna vena in pulmonē fit, transsumptione, similiter dixisset. Quemadmodum quum inquit, eosquoque nexus, p quos pulmo, arteriæ apud spinam coniungitur, fieri circa pulmonem sanguinis reiectionē. Neque enim quos nexus hic intelligat, declarauit. Etenim si vel ex membranis, vel fibris cō

sistant, ad sanguinis in magna arteria cõtenti, in pulmonem delationem nihil conferunt.

COMMEN. V.

GEMINA principaliter, succum in thoracis concauitate conductum, tussi deici, ac eius deiectionis modum p̃senti in textu (vt conspicietis) princeps percuntari elucet. ¶ Exordio per saporem detegit, nam si in thoracis vulneribus aqua mulsa, seu mellicratum infundatur, raptim cum tussi repellitur, quod coniectura ex sapore in escata, comprehenditur. ¶ Secundo (quo pacto) quodam indagari possibile exquirit, vt mellicratum in thoracis cõcauitate contractum, quos per exiles in brõchiis fatis ingrediatur, hoc autem is scrutari debet, qui idem in crimen incessit: vti & alii qui fallacia capti, promulgauerunt, q̃ impossibile est, vt aliquid in thoracis concauitate coniunctum, ad pulmonem deferatur: aut forte ita ꝓfiteri fraudulenter agebant, ne ambigui suspicarentur & in vicium incurrerunt, ¶ (cæterum) hanc sententiam lacessit: quoniam huiuscemodi commotionem a thorace ad bronchia moliri, rationabiliter annuere p

opus est, vt in vulneribus thoracis certum habetur, nam vt assertum est, mellicratum hæc madefaciens vulnera, cum tussi per bronchia excludi, laborans ex sapore enarrauit. Secundo quomodo huiusmodi transitus perficiatur rimari oportet: quoniam si ipsum excogitauerimus, gloriandum, si vero nequaq̃, ꝓbius habetur promere, ipsum repperiri haud posse, eorum vulgaritatis causa quam veritatem ipsam renuere. ❡ (atq́) pro supradictorum roboratione testaƭ princeps, ꝙ materia ex thoracis vulneribus cruentosis consolidatis, ad vacuum inter thoracem & pulmonem decurrit quod bronchion fertur, consimiliter in suppuratis eodem in loco sanies recluditur, & tussi expui elucet, quare & rationali via idem conspirandum hortatur. ❡ (quorum) modũ quo sanies, vel cruor in thorace cõglobatus expurgatur, de Erasistrati compositione enarrat: vnde eius verborum seriem, sub paucis complectar, referebat quippe, arterias quæ magna ex arteria prodeunt, & intercostales partes tam dextram q̃ sinistram destinãtur, ora .n. ipsarum cruorem ab eo alliciunt loco, vbi est apostema, & eum ad magnam transmictũt venam a corde pullulantem, quæ super dorsũ ossa protrahitur, & ab hac vena vsq; ad pulmonis loca ascẽdit: hæc Erasistratus. ❡ (sed)

hanc princeps multipliciter reprobat senten tiā: qm neq; transitus modū, neq; viam orsus est. Secūdo annotauit, q succi ascensus a thorace ad pulmonem per eas fit coniunctiones, per quas pulmo arteriæ circa spinam connectitur. Tertio hæc arcessit promulgata, quū nec modum nec receptaculum per quæ talis machinatur transitus denudauerit. Quarto adhuc Erasistrati indagatio haud certa existit quum nihil ad quæstionis euidentiam subministrauerit, q̃uis vt aliis in libris, ita hoc in libro obuiam, nætētemq; examinationem præstare fidem interposuit. Quinto ex arte, caliginoso functus fuit colloquio vt aliquid fari cōspiceretur, quū nihil dissetuisset. ¶ (atq;) de quibusdam sua indisceptatione destituisse criminatur, quoniam sua in narratione siluit quomodo cruor ad magnā pulmonis venam accedat, & quo pacto ex hac vena ad loca circa pulmonem currat, neq; denudauit. Et quū asseruit loca quæ sunt circa pulmonem, nam pulmonem promulgare potuisset, quare ipse sermonem suum tenebrosum esse voluit, sed post id an quomodo ex pulmone huiuscemodi eductio fiat iam antea loquutū est. ¶ (perinde) vnde q cruor magna ex arteria deferatur, promulgauit, & explanauit, sed optabat, Galenus vt Erasistratus dilucidaret cruor

eximia

eximia a vena ad pulmonem quomodo dirigitur, vti exposuit sanguinis expulsionem per eos nexus fieri, per quos pulmo arteriæ apud dorsi ossa copulatur: non modo in his Erasistratum accusat immo quum nexus posuit, & haud specificauit, vt si sint pellicuiæ, aut fibræ idest musculi qui ad pilorum figuram extant, quum cruoris penetrationi ad pulmonem, q magna in vena locatur, nihil eos conducere claudit.

Ex his hæc recogito memorabilia.

¶ Saniē, vel cruorē in thoracis spatio compaginatum non nisi tussi deiici posse, prædicat.

¶ Erasistratus, vitio criminandus, quum cruoris magna a vena circa pulmonem liberationem, annotauit, sed modum denudare nequiuit.

¶ Materiæ a thorace ad pulmonem ascensum p nexus per quos pulmo arteriæ circa spinam cohæret, Erasistratus fieri ꝑtelauit.

Quippe necesse est ex arteria oriri vasa quædam, per quæ sanguis in pulmonē transferatur, quemadmodum Erasistrati secta hoc ipsum per arteriam pulmoni substratā fieri autumat. Huius enim arteriæ, extremæ partes & quidem exiguæ ad asperam arteriā transire videntur. Atqui ipsa quo

que ex magna arteria, antea quam ad spi
nam perueniat, initium sumit. Itaque du-
plici quadam ratione, Erasistrato ab hac
arteria auxilium suppeditare conantur
sectæ ipsius professores. in præsentia qui-
dem ad sanguinis ex thorace eductioné,
alibi vero ad inflammationis in pulmo-
ne generationem. De hac enim Erasistra-
ti sectatoribus obiicere solent, qui aliter
sentiunt, quod ea fieri non possit, si Era
stratus sibi constare velit. Nãque vbi do-
cet quomodo fiat inflammatio, putat in
cidentem in arterias sanguinem, spiritui
qui a corde defertur, obuiũ fieri, atque
sic ad extremas arteriarũ partes repelli. ni
si vbi vulneratæ aliquando quædam ar-
teriæ, vacuato ex ipsis per vulnus spiritu
ex ea quæ ad vacuatum spiritũ fit seque-
la, sanguinem suscipiunt. Hac itaque ra-
tione in pulmonis arteriis non posse fie-
ri inflammationem dicunt: quippe si ali-
quando sanguis in eas inciderit, nulli ip
sum spiritui obuiare: quod in solas pul-
monis arterias, nullum a corde ferri spiri
tum Erasistratus contendat, quanuis reli
quas arterias omnes a corde spiritum su-

ſcipere fateatur: verum e contrario ipſas cordiſpiritum ſuppeditare, quem per inſpirationem ab aſperis læues arteriæ ſuſcipiant. Hanc igitur arteriam quæ a maiori arteria ſpinæ incumbenti, in pulmonem fertur, inflammationem in extremis partibus ſuſtinere: atque vt ſanguis ex thorace reiciatur, efficere dicunt Eraſiſtrati ſectatores. Sed inflammationis rationem hoc in loco tractare non propoſuimus. Cæterum eã, quam ex magna arteria in pulmonem fieri ſanguinis tranſſumptionẽ Eraſiſtrati ſectatores dicunt, a veritate deuiare videtur. In primis enim ſanguinem ex intercoſtalibus locis in magnam arteriam transferri impoſſibile eſt. quippe a ſpiritu, qui a corde per magnam arteriam ad hæc loca tranſmittitur, repulſus, illico reuertetur. Dein ſi cõceſſerimus hoc ita fieri, ac demus in magnam ipſum arteriam deferri, multo abſurdior ex Eraſiſtraticæ ſectæ fundamentis ſermo euadet. Etenim ſpiritum ſuum curſus impetum retinentẽ a corde in hanc arteriam expreſſum, in totum deferri corpus, per ortas ab ipſo arterias autumat. ita vt ex vna arteriæ conſti-

ctione spiritus ad extremas pedum partes feratur, veluti a vehementissimo vento, delationis celeritatem fieri putans. Quod vero tanta vehementia, sanguinem in magna arteria contentũ, ad quamlibet corporis partem non impellat, impossibile est. Neque vlla ratione dici potest, ipsum in vnam arteriam quæ in pulmonem feratur, compelli: ita enim is impetus mentis fiet particeps, atque intelliget, qua via sanguis quam facillime vacuari possit.
Id ipsum vero rursus pugnare videtur cũ præsenti sermone, qui sanguinem quam celerrime vacuari per asperam arteriam concedit. Nam si tam facilis est per extremas harum arteriarum partes transitus, vt incidens in eas sanguis, tam celeriter vacuetur fieri non potest, vt impactus inflãmationem excitet. eo quod impingi, & excidere, inter se sint contraria. Id vero multo maiori admiratiõe dignũ ẽ. quod quum Erasistratus quam diligentissime deinceps de puris vacuatione cõscribat, siue id in pleuriticis, siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc, qua videlicet sermones eius, tum nobis, tum re-

liquis hominibus omnibus inter se certare videntur, non intellexerit. Ea facile deprehendetur, si sermonem eius, qui ad verbum sic se habet, hic subscripserimus. Atque in his ipsis affectibus, plurimi interdum puris excretio fit, causa, venarũ natura est, quæ hac ratione nobis inuestiganda est. Magna quædam vena ex corde nascitur quæ spinæ adiacet, ac in eo loco, vbi a vertebris septum transuersum nascitur, finem accipit. Ab hac vero, venæ quæ ad latera extensæ sunt, atque arteriis adiacent, oriri videntur. Igitur quũ vel vlcus, vel abscessus, in his locis euenit, multum puris congregans, id quidẽ haud facile, ad spatium quod inter latera & pulmonem est, effundi potest. quod succingens latera, membrana neruosa est & fortis ac diuidi contumax. proinde coercetur ad vasa, membranæ intrinsecus subiecta. Quum itaq; tenuis magis, ac imbecillior vena sit quam arteria, hæc vasa prius diuiduntur, quam ipsæ arteriæ, atque per has diuisiones, pus effunditur in venas. per inferiores vero sedes pus deiici non potest, quia ad eas venarũ na-

turation peruenit, sed finem sortiuntur, vt dictum est, circa septi transuersi ortum. Quum semper autem continuæ sedes repleantur, vt per superiores meatus exitũ capiat, necesse est. Perpendenda igitur est actio, quam pulmo inter respirandum efficit, ac quomodo, tum spiritum, tum humores & attrahit, & expellit. quippe eodem modo pus a lateribus ad pulmonem ascendere solet. Sed quomodo demum a pulmone reiiciatur antea dictum est. In hoc sermone, Quod pus in venas transsumptum non possit ad loca septo transuerso inferiora peruenire, recte ab Erasistrato dictum est, vtpote vena, quæ octo inferioribus thoracis costis alimentum præbet (non enim omnes alere potest) ad septum transuersum perueniente. Neque enim in præsentia contendere velim, an exigua aliqua eius particula inde exiliat. At quomodo huiusmodi pus expuatur nullo pacto dicere aggressus est. similiter nec sectatorum eius quisquam. Neque enim quemadmodum arteriam quandã a magna deductã in pulmonem ferri affirmãt, ita de vena dixerint. etenim

arteria, tametsi non manifeste per ipsum diuiditur, ei tamen substerni, atque ad asperam vsque arteriam ramusculos emittere videtur. Verum a magna vena, quæ spinæ incumbit, venam aliquam in pulmonem transire, neq; nos vnquam vidimus, neque dissectorum quisquam scripsit, ac ne Erasistratus quidem id affirmare ausus est. Quippe inter omnes conuenit, quod a dextro cordis ventriculo, per vnum duntaxat vas, pulmo sanguinem recipit. Oporteret igitur pus quod a costis, in eam venam, quæ spinæ adiacet, in primis quidem peruenire ad cor. deinde ad venam, quæ ab hoc orta, in pulmoné transit. postea ex hac in asperas arterias, q̃ p ipsum dispersæ sunt, transsumi: postremo tussi indigere, quæ scilicet ipsum vsque ad os efferre posset. Quo auté pacto pus sanguini permixtum ab ipso secernatur, tanquam exiguum quidpiam, ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandã parum conducat, prætericns, dicere neglexit. Neque defendi ẽt potest, quod sanguis in vena, quæ circa spinã est, cõtẽtus, ad cor ipsum referatur.

Nã e cõtrario, vena hæc a dextra cordis auricula exorta, sanguinem secum defert qui oĩbus thoracis partibus q̃ circa octo costas consistunt, alimẽtũ p̃beat. Etenim superiores quatuor non ab iis, sed a vena ad iugulum ascendente, q̃ a medio loco inter cor & iugulum exoritur, nutrimẽtum suscipiunt. Præterea & hoc quoque non minus absurdum, ad Erasistrati verba sequitur. Nã pus quod a supernis quatuor thoracis costis, in concauam venam refertur, maxime quidẽ ad eas venas ducet, quæ ad ceruicem, & scapulas, & caput, & man⁹, denique ad vniuersas quæ per totũ animal distributæ sunt, deferet. Hæc sũt fere absurda, quæ ad Erasistrati scripta sequi videntur. Accedit ad hæc, quod causam in hac perpensione penitus non attingit, dicens enim. Non facile pus effundit̃ in spatiũ, quod inter costas est & pulmonẽ, quia succingẽs costas mẽbrana neruosa sit, & fortis atq̃ diuidi cõtumax, pus aliquãdo in hoc spatiũ effundi posse nõ negauit, qppe q̃ verbis suis non facile, addiderit. Debuit ergo dicere id q̃q̃ nõ facile, tñ aliqñ fieri deinde viá ostẽ

pere, q̃ suppurati, pus expuere possint. Vt enim ex iis non paucos perire, ita & alios complures seruari vidimus. Quorũ si quis p singulos dies, reiecti puris quátitatem, collegerit, interdum sex aut octo heminas interdum quindecim, atque interdum plures, totam summam æquare inueniet.

COMMEN. VI.

DE pulmonis, thoracisq; vexationibus suum hac in oratione proculdubio disseminat colloquium. Et primo pãdit quas per venas cruor ad pulmonem defertur & hoc quum ait (quippe necesse est) nam magna ex arteria quædã germinant vasa, per quæ cruor ad pulmonẽ impartitur, & vti Erasistrati secta olfecit, sanguinẽ ipsum ad arteriam sub pulmone residẽtem, pertransit. ❡ (huius) extremarũ arteriæ pulmonis partium molem, necnon locum ad quem transit, fundamentumq; vnde prodat, exponit, huius quidem arteriæ postremæ partes, tenues extant, & asperam ad arteriam ingredi conspiciuntur, & priusq̃ dorsi ossa pertingat, magna ex arteria exordium vẽdicat: ❡ (itaq;) quot modis quum pulmonis arteria

Erasistrati sectatores ipsi p̄sidium porrigebāt, bifariam hoc esse monet, aut ad sanguinis ex thorace eductionem, vel ad ign... in pulmone apostematis generationem. ¶ (de hac) hæc illustrat princeps, & quum hoc rationes quibus aliqui, Erasistrati discipulis reluctabātur, aperit, quum Erasistrati sectatores in pulmonis arteriis calorificum apostema fieri posse profiterentur: cuius aduersum hi probare insudant, quoniam per pulmonis arterias spirituū efficitur explicatio, iccirco si cruor has in arterias ceciderit, nec ad eas defluere pōt, nam quum a corde per arterias continue fiat spirituū liberatio, qui sanguini occursantes, eum ad venarum extremitatem repellūt, quare arteriæ ipsum suscipere nequeunt, nisi quādo per congestum vulnus, spirituum concitaretur euacuatio, & eorum ad locum cruoris fabricaretur concursus, hac ratione aduersarii admoniti, arteriis in pulmonis apostema gigni haud posse efficiunt. ¶ (quippe) huic assertæ opinioni, Erasistrati professoribus renuuenti, secundum Erasistrati voluntatem debitum pensitat princeps: quippe Erasistratus gemina promulgat, & q̄ arteriæ quæ in pulmone contexuntur, minime a corde alliciūt spiritus, immo magis ipse ei suggerunt. Secūdo q̄ cunctæ aliæ arteriæ p̄ter has, a corde la-

ctant spiritus: Ex quibus habiliter oppugnantium ratio extinguitur: quoniã si cruor ad pulmonis arterias distribuitur, in eis retinetur, quum spiritus ei obuiare nequeant, eo q̃ tales arteriæ tribuunt cordi spiritus, & non suscipiũt. ¶ (hanc igitur) quibus arteriæ pulmonis in partibus, calidum congeri potest apostema, & quum hoc quandam promit excusatio nem, Erasistrati sectatores ꝙ in arteriæ extremitate apostema generetur, referũt, quæ magna de arteria quæ est in ossibus dorsi seiungitur, & ad pulmonem pergit, & ipsam esse, ascensionis sanguinis ex thorace causam, sed de apostemate hic disceptandi minime locus apparet. ¶ (cæterum) aduersum Erasistrati sectatores, sanguinem insinuãtes, magna de vena in pulmonem transferri, triplici instat medio Galenus, & delationis ratione spiritus per eam, quia cruorem a venis quæ intra costas resident, ad maiorem diffundi venam, ꝓ impossibili habetur: sed vt ad eas spiritu redeat, a corde ad ipsas maiorem per arteriã transmisso per opus est. Secundo causa velocitatis cursus spiritus per eam, quare bina de Erasistrati mente supponit: ex quibus suum claudit propositum, Erasistratus orsus est, primo spiritus hanc ad arteriam accedere, corde eum constringente, & vniuersum in corpus ꝑ

arterias ab eo innatas deflui. Secundo q ex
arteriæ constrictione, spiritus extremas ad
pedum partes decurrat, tantam sui in motio-
ne deferens celeritatem veluti vehementissi-
ma ab aura impulsus: his stantibus rationabi
liter infertur, q cruor magna ex arteria in pul
monem plangi haud potest, quia impossibile
est, q tanta spiritus vehementia sanguinem
in magna arteria locatum vniuersum p cor-
pus non propellat. Tertio quia nulla, sangui
nem eximia ab arteria in pulmonem deduci,
excogitari potest causa, nisi profiteatur q spi
ritus cum ratione secum deferat sanguinem,
eius penetratrioni minime reluctans: sed qua
si viam qua flussurus est dignoscat. ¶ (id ip-
sum) Erasistratum asserentem sanguinem ex
bronchiis pulmonis facillime liberari crimi-
natur: nam si hoc a veritate haud dissentiret,
tūc insinuare oporteret, q in pulmonis venis
apostema minime congeri posset, quod infa-
me, contraq; ipsum existit, consequentia p-
batur: qm̄ largitas, & cōstrictio opposita in
stituunt si n. extremitates pulmōis venarū ta
liter manifeste, dissociatæq; extant, vt san-
guis in eis collect⁹ futiliter excludatur, ergo
cruor haud ibi vt apostema generetur; deti-
neri potest: & reliqua lege. ¶ (Atq;) purga-
tionis saniei modum per superiora secundū

Erasistrati mentem bifariam indicat, ex venarum natura: secundo ex natura actionis pulmonis, nam sicut pulmo inter respirandum spiritum, humoresq; allicit, & expellit, pari passu & de saniæ promulgandum, consimiliter & venarum naturam perpende vt Galen⁹ annotat: ℂ (quod pus) Erasistrati, eiusq; sectatorum asserta, quæ probe, & quæ improbe examinare exorditur: & hoc binis modis, primo de loco descensionis saniei in thoracis venis cõducti: secundo de expuitionis modo: etenim Erasistrati inuestigatio, ꝙ sanies ad venam pergens, inferius sub septo transuerso fluere nequit, veridica ponit, quia vena quæ duntaxat octo inferiores costas alit, non nisi vsq; septum ad transuersum protrahitur, nec etiam adpræsens, an possibile habeatur, huius venæ partem aliquantulam inferius sub septum transuersum descendere, disceptare perquirit: secundo quia quomodo hæc sanies expuatur, nec ab ipso, neq; abliquo eum consectantium, denudatum extitit. ℂ (neque) ꝙ de magna vena quæ est in ossibus dorsi, venæ ad pulmonem distribuantur, nemo loqui potuit. ℂ (quippe inter) aliorum saniei ex thorace emanationem de intentione purgat: cuncti vnanimes extant, ꝙ pulmo vnam per venam dextro a cordis ventriculo sanguinem subtra-

hit, vnde sanies a costis saliens, magnam ad venam quæ est in dorso ascendit, verum per opus est, vt primo ad cor decurrat, deinde ad venas de corde ad pulmonē accedētes, postea ex his asperas in arterias quæ per ipsum disseminatæ sunt, distribui, demum tussi indiget, qua vsq; ad os deferat. ℭ (Quo autem) Erasistratum criminatur, quum, quomodo sanies cum cruore constipata ab ipso excludatur: detegere desierit. ℭ (Neque) contra asserta instat princeps: nam cruor in vena quæ circa spinam colligatur, retentus, ꝙ ad cor largiatur, tueri nequit: immo potius aduersum profiteri oportet: quia huiuscemodi vena dextra a cordis auricula auspicatur, sanguinem deferens, distribuensq; eum per omnes corporis sedes vsq; ad octo costas, quoniam quatuor supernis costis minime sanguinem gratificatur: quum vena has thoracis partes alens, a vena quæ ascendit per loca inter cor & furculam existentia exorditur. ℭ Secundo aliud ad Erasistrati sermonem consequitur erubescendum, quia sanies secundum rectam viam a quatuor thoracis costis superioribus, concauam ad venam saliens, ad venam ducitur, quæ ad scapulas & collum, caputq; dirigiť & reliqua quæ inspice: hæc igitur inhonesta ex Erasistrati promulgatis emergunt. ℭ (Acce-

dit) q̃ causæ rationẽ deserit, accusat, quũ orsus est, q̃ quũ difficultate pus inter vacuitatẽ penetrat, quæ inter costas & pulmonem contexit: quia membrana costas ambiens, neruosa, validaq́; ac diuelli contumax existit: vnde pus hoc in spatium effundi permisit, sed in fallaciam incessit, quia asserere per opus erat, q̃ quamuis puris vulgatum in spatium penetratio difficilis extet, nihilominus quandoq; molitur, & locum statuere, per quem suppurati seu empimatici vt comunius loquar, pus repellere possint. ¶ Postremo d̃ empimaticis, quosdã valetudini, aliquos neci reuocari p̃sagit.

Ex his aliquas distinguo regulas.

¶ Per arterias quasdam magna ab arteria seiuntas, cruorem ad arteriam sub pulmone residentem deferri, Erasistrati secta autumat.

¶ Arterias in pulmone cõstructas, cordi potius spiritus impartiri, quam in escare, quamuis cũctas alias allicere Erasistratus testatur.

¶ Apostema in magnæ arteriæ extremitate ad pulmonem decurrentis congeri posse, Erasistrati scola enunciat.

¶ Cruorem eximia de arteria ad pulmonem propter spirituum occorsum deferri, impossibile esse Galenus contra Erasistratum dimicat.

¶ Sanguinem ex pulmonis bronchiis facillime deiici, Erasistratus conspirat, cuius oppositum

Galenus abolere elaborat.

¶ Saniei ex thorace liberationē taliter exequi, saniem ex costis magnam ad venam supra spinam pergere, verum primo ad cor, past id ad venas de corde ad pulmonem concurrentes, dehinc in pulmonis brōchia, demum tussi ad os compelli, de cunctorum iudicio medicorū promulgat.

¶ Saniem inter vacuitatem, quæ inter costas, & pulmonem construitur, quum labore penetrare, propter membranæ neruositatem, fortitudinemq; costas subcingentis vt erasistratus ostfecit, Galenum haud negare apparet.

¶ Suppuratos non omnes deplorandos esset, testimonium reddit.

Cæterum id quod quam creberrime dicere consueui, nunc quoque dicam, quod multi medici, rerum quæ manifeste vidētur, causam reddere nequeuntes, eas esse esse omnino negant. Quandam (vt dixi) oēs quoquot in thorace vulnerati sunt, iniectam per vulnus aquam mulsam, illico expuere solent. Nonnulli etiam curato, cōglutinatoq; vulnere, in primis quidem diebus purulenta quædam expuūt, nisi recte, ac exquisite, vniuersus sanguis

per vulnus

per vulnus quatiendo videlicet hominē qui sic vulneratus est, fuerit effusus. At vero membrana costas succingens, & valida est, & neruosa, ac diuidi contumax huic sermoni adde si velis, eam quæ pulmonem vestit, eiusdem esse naturæ. Vnde in spatiū thoracis humores effundi non possunt, quod illa quidem nō transmittat, hæc vero non recipiat. Itaque ad eundem modum dices, cutē membranis multo fortiorem, atque crassiorem in fractionum callis cruentum humorem, quominus per ipsum penetrando egrediatur, ꝓhibere: hunc tamen in nonnullis videm' adeo copiose effundi vt totas etiā fascias possit irrigare. Quod quū ita fieri videamus, idē haud absurde per reliquas quoque membranas fieri fatendū est. Atque satius fuisset Erasistratum non de hac re dubitare, quin potius intelligere, quomodo humor inter thoracem & pulmonē contentus, in asperas pulmonis arterias recipiatur: ad læues vero arterias, atque ad venas peruenire nō possit. Nam & ipso Erasistrato authore tria hæc vasa simul extenduntur, atque simul diuisa extremo

suo ore, in circundatam pulmoni mem-
branam terminātur. Quum ergo tria hæc
ora inter se proxima sint, cur in vnum dū
taxat fiat transsumptio, quærere debuit
Erasistratus. Nam longe præstantius erat,
ea quæ fiunt, quomodo fiant quærere,
quam quod fiant negare. Quanquam ne
que dubia, neq; inuentu difficilis mihi
videtur, eorū quæ in thorace cōtinentur,
in pulmonem receptio, quæ quidem in
asperæ arteriæ partibus extremis fieri po-
test, quippe quæ non adeo angustæ sunt
vt læuium arteriarum atq̄ venarū partes
externæ. Atque quod magna ex parte, a-
sperarum arteriarū essentia, cartilago est,
quæ concidere, atque concludi omnifa-
riā nō potest quod etiā earū, quā duorum
vasorum reliquorū, ora, multo sunt am-
pliora. Quum igitur ipsorum circa pul-
monē diuisiones numero sint æquales,
rationi consentaneum est, asperæ arteriæ
veluti ramos, reliquorum duorum gene-
rū partes, proportione superare. Id vero
manifeste apparet per visceris ipsius dis-
sectionem. nam vicina quæque vasa ean-
dem inter se seruant in magnitudinis ex-

cessu proportionem, quā ab initio maxi me eorum partes habere conspiciuntur. Hæc sunt quæ dicere debuit Erasistratus, ac deinceps, vtrum aspirationis, an quietis tempore, pus ex thoracis spatio in pulmonem recipiatur, explicare: ac deinde quum id, neque per aspirationē, neque per quietem fieri docuisset, ostendere, ipsum respirationis tēpore recipi. id quod facillimum erat demonstrare, ei cui prius persuasum esset, respirationis actionem ad thoracem pertinere, pulmone nullam propriam habente motionē: quippe qui per consequentiam dilatato thorace, pariter attollitur, eo vero constricto, ipse, spongiarum exemplo, quas manibus exprimimus, in sese residere solet. Etenim hoc pacto p magna vulnera, fibra ipsius p vulnus, pcidere videtur. verū citra vulnus, thorax vehementer constrictus, humorē qui in eo spatio, qđ inter ipsum & pulmonem est, continetur, in asperas ipsius arterias comprimendo cogit, nec credas velim, huic rationi, vehementer frustra fuisse insertum. Nisi enim vehementer, admodum thorax pulmonem ex om-

ni parte cõprimat, humor in asperarũ arte
riarũ ora recipi non poterit. Quamobrẽ
natura, quo robustior fieret expressio,
tussi vocata, donauit animalia. quæ quũ
naturale sit accidens, & sternutamentum
& singultũ, & nauseam similitudine qua
dam imitatur, de quibus in libro de cau-
sis accidẽtium satis dictum est. Verũ quia
viribus opus est, quibus hmõi accidẽs na
turale excitet, cõtingit creberrime p sup-
puratos affectus mori laborantes, prostra
tis antea viribus, quod a validissima tho
racis cõstrictione eadẽq; celerrima, tussis
excitatur. Atqui vires imbecilles, neque
valide neque celeriter agere possunt. Er-
go de expuitione quæ ex spatio thoracis
procedit, satis fuerit hæc dixisse. redeam'
igitur rursus ad eum, quem ab initio pro
posuimus, sermonem. Sane quæ in suc-
cingente costas membrana, ac musculis
illi continuis, fiunt inflammationes, mor
bum, quẽ lateralẽ vocant, efficere solent.
Huius accidentia inseparabilia sunt, fe-
bris acuta, dolor, perinde ac si locus vel
intendatur, vel pungatur, spiratio fre-
quẽs, & exigua, pulsus paruus, arteriã &

durã, & quodã mõ tensam indicãs, tussis magna ex parte cũ sputis coloratis, nõnũquã vero sine his. Has incoctas pleuritides nominãt, q̃ vel celeriter hominẽ rapiunt, vel lõgo tẽporis spatio finiunt. Ac dolor mõ ad iugulũ, modo ad p̃cordia puenire videtur. Sunt p̃terea alii laterũ cũ febre dolores, per quas spirationẽ exiguã reddi necesse est, sed nullũ redditur sputũ, vt in ea re nihil a pleuritide sine sputo constãte, differre videatur. Verũ hi facile ab illis discerni possunt. In his enim nulla omnino tussis est: illi vero qui sine sputo pleuritide laborant, sicca tussi molestantur. deinde, quod neque tensionem neque duritiẽ vllã refert pulsus. postremo quod nõ æque acuta febri laborant, neq̃ adeo difficulter spirant. Sunt etiã nõnulli, qui presso extrinsecus inflammato loco, dolere sese fatentur. Atque ii per sputum nõ purgantur, quia ab initio nihil eius succi, qui inflammationẽ excitauit, ad thoracis spatiũ peruenire solet. At cõcocta inflãmatione, nisi pus prius discutiatur, ad cutẽ vsque attollit, atq̃ incidit

COMMEN. VII.

PRAEASSVMPTO sermoni de thoracis, pulmonisq; affectibus hoc in textu finem imponere insudat ab initio contra Erasistratum præliatur: qui sentit, ꝙ duros per panniculos & neruosos vti est membrana costas subcingẽs, sanies ad thoracis, pulmonisq; spatium haud ingredi possit: quem tripliciter lacessit: primo commune quoddam medicorum repellit: quũ eorum quæ apertissime liquent, causam detegere ignorent, confestim eam esse, abnuũt: post id suum exorditur propositum vt de aqua mellis quæ in thoracis vulneribus plangitur: nam raptim expuere assueuerunt, cõsimiliter in thoracis vulnere consolidato: quoniam prima in die aliquid saniei per os excludunt: & hoc si sanguis non fuerit quatiendo a vulnere prius exquisite repulsus: Ex his ergo suam monet intentionem, quoniam si costarum membranæ vt Erasistratus promulgauit, validæ, duræq; existunt: & hac de causa sanies ad thoracis concauitatem penetrare nequit: Ergo cõsimiliter de membrana pulmonem ambiente profiteri cogimur, & sic minime a thorace ad pulmonem ascendere posset: Tertio per similitudinem ad cutem nam in callis fractionũ,

ſeu euidentius in os ſibus fractis pari modo aſ ſerere ꝑ opus eſſet, puta ꝙ ſanguis ab ipſis ad cutim vim penetrandi haud haberet, quum cu tis mēbranis ipſis fortior, cras ſiorq; exiſtat: ſed in fractura ipſa liquidis ſime conſpicimus, ſanguinem adeo redundanter ad cutem libe- rari, vt vniuerſas eius faſcias ideſt ligamenta irrigare ſeu tingere poſ ſit: Qua de re conſen taneum minime elucet: vt ſanies per membra- nas ingredi recuſetur, quem admodum Eraſi- ſtratus ipſe & flagitioſe quidem de nudauit.
❡ (Quin potius) Eraſiſtratum arces ſit, quū quod indagare erat oportunum, minime in- dagauerit, & bina eſſe exponit, primo cur ſuc cus inter thoracem, & pulmonem conductus, ad pulmonis cannales recipitur, verum leues ad arterias, venaſq; in pulmone re ſidētes per currere nequit: Secundo quum hæc tria ſcili- cet aſpera arteria, leues arteriæ, venæ vna di- latantur, partiunt ſq;, quouſq; eorum extremi tates ad membranas pulmonem ambientes, perueniunt, necnon eorum ora inter ſe vicini- tatem obtinent, quare Eraſiſtratus exquire- rere debuit, cur in vnum duntaxat humiditas ingrediatur: ſic igitur decen tius ipſi fuiſſet, ea quæ tractantur quærere, quomodo tractan- tur, quam ea que extāt renuere. ❡ (Quanq̄) quomodo ſanguis ex thorace ad pulmonem re

vocatur, expedit, & quum hoc cannalium pulmonis naturam quatuor illustrat modis: exordio eorum ad coāgustationem, quoniam sanies in thorace conglobata, vt ad pulmonem transferatur, talis excogitatio mihi neq; ambigua, neq; laboriosa occurrit: nam in pulmonis extremitates saniem penetrare nō est impossibile: hæ enim minime vti arteriarum, venarumq; in pulmone compaginatarum, arctatæ repperiuntur. Secundo quo ad cānanlium essentiam, quoniam ipsorum essentia chartilaginosa fuit producta, & chartilago sicut vena constringi nequit: Tertio quo ad molem, nam cannalium pulmonis ora ampliora quā geminorum vasorum reliquorum idest extremitatum venarum & arteriarum inspiciuntur: vnde quum æquali numero in pulmonem distinguātur: de necessitate eorum distinctiones veluti arboris stirpes extāt: quare reliquorum binorum generum idest extremitatum venarum & arteriarum proportione superare scilicet maiores illis vtrisq;: Quarto per dissectionem, nam quæcunq; vasa haud distantia, quæ sic se habent q vnum iuxta aliud consequitur, suæ originis magnitudinem semper protegūt: vt quæ de magna sunt origine magnæ, quæ vero de parua, paruæ existunt. ¶ (Ac deinceps) Erasistratum reprobat, quum, quo tē

pore sanies ex thorace ad pulmonem ascēdit, minime detegisset ipse, talem rimatur perquisitionem, vbi complura insinuat: principaliter ꝙ Erasistratus indagare cogebatur, quo tempore sanies a thorace ad pulmonem ascēdit an quando aer aspiratur, vel expiratur, vel dum his in motibus quiescit: quoniam ꝙ hoc respirationis tempore machinetur asserere, subtiliter esse suspicabatur: per fidem ab anhelitus actione assumptam: quoniam anhelitus actio cum thorace, nulla pulmonis motione concurrente, molitur: Secundo quia thoracis dilatationem, pulmonis consequitur dilatatio, & ad eiusdem coarctationem, pulmonis etiam associatur coarctatio, & hoc vt ea quæ in ipso conducuntur, submoueat: vti in spongia elucet, quando manibus premitur: & huius impulsu in magno penetrabiliq; vulnere, pulmonis extremitates salire & extra thoracem transcendere excogitauimus. ¶ (Thorax) thoracis actionem enarrat, nam quum thorax vehementer constringitur, humiditatem inter thoracem & pulmonē reppertam in pulmonis cannales comprimendo compellit.

¶ (Quamobrem) vnde thoracis coercio excitatur, pandit, fatur quidem ꝙ a tussi, quoniam tussis iccirco animali a natura gratificat: vt dum coarctatione indigeret, tussis submini

straret, quoniam tussis naturale accidens, sicut & sternutacio, singultus, vomitus, & similia ascribuntur. ¶ (Verum) vt tussis insurgat, quid indiget: promit facultate neruosa, vti inempimaticis, ac aliis in thorace affluentem obtinentibus materiam persuasum habetur: nam si vires languidæ in his excogitãtur, suffocati succumbunt, quum tussis a fortissima, celerrimaq; thoracis constrictione solicitetur hæc autem non nisi virtute aroborosa commouetur: testatur quia virtus senilis nec neruose, nec festinanter suam actionem impellere potest. ¶ (Sane) morbum ad lateralem suum deplicat sermonem, & gemina detegit, primo ipsum describit: quoniam apostema in membranis costarum, lacertisq; cum eis compaginatis, morbus perhibendus lateralis: Secundo quæ eius indissociabilia extant accidentia, puta acuta febris, dolentia extensitiua, pungitiuaq;. exiguus, spissusq; anhelitus: pulsus paruus, arteriam duram & aliqualiter tensam statuens: tussis frequentissime cũ sputis deturpatis vt modo sanguineis, quandoq; biliosis, & aliquando caliginosis, secundum alietatem succi morbum ipsum concitantis, sputamina abhorrent: quandoq; a screatibus relegatur: & hi laterales affectus sine screatu vel crudi nuncupantur, appendit, crudum, col

latione habita ad causam: quoniam tussis ex
succis prodens, & sine sputis, cruditatem prorsus
succorum portendit, & præcipue si vires
nō deserunt, aut celeriter mortalem iugulat,
nam penitus materiam ad concoctionem rebellem
esse testatur: vel macronoxiam terminationem
denunciat: & hoc ex succi qualitate
crassa diuturno indigens tempore ad æquationem,
& de acerbitate ipsa ad huc distinguit,
quoniam quandoq; ad iugulum ascendit: & sic
apostema partibus in supernis congenitum
esse, aut ad præcordia declinat, & tunc inferiis
testimonium reddit, hæc ergo veri lateralis
morbi cōstituuntur argumenta. ❡ (Ac
dolor) exquisiti morbi lateralis coniecturis
decursis, associanter quæ non exquisiti extāt,
asserit, & quandoq; in costarum partibus acerbitates
cum febre germinant, anhelitus spissus,
paruusq; associantur, sed nihil deicitur
sputi, & ex hoc exquisita apleuritide sine sputo
nihil dissentit, sed ab horrentia in his faciliter
diiudicatur, quoniam in veridica sine sputo
tussis inest arida, in hac vero nec modica
elucet: & haud in tussi duntaxat exquisitus, &
non exquisitus lateralis affectus, immo aliis
in vestigiis dissonant, quum pulsus nec ita asper,
nec febris ita acuta, nec expiratio taliter
laboriosa in non exquisito, sicuti in exqui-

ſito connectuntur. ¶ (Sunt etiam) alias eorum qui non vera cruciantur pleuritide promulgat ſuſpitiones, nam aliqui crudelitatem compatientes lateralem excogitantur, qui ex exteriori manus ſuper locum crudelitatis copulatione de crudelitate ipſa profitentur: quũ in his exterioribus coſtarum in partibus materia conglobata exiſtat, nec etiam hac in afflictione materia per ſputum expurgatur: ipſa ab exordio ad concauitatem thoracis haud deflu xit, verum apoſtemate concocto, niſi pus diſcutiatur, ad cutem in tumorem feſtinat, atq; eodem in loco incidi per opus eſt: hæc quo ad verborum meditationem.

Ex his hæc reſecantur theoremata.

¶ Saniem per coſtarum membranas ingredi poſſe Galenus fatur, cuius aduerſum Eraſiſtratus autumauerat.

¶ Quum pulmonis cannalium extremitates minime arctatæ, immo chartilaginoſæ, amplæ, & vna prope aliam conſtructa, & hac de re ſaniem, ſiue cruorem a thorace ad eas aſcendere posſibile eſſe teſtatur.

¶ Haud inſpirationis, vel quietis, ſed expirationis tempore, ſuccum a thorace ad pulmonis bronchia deferri promulgat:

¶ Anhelitus actionem, thoracis ſuffragio, & non pulmonis machinari aſſerit.

¶ Thoracis constrictionem, dilatationemq́; pulmonem consequi promit.

¶ Thoracis coercionem, vt in eo superuacua cō iunta absterreātur, a natura attributam esse, testimonium reddit.

¶ Quum thorax humiditatem inter ipsum & pulmonem compaginatam, cohibet, ad pulmonis bronchia pulsat, effigies est in spōgia.

¶ Thoracis coarctationem tussi solicitari, & iccirco a natura institutam esse, profitetur.

¶ Tussim, sternutationem, nauseam, singultū, vomitum, naturalia accidentia esse, iactat.

¶ Vt tussis ad certamen accedat, validas implorat vires, hac de re suppurati, vel alii inter thoracem & pulmonem copiosam constipantes materiam, si languidi fiunt, vt crebrius vitam reddunt.

¶ Virtus imbecillis nec neruosæ, nec celerimō tu eius actionem concitare potest.

¶ Membranarum costarum, earumq́; lacertorū apostema, lateralem perhiberi morbum committit.

¶ Pungitiuus, extēsitiuusq́; dolor, febris acuta, paruitas, spissitudoq́; anhelitus, arteriæ duricies tussis cum pollutis screatibus, exquisitum affectum lateralem, si vero cum his (verum attenuatis indiciis) & sine tussi, non exquisitum esse portendunt.

¶ Lateralem perturbationem citra screatũ, aut celeriter mortalem necare, aut in macronoxium purgari spatium prædicat.

De septi transuersi affectibus.

TErminum quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas (id est mentem) appellauerunt. siue simpliciter id ipsis in animum venerit, siue (vt aliqui putãt) quia eo inflammatione affecto, mẽs quoque læditur. At Plato ipsum septum nominare cœpit, & si, quemadmodum reliqui quoque antiqui, phrenas etiam vocitauerint: sed qđ septi rationẽ in animalibus habere existimaret, ita nominandũ censuit. animi. n. irascentiam, in corde cõtentã, a cupiditate, cuius sedes in iecinore esse creditur, distinguit. postea medici neglecto prisco nomine septũ ipsum appellare consueuerunt. Id quod in dorsi quoque medulla eos fecisse constat, quippe huic quoque ob propriam essentiam medullæ nomen est, quemadmodum instrumentum, cuius nunc mentionem fecimus, phrenes nuncupantur. Verum quo clarior esset dignotio, illi dorsalis, quẽ

admodũ & ceruicalis, & spinalis, atque lũbaris, cognomenta addiderunt. Postea fere omnes simpliciter dorsalem appellare consueuerunt. Sic in præsenti quoque proposito, phrenum nomine reiecto, diaphragma (id est septum transuersum) nominare magis placuit. Aristoteles autem hanc animalis particulam, succincturam appellat, nescius ipsam magnæ ac perquam necessariæ actioni, in animalibus esse deputatam. quippe quæ spirationis instrumentum est. Igitur non immerito, quum afficitur, spirationem lædit: vt supra, quum de spirandi difficultate ageremus, diximus: vbi proprios eius affectus vna cum iis qui per consensum cum spina & neruis ab ea exortis in ipso fiunt, tradidimus. At vero nunc eos affectus, qui superno consentiente principio, ei adueniunt, perstringamus. Igitur antea q̃ aliquis deliret, frequentem, ac exiguum: infestante vero iam delirio, multa varietate inæqualẽ spiritũ reddit. vt in libris de spirãdi difficultate diximus. Atq; delirare ẽt solẽt nõnulli, ob vitiũ qđ in ore vẽtriculi cõsistit, & febrib⁹ ardẽtib⁹, & pleuritide,

& peripneumonia. Sed q̃ ob septi transuersi affectum accidunt deliria, non multum distant a phrenitide. quippe per cæterarum partium affectus, atq̃ per febres ardentes delirium mitigari solet, quoties morbus declinare videt̃. At phrenitidis propria, præcipuaq; nota est, ne in declinatione quidem febrium, delirium quiescere. Neque enim per consensum duntaxat, sub huiusmodi morbo cerebrum afficitur, sed propria primariaq; affectione laborat. Atque proinde paulatim conquiescit hic affectus, veluti ẽt neq̃ subito neq̃ affatim, vt in iis partibus quorũ nup mentionem feci, accidere consueuit. Ac antea q̃ inualescat, præcedunt ipsum accidentia non pauca eaq; omnia phreniti ca indicia vocantur, quæ ab iis quoque, qui me præcesserunt, conscripta sunt. Nam interdum vigilias præcedere, siue etiam somnum, manifestis imaginib⁹ turbatum, ita vt & clament nonnulli, & exiliant videre est. Interdum vero adeo agrestis accedit obliuio, vt laborantes aliqui, quum matellam petiuissent, meiere tamẽ neglexerint: aut quum lotium emitterent

matellã ipsam procedere, haudquaquã meminerint. Interdum maiori cum tumultu, aut temeritate respondent, præsertim vbi aliquis antea fuerit mansuet⁹. Atque ii omnes exiguo vtuntur potu. Spiratio ipsis rara est, & magna: pulsus parui, & neruosiores. Nonnunquam occiput dolor infestat. Quum vero iam proxime ad phreniti dem accedunt, oculi eis vehemẽter euadunt squallidi, aut ex altero ipsorum acris lachryma effuditur, ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipsorum, sanguine plenæ vidẽtur, & sanguis stillat e naribus. Quo tempore nihil quod exacte ad prudentiam pertineat, respondent, & floccos auellunt, & festucas carpunt, atq; aridiore febri, cui non ita magnæ in alterutram partem mutationes accedunt, torquentur. quemadmodum in aliis quibusdam febribus videre est, quæ per vigorẽ quidem grauissime infestant, inclinationes vero habent mitiores. Ad hæc lingua quoque aspera est, nonnulli interdũ audiendo falli videntur, ac interdum mœsti iacent, vix quicquam respondentes: atq; dispositione dolorifica affecti, vel actiuam

premente aliquo, eam haud quaquã sentiunt. Ergo hoc modo per cerebri affectũ paulatim phrenitis euenire solet. Ab aliarum vero partium nulla perpetuum delirium procedit, dempto solo septo transuerso, cuius vitio excitatum delirium, parum a continuo distat, adeo vt veteres putauerint, hac parte inflammatione affecta homines phreniticos euadere. atque ob eandem suspitionem, phrenas (id est mẽtem) eam appellauerunt, tanquam sapiẽti parti conferat quippiam. Verum, delirium qđ huiusmodi vitio accidit, a phrenitide distinguitur, & ex oculorum accidentibus, & sanguinis a naribus stillis, atque spirationis specie. quippe phreniticorum spiratio magna est, & ex lõgis sem per interuallis: contra vbi a septo deliriũ oritur, inæqualis. vt modo exigua sit, atq̃ frequens: modo magna, & angustiosa. Nam incipiente septi transuersi inflammatione, prius quam delirent laborantes, exiguum, ac frequentem reddunt spiritum: contra, iis qui ob affectum cerebrũ delirant, magna prodit, raraq; spiratio. Atque, vt summatim dicam, veluti eorũ

accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum apparet, aut si apparuerit aliquod, id perexiguum est, in his quibus septum transuersum inflammatione laborare incipit: ita rursus interdi præcordia, septi trāsuersi illico ab initio affecti, proprium indicium est, id qđ affecto cerebro posterius accidit, non incipiente videlicet affectu, sed quum paratus iam fuerit. Atque calor quoque circa caput & faciem vehementior est iis, q ob cerebri vitium delirant. Reliqui septi transuersi affectus, siue primarii sint, siue per consensum illi eueniant, partim quidem ab hoc nostro proposito sunt alieni (nempe qui manifeste apparent, vt sunt tū alia accidentia, tum abscessus in ipso exorti) partim vero iā antea dicti sunt.

COMMEN. VIII.

DE thoracis perturbationibus diffusa oratione, subsequenter de septi transuersi oppugnationibus princeps sciscitari hortatur, & hoc compaginationis eius cum thorace impulsu: quoniam inferior thoracis chardo, septum transuersum intitulatur: Et complura dete-

git, principaliter quis locus ſeptum transuerſum perhibetur: vbi geminas conſpirat ſententias, vna vetuſtorum exponitur, qui thoracis inferiorem partem phrenas ideſt mentem latine nuncupauerunt, & hoc bifariam & quia ſeptum transuerſum apoſtemate ab igneo diſſipatum, mens refragatur, & quia eum ita nominare, eis inanitum occurrit: Secunda Platonis extitit, qui ſeptum appellauit: quanuis cæteri ſeniores phrenas nominauerint.

¶ (Animi) ſepti transuerſi compendium pādit, cuius partes extant, animæ iraſcibilis partem, quæ in corde reſidet, a deſiderii parte, quæ in iecore locatur, diſſociare. ¶ (Poſtea) nominis ſepti transuerſi, dorſaliſq; medullæ vſum ſecundum veteres aſſerit, veteres enim vetuſtum reprobantes nomen, ſeptum transuerſum congnominari voluerunt: vti indorſi medulla ſtuduerunt: quoniam verum, peculiareq; nomen eius quod ſecundum naturam indicat, medulla fertur: vti hoc nomen de quo agitatur, phrenon dicitur: ſed vt lucidius dignoſcatur, ipſi medullæ dorſalem adiecerūt: quēadmodū medulla ceruicalis, & ſpinalis, ac lūbalis perhibetur: poſtea dorſalem nuncupare, nec medullam aſſociare curauerunt: ſic ad propoſitum phrenum nomine deſtituto, diafragma ideſt ſeptum transuerſum dici, eis

magis consentaneum apparuit: sed Aristoteles hanc animalis sedem, succinturam idest inferiorem diuisionem nominat: & hoc quia actioni animalium q̃ maxime necessarie adiudicatam esse, latebat: quum anhelitus instrumentum constituatur. quod illustrat princeps, quoniam septum transuersum quum exagitur, & spirationem ipsam exagiri per opus est: vt in loco de malo anhelitu se promulgasse, profitetur. ¶ (At vero) de septi transuersi per cerebri consensum afflictionibus exorditur colloquium, vbi complura expedit: primo inter delirium & spirationem collationem asserit: quoniam anteq̃ aliquis a se alienus fiat, anhelitum crebrum, tenuemq; solicitat: si alienatio angit, eo tempore anhelitum in æqualem copiosa alietate concitare impellitur: vt de spirandi difficultate in libris orsus est. Secundo (atque) alienationem pluribus a sedibus, affectibusq; vt ex crimine quod in ventriculi ore connectitur, febribus ardentibus, morboq; laterali propter vaporum ad cerebrum raptum, innasci detegit. Tertio (Sed quæ) argumenta delirii per essentiam cerebri, aliarumq; corporis partium exponit: & principaliter vnum attendit q̄ alienationes quæ ex septi transuersi contristationibus germinant, haud mirifice a phrenitide abhorrent, vt iam

explicabitur: vnde si delirium aliis sedibus cor
poris consentientibus molitur: puta febrium
impulsu, tunc intermittentiam obseruat, ita
q̄ quum febres ipsæ diminuuntur, & crescūt,
delirium etiam attenuatur, & augetur: hoc
autem commune cunctarum sedium per con-
sensum refragatarum, scribitur vestigium, nā
si cerebrum per essentiam alienatur puta phre
nitide, a supra assertorum alienatione dissen-
tit, quia etiam si febris extenuatur, ipsa ta-
men perpetuo suo in vigore permanet & labo
rat, rationem disseminat, quoniam cerebrum
hac in refragatione minime aliarum partium
per consensum perpetitur: Sed dispendio præ
cipue in cerebro ipso vigente, & iccirco hæc
affectio gradatim, & non in opinato, vti aliis
in sedibus per consensum oppugnatis, inuade
re conspicitur: ¶ Quarto (ac anteq̄) conie-
cturas phrenitidem præsagientes recogitat: vt
excubiæ quum ignei vapores caput pulsant, vi
siones nocturnæ ab in maginibus eis occurrē
tibus deprauatæ; turbatæq́; ad eo q̄ impul si
clamare, & inuiti ac torpidi a cubili se erigere
elaborant: quæ omnia ex chimiorum pessimi
tatibus machinari, quos naturalis calor con-
uincere nequit, Galenus ipse Secunda in parte
aforistica com. primo attendit: aliquando tam
ta detinentur obliuione, vt vase quæ sito, &

subeis porrecto, vrinam submouere obliuiscunt, qui si vrinam excluserint, lotium redde re minime memorant, in ordinate quoq; eis responsum subministrant, qui cum eis sermocinantur, præcipue si in valetudine mites, placabilesq; viuebant, potum haud exposcunt, anhelitus eximius, rarusq;, pulsus parui, & neruosi in eis excogitantur: & quandoq; dolores in occipitio sentiunt: ¶ Quinto (quum vero) accidentia phrenitidis vicinitatem statuētia, enuntiat, vt oculi aridissimi & ab vno lachrimæ emanant acres & cæteraq; prosequitur.
¶ (ab aliarum) septi transuersi, aliarumq; corporis sedium errato delirium promulgat, quum autem perturbatio aliis in corporis partibus compaginatur, minime perpetuo persistit, nisi septo in transuerso connectatur: quoniam si eius delicto prodit, tunc tantam obtinet permanentiā, vt seniores, hac sede igneo ab apostemate obluctatos, phreneticos fieri coniecerint: & ex hoc etiam impulsi, phrenas idest mentem nuncupauerunt, quum non modica hanc inter sedem, & eam inqua mens, & intellectus resident, connexio repperiatur:
¶ (verum) indicia ex quibus septi transuersi delirium, ab eo quod cerebri vitio cōcitatur, discerni potest: examinat, vt ex oculis, naribusq;, nam in cerebri delirio in oculis acciden

tia: ʒ guttæq; sanguinis ex naribus liberari appareat: Secundo per suspitionem ab anhelitu vendicatam, quoniam phreneticorum anhelitus vehemens macronoxiasq; per intermitẽcias inspicitur, sed vbi alienatio septi transuersi causa germinat, anhelitus immodestus redditur, vt quandoq; paruus & crebus, aliquando immensus & laboriosus, cuius in encrasiæ causa bina asseritur. & neruosum inter naturam & perturbationem certamen, in quo natura ipsa grauatur, & congnitio compluribus cum fantasiis alienata, vt modo plerisq; & modo validioribus, ex quibus anhelitus inæqualis congeritur: ¶ Alia nota quæ a pulsu compilatur, est, quia calorifico ab apostemate in septo trãsuerso innato, dissipati, priusq̃ delirare aggrediantur, paruum, frequẽtemq; pulsum detinent, sed cerebri delicto, eximiũ & rarum. ¶ Tertio per rationem a præcordiis inescatam, nam septi trãsuersi in afflictione, præcordia ipsa superius protrahuntur, in cerebri vero nequaq̃ efficitur, nisi postq̃ alienatio perfectionem lucrabitur, cum calor magis ad superiora ascendit: ¶ Quarto ab igneitate circa caput & faciem, quoniam in cerebri delirio, in his ardentior quam in septi transuersi innotescit, postremo claudit, q cũcta delirii accidentia ex cerebri iactura, aut exigua,

aut nulla in alienatione septi transuersi vulgantur.

Ex his hæc subtrahuntur perquisita.

¶ Infernam thoracis partem, phrenas, seu diafragma, vel septum transuersum perhiberi testatur.

¶ Septum transuersum hoc commodum gratificari, vt irascibilem a desiderio dissociare profitetur.

¶ Aristoteles septum transuersum succinturam nuncupare assueuit.

¶ Quum septum transuersum perturbatur, spirationem etiam perturbari, autumat.

¶ Delirium per essentiam & per consensum moliri posse, censet.

¶ Septi transuersi delirium, phrenitidi congnatum esse clamat.

¶ Phrenitidem cerebri, aut eius membranarum calorificum apostema esse, Galenus testimonium reddit.

¶ Alienationem cerebri, septiq; transuersi per essentiam conductam, gradatim machinari, & perpetuo persistere, aliorum vero errato, raptim accidere, & modo intēdi, modo attenuari, vti febris intenditur, & imminuitur ꝑdicat:

¶ Vigiliæ, quietes deprauatæ cum vulgaribus imaginibus, obliuio, inordinata sermocinatio, in honesta responsio, anhelitus eximius,

rarus, pulsus parui neruosi futuram præsagiunt phrenitidem.

¶ Oculi squallidi, ab vno oculorum lachrymarum explicatio, oculorum lippitudo, oculorũ venæ cruentosæ: sanguinis ex naribus distillatio, floccorum auulsio, festucarum exceptio, lingua immitis, nulla vel quum labore responsio, hæc phrenitidem appropinquare statuũt.

¶ Sicuti oculorum accidentia, de naribus sanguinis guttas, expirationem ingentem & raram, circa caput & faciem caloris affluentiam, delirium noxa cerebri denunciare, pari passu aduersa, vt expirationem in eucratam, præcordiorum ad supernam conuulsionem, supernis in sedibus languidum calorem septi transuersi maleficium portendere iudicat.

De gulæ affectibus.

EAm partem quæ inter fauces & os ventriculi media est, quam veteres œsophagon nominabant, qui post Aristotelis seculum scripserunt, stomachon (nos gulã dicimus) appellare consueuerunt. Quanuis Aristoteles prisco semper vocabulo hanc animalis particulam nominauerit. Eius duplex est vsus. vnus, quod veluti via est, eorum quæ deuorantur. alter, qđ

circa vtranque viam, actionem quandam efficere videtur, tum deuorando ea quæ ab ore ad ventriculum deferuntur, tum reiiciendo ea quæ ab hoc ad os eleuantur. Quum enim geminæ sint ei partes, quas dissectores tunicas appellant: altera ad cibi potusq; deglutitionem vtitur. altera ad eam, quæ vomendo fit, expulsionem. Proinde rationi consentaneum est, duo esse affectuum ipsius genera. vnũ, quod veluti viæ, tum ingestorum, tum vomitione reiectorum, ei accidit. alterum vero, quod ei veluti vtriusq; actionis instrumẽto euenire potest. Constat vero, duorum iam memoratorum vsuum, alterum quidem semper esse necessarium, alterum vero propter occasiones quasdam. Igitur eorum accidentium quæ ipsum tanquã viam infestant, genus vnum est quum ob tumorem aliquem præter naturam angustior fit ipsius meatus: alterum, quum proprias actiones perficere nequit. Porro iã antea, vbi de angina quæ ad vertebrarũ in ceruice luxationem sequitur, sermo habebatur diximus, quod acquisitiua ei angustia accidit, vbi a vertebris ipsis com-

primitur, cuius rei nunc quoque admonitum te esse velim. nec obliuioni tradas, tumores eorum musculorum qui gulam ipsam inuoluunt, quomodocũque fiãt. nam de omnibus, in libro de tumoribus præter naturam, dictum iam est. Cæterum in iis omnibus commune est, quod tanta sæpenumero inter deuorandum infestat angustia, vt potus ad nares remittatur. Quum vero inflammatione affecta gula, familiari propriaq; angustia, non a vicinis partibus acquisita, torquetur: tũ grauissimus inter deglutiendum dolor infestat, accedente quoq; perquam difficili transitu. præsertim si supinus, qui laborat, iacens transglutire quippiam conet. quo circa sic affecti habitum transformare, atque erigere sese student, ex accidente ipso edocti, faciliorem ita fieri deglutitionem. adeo vt haud parum habitus hic ad ciborum in decliues partes delationẽ, conferre videatur: vtpote quæ possit sæpenumero vel sola fieri, si prius ex ore vsque ad gulæ initium facta fuerit expressio. A supino decubitu nullum speratur auxilium, quo facilius ad infernas partes

ferantur alimenta. quippe quod tum a so la gulæ actione deuorandi munus perfi- ci potest. Neque vero latet vos, quod par tium inflammatione affectarum nulla, nõ dolet, quum suo munere fungitur. Con- tra, vbi quieuerit, dolor mitigari solet. Quum autem gula sentiendi facultate sit prædita, ipsam quoq; veluti auctarium in diciũ, in vsum euocare oportet, quo ple- nius huius particulæ affectus dignoscan tur. Id quod a laborante, inter respondẽ- dum deprehendere licet, nisi adeo fuerit saxeus, vt quid ipsum lædat, narrare non possit. contra, si id quiuerit gulæ sensus maximum præstabit corollarium, ad affe- ctuum ipsius dignotionem. Etenim imbe cillitatem nonnunquam percipere se di- cunt laborantes, vt longo vix temporis spatio per gulam transeant ea quæ inge- sta sunt. quæ aliquando ad primum im- petum facile descendunt. deinde rursus arcentur, vt videantur impacta. demum per residuum spatium facile labuntur. Horum primum actionis infirmitatem, al terum particulæ cuiuspiam angustiam in dicat: Verum vtriusq; differentias, ex reli

quis accidentibus intelligere licet. Nam in imbecillitate, quæ ex sola intemperie citra tumorem præternaturam fit, ingestorum in transitu tarditas & æqualis, & sine dolore, & in supino quidem decubitu, maior: ceruice vero erecta, minor, sine vllo angustiæ sensu accidere solet. Vbi vero cum tumore est imbecillitas, vná quãpiam particulam angustiorem cæteris efficit, atque per eam tardior erit transitus. Quod si tumor inflãmationis fuerit particeps, accedet ei pariter & dolor, & sitis & multi caloris sensus, & febris non admodum ardẽs, quæ siti proportione haudquaquam respõdet. Si vero tumor aliquis ex non ita calidis fuerit, tum citra febrim, & calorem, & sitim, deglutitionis inæqualitas eueniet, retẽtis in parte quapiam alimentis: præsertim si durius, atque solitũ fuerit, id quod deuorat. acceditque dolor aliquis, sed exiguus. Ergo huiusce modi accidentibus longo temporis tractu nobis apparentibus, accedente nonnunquam ephemera febre, nonnunquã etiam horrore, quum coniecturam facere mus abscessum incoctum esse in gula, ac

cidit procedente tempore, vt laborans ru-
ptionis sensum perciperet, ac postea pus
euomuit: idq; non solum eodē, sed poste-
ro quoq; die, atq; itidē tertio, deinde suc-
cedebāt ei deinceps oīa vlceratæ gulæ in-
dicia. qppe siue acria, siue acida, siue sal-
sa, siue acerba deuoraret, aut vellicationē
aut constrictionē sentiebat, dolebatq; hac
in parte, vel nihil deglutiendo, sed mo-
deratius. Vehementiorem enim, dolorē
excitabant ea, quibus mordendi, aut cō-
stringendi vis erat. Hic ergo longo tem-
poris spatio vix seruatus est, fretus scilicet
ætatis beneficio. etenim natu maiores, fe-
re omnes perierunt. Sane quotquot do-
lorificum quempiam in gula habent affe-
ctum, omnes ex dorsi quoque dolore ip-
sum significanter declarant, cujus rei cā
haud obscura est iis, qui gulam spinæ in-
cumbentem viderunt. Quinetiam con-
stat, quod ex gulæ vasis, haud secus quā
ex reliquis omnibus, sanguis vomendo
reiici potest. Id si ob ruptum vas accidē-
rit, dolor ibi pcipit̃ ac locū, vbi aliqd ru-
ptū ē, indicat. Haud secus vbi vena fuerit
erosa, siue diabrosin, siue anabrosin, siq;

ue aliter quolibet nominare volueris, locus affectus deprehendi potest. Aperto autem vasis alicuius ore, nullus omnino dolor sentitur, atq; hac re a reliquis distinguit, ac praeterea quod neque ictus, neque casus hanc profusionem praecessit, id quod rupto vase videre est. Quanquã ob solam sanguinis plenitudinem, nulla adueniente extrinsecus causa, vasa interdum disrumpi possunt. Quae vero per erosionem fit sanguinis eiectio, vlcere praecedente fieri solet. Fit autem vlcus, vel rupto vase vel vitiosorum humorum influẽtia, id quod in cute quoq; saepenumero accidere videmus.

COMMEN. VIIII.

DE pulmonis, thoracisq; affectibus purgato colloquio, non absq; ratione gulae praesentis in litera rimationem consectatur, quum eius detrimentum quandoq;, penetrationis anhelitus ad pulmonem & cor reluctatione, suffocationem subministret. Idcirco hanc secundum coniecturam instans oratio nec dutaxat subsequens de spiritualibus speculationem, immo principalis meditanda, rationabiliter constitueretur.

tueretur. ¶ In primis, quæ sedes gula perhibenda, asserit, quod illa pars seu via quæ inter fauces & os ventriculi iter contexitur, quæ antiquitus oesophagon fertur, quod arabice meri dicitur, & ab his qui post Aristotelem fuere, stomachon seu os stomachi nūcupabatur, sed princeps gulam nominat: Aristoteles porro priscorum visu fungebatur ¶ (eius) quod gulæ ponitur compendium, denudat: nam bifariam promulgat: vnum quia rerum transgluciendarum quasi iter adaptatur, aliud quia prope vtrumque cursum, singulari vtitur actione, & in ea quæ ad ventriculum defluunt deuorando, & quæ a ventriculo ad os rapiuntur, repellendo: & hoc per vomitum quippe perficitur: & gemina in penetratione scilicet transgluciendi, & vomendi, binæ compaginantur partes, quæ adissectoribus tunicæ perhibentur: vna ad escarum, potuumque inescationem insudat: alia vero ad inhibitionem eorum, quæ per vomitum inhibere per opus est. quod Tertio de potentiis naturalibus ipsemet olfecit: quod interna membrana ad hauriendum, externa ad abigendum adiudicata extit ¶ (Proinde) perturbationum gulæ gemina genera esse promulgat: vnum vt in via eorum quæ transglutiuntur, & cum vomitu repelluntur, adiudicatur, & sic perturbatio in receptaculo ascribitur. ¶ alte

num assignatur, vt in vtriusq; actionis instrumento tam elisiue q̃ axpulsiue accidere assueuit: & sic complures perturbationes puta in inaqua intemperie, in communi affectu quæ solutio continuitatis dicitur, & etiam in instrumentalibus claudit: hæc autem ambo asserta, vnum esse perpetuo oportunum scilicet alimẽtorum deuorationem aliud vero quandoq; vt per vomitum submotionem, fatur. ¶ (igitur) exquo gula via assignatur, quot modis refragari potest: autumat bifariam, vno quidem modo cum aliquis tumor præternaturam ibi conducitur, vt apostema iter penetrãtium p̃mens alio modo sui ipsius destitutio, suas actiones cenficere nec suppeditans: Et pro horum enitẽtia nonnulla detegit: antecedenter gulæ binã coarctationem occurrere posse, idest ab extra vt de angina propter spondyles colli interius deflexos, congenita, quoniam talis angustia aduenticia promulgatur: quum spondyles ipsi interius arctentur: alia ab interna compescente germinat: vt cum p̃ternaturam tumor in lacertis gulam ambientibus innascitur, vt in locis de tumoribus p̃ternaturam assertum extitit ¶ (cæterum) gulæ coarctationis commune explorat argumentum: puta si laborans transglutire instauerit, & adeo cohibetur, vt potus per nares liberari inspiciatur: tunc gulæ fistulã

obstructam esse, profiteri oportet. ¶ (quum) bis gemina gulā calorifico ab apostemate pestentiam dilaceratam esse; vestigia premit: vt vehementi ex dolentia inter deuorandum: Secundo ex transglutionis labore, præcipue si supine exponit, qui transglutire elaborat: Tertio quia hi arthomose iacere magis imprecantur eo q̄ tali ex sessione habilius escas transglutire fatentur: alimentum enim secundum naturæ constitutum, hoc modo congruentius descendit, quam si aliter residerent: quoniam quum supine locantur, vt edulia inferius defluant, gula nullum vendicat adminiculum: sed ex seipsa escas lactare insudat: Quarto a motu & quiete, nam omnis sedes igneum compatiens apostema, cum sua fungitur actione, a dolore laniatur: ipsa vero quiescens & dolor blanditur. ¶ (quum autem) gulæ coangustationem ex eius defectione vnico portendit indicio puta ex aduersati respōsione, quum huiuscemodi contristati corresponsum subministrare haud fugiunt, si saxei nec habeantur: tēpore quo alimenta deuorant, in gula imbecillitatem sentire profitebuntur, ita q̄ ipsa nō nisi laboriose, & diuturno temporis spatio per gulam deferuntur: & quandoq; edulia in initio apte defluunt, demum inferius ingredi reluctātur, vti ibi constipata essent, & reliquum spa-

tium facile per trāseunt: quare anterior, actionis perturbationem, subsequens vero aliqua in eius parte artationem esse, statuit: quæ peculiaribus ex accidentibus discerni potest.

¶ (Nam) gulæ in viribus lapsum ex nuda intemperie a crassitie præter naturam dissociata, vel ex vtraq; concitatum, denudat: quando iniqua ex qualitate duntaxat prodit, hæ connectuntur iacturæ, tarda transglutiendi actio, quæ pariter cunctis ingulæ partibus, & citra acerbitatem excogitatur: & si dorsalem obtinent figuram, vehementiorem transglutiendi duritiem, si erectam iocundiorem impartiuntur: Quamobrem quum defectio ex apostemate in gula congesto, commouetur: tunc angustia vna in parte magis q̄ in alia angit: & alimentum potius vno in loco q̄ in alio cūctatur: & quum huiuscemodi apostema calorificum & gelidum esse possit: iccirco suspitiones vnum ab alio intus noscendi expedit: quippe apostema si igneum repperitur, vt flegmon vel erysipila, crudelitas sæuior, sitis, copiosi caloris tactus, febris nec validæ vrens compaginantur: sed si rigidum fuerit. deuorandi difficultas, inæqualitasq; & a febre calore, sitiq; relegatur, & quum escæ absumuntur, dolor aliquis sed exiguus germinat, quæ particularem per excercitationem enucleate, examinat vt lege.

¶ (hic) præsagium supra inasserta afflictione promulgat, quod iuuenili fungentes ætate, si apruinoso in gula apostemate cruciantur, sospitem vendicant, si senili, cuncti fere in suffocationis naufragium incurrerunt, & ex his decerpo, quod indicium ab ætate inescatum, in apostema gulæ tolerantibus, de nece vel incolumitate præsagire, eximiam complectitur vim.

¶ (Sane) gulam ad dorsi latum protrahi ex apostematis dolore inea innato, pandit, quoniam qui a gulæ apostemate cum tristi sensatione corripiuntur, eodem in loco vbi dorsum residet, inter spatulas dolorem sentire iactãt, & ex hoc gulam latere indorsi extensam esse, sancit. ¶ (quin etiam) bina detegit, & sanguinem ex gula per vomitum, vti aliis ex corporis sedibus emanare refert. Secundo cruoris explicationem compluribus ex causis vel de venis, aut arteriis, vel venæ fixura, vel ex rosura, aut ex venarũ apertione, aut ruptura, vt propter casum & ictum, moliri testatur, rosuram re uera vlcera præcedunt, quæ vel incisione, aut venæ fractione, vel acutorum succorum defluxu machinãtur, & quum rosura dimicat in causa, dolor dilacerat, vbi fixura conducitur, sed venarum diuulsio siue dissociatio, & exũdatia, nulla procatartica decurrente causa innascitur, in qua nec aliquis conuocatur dolor, verũ

si discussio ex casu efficitur in venis, tunc in loco ipso acerbitas insurgit & hæc Galenus de quibus latius quinto meth. med. in exordio sermocinatur.

Ex his hæc decerpo promulgata.

¶ Locum inter fauces & os ventriculi medium, gulam intitulari, sentit.

¶ Gulæ compendium, vt deuorandorum, ac vomitu abigendorum viam esse, testatur.

¶ In gula geminas tunicas puta allicitiuam, & repulsiuam adissectoribus compaginari, prædicat.

¶ Gulam binis perturbari perturbationibus, aut præter naturam tumore, iter ingressum præmente, vel suæ facultatis fluxibilitate, actionē subministrare nequeunte, fatur.

¶ Gulæ coarctationem aut ab extra, vt exspondylium colli interius compressu, aut ab intra vt lacertorū gulæ apostemate moliri, indicat.

¶ Potus per nares explicatio, gulæ coercionis, vniuersale ascribitur vestigium.

¶ Si inter deuorandum atrox germinat dolor, ac si supine deuorant, vehementior, erectus cubitus eis iocundior, in suæ actionis motu acutior inquiete vero quietior, hæc gulam calorifico ab apostemate discruciati, portendunt.

¶ Omnis sedes igneo ab apostemate cruciata, sicuti eius in motu acerbitatem roborat, pari passu in quiete ipsam emulget.

¶ Alimentorum angustiosa, ac non celeri in tē pore transglutio, gulæ prosternationem, testimonium reddit.

¶ Vti cuntis in gulæ partibus, consimilis deuorandi labor, & citra dolorem, imbecillitas ex intemperie congesta, pari filo aduersa, vt in vna parte intēsior angustia, aut reluctatio, vel crudelitas q̄ in alia, ab opostemate moliri, statuitur.

¶ Quemadmodum acerbitas eximior, sitis, affluens calor, febris nec mirifice vrens, calorificum gulæ esse apostema, pari via opposita, gelidum attestantur.

¶ AEtatem, gulæ apostemate laborantibus, ad necis, vel in columitatis præsagium excellenter conducere, monet.

¶ Gulam in dorsi latere extendi, autumat.

¶ Sanguinem ex gula per vomitum, vti aliis ex sedibus excludi, promit.

¶ Sicuti sanguinis propter fixuram, aut rosuram emanationem, dolorem conglobari, ita propter disruptionem, nullū contrahi, promulgat.

¶ Venæ rosuram aut incisione, vel seiunctione, aut mordicantium in fluxu succorum moliri, orsus est.

¶ Venarum diuulsionem aut exundantia, aut casu & ictu, effici clamat.

De oris ventriculi affectibus:

VEteres os ventriculi cor nominabant, ab accidentibus quæ inducere videtur hanc (vt aiunt) deducẽtes appellationẽ. Neq; enim syncopam dũtaxat, veluti cor, sed etiam conuulsiones, sopores, morbũ comitialem, melancholiam inferre solet: quinetiam accidentia, qualia per suffusiones infestant, vt iam antea, quum de oculis loqueremur, dictum est. Atque omnes ii affectus, consentientibus ei cæteris partibus, in ipso fieri solent. Nam ad propriam eius rationem pertinet, & appetentiam prohibere, & natantes cibos corrumpere, quemadmodum id haud quaquam fieri solet, quum cibi in ventriculi fundo firmantur, præcipuæ si suapte natura nõ ita facile corrumpatur. Igitur exacte animum aduertere oportet, vt discernantur affectus, qui ipsius occasione per cõsensum eueniunt ab iis qui huiusmodi particulis quarum actionibus nocere consueuit os ventriculi (quod vt veteres omnes cor appellabãt: ita nostra tẽpestate stomachus vocatur) primario accidere censentur. Sed hæc inter se discernere facile po-

teritis, qui assidua exercitatione circa notiones versatus, ea quæ præcesserunt, diligenter considerauerit. Sunt enim ꝓprietates quædam ineffabiles, vna cum accidentibus, quæ enarrari possunt, eue nientes quibus certiores stabilioresq; euadunt, affectarum partium notæ sed has vnusquisq; per se inuenire poterit. Quæ vero tanquam fundamenta vniuersæ dignotionis existunt, atq; ex quibus studiosissimi quiq; ineffabiles accidentium proprietates ediscunt, deinceps explicare aggredior. Igitur grammaticus quidam iuuenis, quoties vel nimis vehementer doceret aut cogitaret, aut inediam sustineret, aut irasceretur, morbo comitiali corripiebatur. perpendi equidem in hoc os ventriculi, vtpote quod facile sentiret, affectum esse. ac deinde per consensum & totum cerebrum, & corpus vniuersum conuulsione concuti, cui probam concoctionem accurate procurare, ac tertia, vel quarta hora panem optime præparatum exhibere iussi, atque hunc quidem solum, si non sitiret: si vero siti cruciaretur, ex vino madidum, & quidem albo; at

que modice stringent. Nam huiusmodi vinum, vt ventriculum robustum efficit, ita haudquaquam tentat caput. id quod facere solent, ea quæ vehementes vires obtinent. Itaq; quum hac victus ratione vtês non vt ante afficeretur, exactam iam notitiam me habere arbitratus sum, eorũ quæ prius sola coniectura consequebar. Itaq; quolibet anno bis, aut etiam ter, medicamentum amarum ex aloe ei exhibui. totum enim vẽtrem purgat, viresq; reparat. Itaq; vir ille viginti annis, quib⁹ postea superstes mansit, integra, inculpataq; valetudine, vitam exegit. Quod si aliquando ob ingruentia negocia diutius a cibo abstinere cogeretur, exigua quadam conuulsione vexabatur. Iam alios quoque vidimus, conuulsione comitiali, ob oris stomachi vitium correptos, quum aut non probe concoxissent, aut vini & quidem meracioris, plurimum potassent, aut vbi veneri immodice operã dedissent. Quinetiam per febres, quosdam conspeximus de repente conuulsione prehendi, nullo quod eam præsagiret, præcedente indicio, qui bilioso superueniente vomitu,

protinus ab omni noxa liberati fuerunt. atque hoc modo affectorum nonnulli, res quasdam fuscas vomendo reiecerunt, alii humorem porrisucco similem, quidam etiam vitiosis grauati cibis, soporosi permanserunt, donec ea quæ os ventriculi opprimebant omnia euomissent: Atqui horum accidentium vix vllum crederes, a ventriculi ore procedere, quemadmodum ne syncopas quoque, nisi tam crebro ita euenire videntur. Quanquam.n. non pauci ad ipsum ex cerebro nerui peruenint, non tamē tot esse videntur, vt propterea tantus sit principii cum ore ventriculi consensus, vt inde cōuulsio inferri possit: tātum abest, vt quis credat, cor ipsum tam vehemēter ori ventriculi consentire vt acuta protinus sequatur syncopa. Porro multos non solum insomnia, & somni tumultuosi molestant, sed amentia quoque propter vitiosum humorem in ore ventriculi coaceruatum. De flatuoso vero hypochondriorum vocato morbo, nemo non dixit, quomodo tristitiam, desperationē, mœstitiam inducat. atque vt summatim dicam, ad melancholiæ accidentia, nihil re

liqui facit. laborantes autem huiusmodi morbo, post crudelitates, dictis accidentibus multo vehementius infestantur, ac quidam ex ipsis splenici quoque fiunt. quocirca coniiciendum est, ex hoc etiã viscere, vitiosam saniem, in ventriculũ irruere. Ergo ea accidentia quæ vel cerebrum, vel oculos afficiunt, vitiosorum humorum vaporationem sequuntur. At syncopa, quæ stomachi vitio solet euenire, ob dolorum ipsius proprietatem, exolutionem inducit, fortasse vero eius quoque intemperie ad cor perueniente. Quẽadmodum vbi cor vehementer intemperatum est, vires agminatim cadere necesse est, Atque constat etiam quod cittæ, idest picæ, vocatæ, mulieribus accidunt, vbi hæc particula affecta est. Quæ enim aut canum more, aut nihil omnino aut malos cibos cupiunt, iis appetentiæ instrumentum læsum esse certum est, id vero os ventriculi esse demonstratum iam est. Sic etiã nausea, cordis dolores, singultus, inter huiusce partis affectus numerari debent. verum omnium harum affectionum causas in libro de accideutium causis iam di

ximus, vt nihil nunc opus sit, in earum explicatione temporis iacturam facere. Etenim quæ per intemperantiam, ei veluti similari corpori, morborum differẽtiæ adueniunt, iam ibi enarrate sunt. Instrumentales vero morbi qui ei accidere solent, adeo manifestas habent notas, vt latere possint neminem, qui communes significationes, quæ & in his antea commentariis, & in aliis quibusdam præscriptæ sunt, memoria tenuerit. Neq; enim abscessus, neq; inflammatio neq; erysipelas, neque vlcera huius loci, in obscuro sunt vtpote quorum communes sunt notæ cũ iis, quæ supra de gulæ affectionib⁹ dictæ sunt, atq; illis eo manifestiores, quo facilior huic parti sensus est, ac claram quoque, promptamq; notionem habet. Similiter vbi ex hac parte sanguis reiicitur, indiciorum proprietas est communis cum illis, quæ de gula iam diximus, verum cognitio longe manifestior euadit. Atq; par esse videtur, totum ventriculi spatium simili dispositione affici, quales sunt illæ quas in ipsius ore fieri diximus, atque similia quoque ei aduenire accidentia.

Quod vero longe maiorem inferunt violentiam, ea quæ in ipsius ore contingũt, iccirco medici ea quæ in parte ventriculi inferiore eueniunt, perinde ac si omnino non fierent, & despiceret & contemnere solent. At quia coctionis opus, in partibus ab ore inferioribus fieri, nemo negat: necesse est hanc ipsam partem, quum male disposita fuerit, cruditatũ esse causam, nisi vel ob inordinatam alimentorũ ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatem, homo cõcoquere nequeat. Morbi vero cæteris partibus omnibus communes, siue instrumentales sint, siue per solam intemperiem infestent, quorum sedes affectæ manifestæ sunt, ad hanc præsentem commentationem proprie non p̃tinent. quippe eas duntaxat partes, quæ sensus iudicium effugiunt, considerare propositum est. Sed de sanguine qui ex ipso vomendo reiicitur, non conuenit inter medicos. Etenim sunt qui putent nequaquam fieri posse, vt sanguis vel ab hepate, vel a liene effluens, per ipsum euacuetur: similiter de pure quoq; ab ipsis erumpente existimant. verum enimuero

per artis exercitationem, vtranque opinionem examinanti mihi visa est per ipsum fieri euacuatio ex dictis visceribus. Cæterum differre voluimus huius rei doctrinam in eum locum, vbi de ipsis sermonem faciemus. quippe deinceps & iecinoris, & lienis affectus percurrere propositum est.

COMMEN. X

HOC in textu ventriculi afflictionũ scientiam speculaturus Galenus, tali filo pergit, primo causam suggerit, cur prisci os stomachi, cor nuncupabant: autumat quod os ventriculi cor nominabant, propter accidentia quæ solicitare solet: quoniam vti ex corde refragato syncopa germinat, pariter ex ventriculi ore elucet, immo complures aliæ contristationes vt conuulsio, sopor, comitalis affectus, melancholia, oculorum imagines ex succis in eo congestis prodeunt. ¶ (Nam) os ventriculi secundum sui essentiam aduersatum, per prosequẽtia sinthomata diiudicare monet, puta per appetitus exterminationem, & natantium escarum deprauationem, vnde hæc bina si germinant: ventriculum secundum eius propriam

rationem esse refragatū testantur, quū actiones eius, appetentia, & alimentorum concoctio dilaceratæ extent, & appendit φ si edulia ipsa ad ventriculi fundum deferuntur (quando ex eorum natura ad deprauationem habilitatem haud obtinent) minime corrumperentur, quoniam ad fundum proprie concoctio spectat, vti ad supremum appetentia, vt in subsequentibus Galenus denudabit. ¶ (Igitur) quid medicus in ventriculi refragationibus præcipue sciscitari impellitur, promit, scilicet vt oris ventriculi per essentiam cruciationes, ab eis quæ per consensum innascuntur, intus noscātur, nam hæc sedes sicut antiquitus cor nuncupabatur, pari passu hoc tempore stomachus perhibetur, quoniam vti abhorrentes vexationes concitantur, consimiliter & absurdas implorant in vigilationes, sed quis talem adipiscitur facultatem puta affectus per essentiam & per consensum ventriculi dignoscēdi, eum promulgat, princeps qui quotidianis circa agnitiones insudauit exercitationibus, & præcursa probe rimatus fuerit & horum causam illustrat, de affectuum propietatibus asserens, quoniam quædam eorum propietates seu denominationes in effabilesq; extant; quæ accidentibus contextæ lingua enunciari queunt, licet verbis hæc explicari nequeant:
& hæc

& hæc efficacius sedes statuunt perturbatas,
quas quisq; per se excogitare potestatem ha-
bebit: Et in plerisq; lineat principaliter quo
dam in iuuene grãmaticæ erudito, qui quan-
docunq; doctrinæ, aut in aliis eam detegen-
do, vel in se recogitando, eximiæ insisteret,
aut vacuitatem toleraret, vel atrociter ad irã
concitaretur, raptim morbo a comitiali dissi
pabatur Secundo causam enudat puta ventri
culi os nimis sensibile perturbatum esse, co-
niiecit, quod dispendium cerebro per consen
sum subministrabat, & sic vniuersum corpus
a conuulsione laniebatur. Tertio curationem
exponit: & in victus ratione, & hoc ea sugge-
rendo quæ decentem machinarentur conco-
ctionem, vt panis quum vino exigue coarctã
te, madefactus: sicut est album, quoniam hu-
iuscemodi vinum vt ventriculum roborat,
pariter capiti, vti alia vinosa vina, minime ad
uersatur, & ex his vinum album capiti haud
obsistere decerpo. Quarto adminiculũ quod
potius prophilaticum q̃ curatiuum fertur, exa-
rat. vt hierapicra, quod amarum nuncupat
medicamentum, ventrem expurgat, viresq;
reficit: quare ex huius præsidii bis in anno,
vel ter adhibitione, quum viginti annis cauil-
latus fuisset, demum in violatam vendicatus
fuit incolumitatem. ¶ (Quod) quosdam

alios a conuulsione, ventriculi iactura angi fatur, vt vel quia crapulositatis impulsu, cruditatibus funguntur, aut profecto vini dico vinosi exundātiā deuorant, vel affatim libidini insudant, aut febribus biliosi succi affluentia innascētib⁹, ex quorū vomitione, in opinate omni ab incomodo diluti fuere, nam causa affectum solicitante prosternata, & affectus existit prosternatus, & ne de vomituum qualitate ambiguitas deseratur, aperit, quoniam varii, varia per vomitum repellebant.

¶ (Atqui) instantiam quæ ab aliis excitari posset, commouet: puta q͏ oris ventriculi detrimento, caput tot compatiatur perturbationes, & cor syncopam, minime persuasibile elucet: nisi iugiter accidere appareret, aliter fidem adhibere haud impellimur: (quanq̄) incredibilitatis causam detegit: quia licet a cerebro ad ventriculum complures deferantur nerui, nec tamen tot extant, vt aliquis oris vē triculi dispendio, cerebrum perpeti sanciat, vt conuulsio germinet. consimiliter fides dissentit, q͏ cor cum ventriculo tantam obtineat compaginationem, vt ipso refragato, acuta, festinaq; prodeat syncopa. ¶ Tertio (porro) instantiæ lumen non singulariter probat, quoniam iniquos ob succos in ventriculo conglobatos, pessimæ insomno, & distur-

batæ imagines, mentisq; deprauatio commouentur: & de passione quæ inflatiua, & hypocondriaca perhibetur, nullus abnuuere potest, q̃ afflictum tristem, mæstum & omni a comodo deploratum non reddat, & hunc esse eum consectantia accidencia, non minora q̃ melancholiæ excogitantur, post id tertium hypocundriacæ contristationis annotat vestigium, scilicet q̃ tales laborantes quum alimẽta deuorant, sagacius ab accidentibus torquẽtur & hoc obstrutionis reluctatu: eo q̃ escaris ad inferius descensum detinet: & inter hos præcipue lienicos ascribit, nam hoc ex viscere deprauatã saniẽ, seu corrosiuum succũ ad ventriculi os defluere coniiciendum: (Ergo) claudit Galenus, q̃ accidentia quæ cerebro, oculisq; obsistũt, vaporum influxu perturbãt: & syncopa quæ ventriculi impulsu, pullulat, dolorem eius causam esse promulgat, quoniam vehemens acerbitas defectionem concitat, & forsitan eius versuta intemperie ad corde currente, vires dissolui de necessitate coguntur: vnde syncopa emergit: pariter etiam hac sede in mulieribus obluctata, cittæ, id est picæ, seu prauum desiderium eas infestat, testatur hoc princeps, quoniam omnis vexatio quæ vel canina, aut appetẽtiæ prosternatio, vel iniquorum succorum cupiditas fertur: hæ,

vti vomendi irritatio, hypocundriorum dolor, singultus, os ventriculi esse affectum, portendunt. ¶ (Verum) gemina animo repetit, primo locum in quo ventriculi perturbationum causas annotauit, & hoc in libris de accidentium causis: Secundo ꝙ ventriculi contristaciones binæ excogitantur, quædam cõplexionales & in succosæ, quæ assertæ fuere: quædam officiales quæ liquent. ¶ (Atq;) inter supernam, infernamq; ventriculi partẽ collationem deuelat. nam vtraq; in parte cõsimiles conuocantur affectus: sed abhorrent: quoniam qui in suprema scilicet in ore molium, atrociorem solicitant molestiam q̃ qui in concauitate, & iccirco prisci de his qui in concauitate conuocantur, tamq̃ si in eo non connecterentur pertractare refugerunt sed ꝙ oris refragatio, vehementiorem cõmoueat acerbitatem, eius ex affluenti sensibilitate persuasum habetur: Alio modo dissentiunt, quia coctionis operatio magis in fundo tractatur: quum in eo validior repperiatur calor q̃ in suprema parte eo ꝙ illa carnosior, iecoriq; propinquior, hæc autem neruosior, ideo si pars ventriculi inferior obluctata fuerit, cruditates annectit, si crimen ex alimentorum causa non distribuatur, & hoc tripliciter vel irregulari ex escarum direptione, vt priora po-

sterius, & posteriora prius in escantur, aut copiosa quantitate, vel iniusta qulitate, quoniã aliqua excogitantur educantia, quæ eorum qualitate intensæ calorifica, vel gelida aut arida concoctionem renuunt vt cerasorum nuclea & reliqua: ea quidem tempestate si cruditates germinant, haud ventriculo erratum, sed nutrientibus erogandum; & consimiliter de alimentorum obliqua collocatione, exundantiaq; percipias. ¶ (Morbi) quandam insinuat excusationem, quæ satis obuia, iccirco reticeo. ¶ (Sed) de sanguinis ex ventriculo explicatione, quæstionem agitat, & breuiter debitum pensitat: nam quidam de iecinore, vel liene sanguinem aut saniem ad ventriculum irruere prorsus abnuebant: sed vtrãq; sententiam scilicet affirmatiuam & negatiuam ipse percurrens, his ex sedibus ad ventriculum sanguinem ascendere posse, & per ipsum deiieci, admonitus fuit. sed huiuscemodi indagatio non inistanti, verum suo in loco inuestigabitur.

Ex his hæc haurio promulgata.

¶ Os ventriculi eius sinthomatum impulsu, cor prisci perhiberi sentiebant.

¶ Appetentiæ prosternatio, escarum in ventriculo natantium deprauatio, nec eorum ex natura, os ventriculi per essentiam esse vexatũ,

testantur.

¶ Ventriculi perturbationes an per essentiam, an vero per consensum, congerantur, medicum summopere insudare, monet princeps.

¶ Ex ore ventriculi summe sensibili, comitialē moliri afflictionem, prædicat.

¶ Vinum album quum ventriculum roboret, capitiq; minime aduersetur, comitiali in affectu adhibendum esse præcipit.

¶ Vinum neruosas cohibens vires, capiti oppugnare, autumat.

¶ Thierapicra cum vētrem mundificet, viresq; reperet, comitiali in contristatione salubre adminiculum esse, asserit.

¶ Ex crapulositate, aut vini puri copia, vel immodesta libidine conuulsionem germinare fatur.

¶ Nocturna in vigilia deturpatas imagines, cōuulsionem, soporem, comitialem perturbationem, oculorum effigies, ex succis in ventriculo conductis, moliri, prædicat.

¶ Hypocundriacam esse afflictionē fatur, quæ cubantem tristem, mæstum, cuntoq; a felici deploratum adaptat, & non minora q̄ melā-cholia excitat accidentia, & quando alimenta deuorant, de intensiori profitentur molestia, ac complures ex his lienosi excogitātur.

¶ Syncopam oris ex ventriculi iactura, ex dolo-

tis vehementia, innasci attestatur.

¶ Eximiam acerbitatem, ineptamq; crasim, cordi obuiantes, virium lapsum germinare, indicat.

¶ Mulierũ de inhonesta educantium appetentia, ventriculum refragatum esse, portẽdit.

¶ Inferiori in ventriculi parte concoctionẽ machinari, prisci coniiciebant, & iccirco hoc ex loco affecto, cruditates prodere princeps iactat, si tamẽ escarũ maleficio nõ cõmoueanť.

¶ Cruorẽ his a visceribus puta iecore, hinc ad ventriculũ irruere posse ꝑfitetur.

De iecinoris affectibus.

HVic parti, quemadmodum & cæteris omnibus, duplex morborum genus accidit. Vnũa sola intemperie, citra tumorẽ præternaturam: alterum vbi vna cum intẽperie, tumor quoq; infestat, vt inflammatio, erysipelas, scirrhus, id est tumor durus, inflatio, a crassis & viscosis humoribus obturatio, idq; in extremis vasorum partibus, quæ ex venæ ipsius portis exoriuntur. Verum in iis laborans, & grauitatem in dextra hypochondriorum parte sentit: quod si halituosus quoq; spiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur,

non solum grauitas, sed tensionis etiam sensus sequetur. Inflammationes vero quæ in hoc viscere citra ipsius imbecillitatem nascuntur, siquidem in gibba parte consistant, præcipue si grandes fuerint, perfacile vel solo tactu dignosci possunt. At simarum partium inflammationes, per alia potius accidentia, quam per tactum inuestigare oportet. Incipiam igitur ab his quæ in parte gibba oriuntur, si prius vos admonuero, eorum quos in corporũ dissectione cõspexistis musculorum, qui sub cute tenduntur. Sunt vero octo numero, quatuor contenti coniugationibus. Quarum prima ex musculis constat rectis per totũ carneis, a pectore ad pubis ossa (ita enim vocant dissectores) descendentibus. At reliquarum trium coniugationum musculi, vsque ad rectorum contractũ carnea quidem parte constant: vbi vero primum illos attingerunt, in neruosas mẽbranas degenerare videntur. Horum itaque musculorum vna coniugatio, quæ quidem reliquis exterior est, a thorace obliqua deducitur, in anteriores partes descẽdens. Altera huic contraria, ab infernis

exorta partibus, obliqua ad anteriores ascendit. Huic tertia musculorum coniugatio subiicitur, qui transuersum habét positum, atque peritonæo, id est membranæ quæ intestina continet, innituntur. Rectorum igitur musculorum tumores præternaturam oblongi, atque per totũ ventrem extensi, videntur, vmblicum, veluti hæc quoque musculorum coniugatio, comprehendentes. quapropter haud obscura est eorum dignotio, vtpote quos & positus, & figura declarat, accedente ad hæc, quod ipsi a nullo exteriore musculo conteguntur. Hæc autem obliquis quoque musculis, qui a thorace descendunt, sunt communia. At multo difficilior est notitia musculorũ qui iis subiecti sunt, difficillima vero transuersorũ. Constat autem iecur intra hos sub peritonæo esse positum, quod quum tribus contegatur musculis, fieri non potest, vt tactus aliquam ipsius notitiam præstet nisi vel magna in ipso oriatur inflammatio, vel incumbentes ei musculi extenuentur. sed iecur affici declarant in dexta præcordiorum parte grauitas, dolor tota præcordia

retrahens, atque ipsius vsque ad iugulũ extensio (nam & hoc nõnunquam eueni re solet, exigua tussis, linguæ color, in primis quidem ruber, deinde vero niger, ingens ciborum fastidium, sitis in exhausta, vomitus tum sinceræ bilis, tum eius q̃ ouorũ vitellis similatur, quæ postea erugini saliquando colorem referre conspicitur. Aluus quoque astringitur, nisi vna cum visceris huius imbecillitate, inflammationem excitari cõtingat. Erysipelatis autem accidentia, his fere similia sunt. Sed insuper febris quoq; cum vehementissima siti laborantes cruciat. eas enim febres quas ardentes antiqui vocabant, magna ex parte aduenire videmus, iecoris, aut ventriculi, flammeis dispositionibus, atque in pulmonis inflammatione erysipelatis participe (Græci phlegmonẽ erysipelatoden appellant) ardentes febres excitantur. quemadmodum vbi in vniuerso quoq; corpore, biliosi humores ad immoderatum feruorem perueniũt. Verum hæ quæ aut iecoris, aut ventriculi occasione eueniunt, omnium sunt vehementissimæ. Quibus particulis ita la-

borantibus, febres magna ex parte in tabem transmutātur: sed de hac alibi seorsū scriptum est. Quæ in simis iecinoris partibus eueniunt inflammationes, vt magis quam illæ quæ in eius gibbo fiunt, fastidium, nauseam, vomitum biliosum, sitim ingentem inducunt: sic e contrario hæ, maiori quam illæ, inter spirandum dolore (vt dictum est) laborantem afficiunt, magisq̃ tussim excitant atq; dolorem vsq; ad dextræ partis iugulum, adeo vt detrahi videatur, extēdunt. porro vtrique parti quū dolor adest, nothæ costæ nonnūq̃ consentiunt. Idq; eis commune est nō omnibus, propterea quod iecur per membranas nō omnibus coniūgitur. id quod nō solum in simiis, sed in aliis quoque animalibus videre est. etenim aliis coniūgitur, aliis minime. Igitur quemadmodū interdum in gibbis duntaxat, ita & in simis huius visceris partibus inflammatio oritur, quāuis in neutra partium exquisite distincta possit consistere. nam omniū eius partium carnes inter sese continuantur. Cæterū quibus natura abdomen gracile est, quando morbo gracilius efficit;

In iis facile est videre ingẽtem iecinoris inflammationem. quæ propriã hãc amusculorum tumoribus sortitur differẽtiam, q moles sub manibus ad coaceruatam circunscriptionem desinit. At musculus qlibet, quum totus sibi continuus sit, inflãmationis ipsius moles sensim diminui cõsueuit: quippe soli iecinori proprium est, vt tumoris cumulum comprehensim habeat circunscriptum. Vnde manifestum est, quod durus in ipso tumor (Græci scirrhon vocant) multo euidentius dignosci potest, eo q durior sit scirrhi ipsius, q̃ inflãmationis moles, quodq; in huiuscemodi dispositione, extenuata sint corpora, quæ ei incumbunt. At vero tractu temporis, quãuis magis increscat scirrhi cumulus, non tamen æque facile fuerit p tactum ipsum cognoscere, intercipiente scilicet iudicium aqua inter cutem, quæ illico scirrhum sequi consueuit. Quippe nisi hepar afficiatur, haudquaquam fieri potest huiusmodi affectus, non tamen semper ob primariam eius affectionẽ excitatur, quãuis hoc sit quam frequentissimum. Etenim quia ipsum, eius facultatis,

quæ sanguinem gignit, instrumẽtum est, consequens est, vt vitiato hoc viscere, actio quoque eius vitietur. Accidit autem (vt dixi) quum alias aliam partem frigida intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur. Igitur si vel lienis causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorũ, maxime ieiuni, mesentericæ venæ habituali intemperie afficiantur, facile etiam vna refrigerare possunt omnes simarum iecoris partium venas: quo fit vt ad hepatis quoque corpus, intemperies ipsa perueniat. Si vero vel pulmonis, vel septi transuersi, vel renum occasione id accidat, in primis venæ, quæ in visceris huius partibus gibbis consistunt, per consensum afficiuntur, deinde tactu temporis, hepar quoque, eadem dispositione infestatur. Ergo ea quæ hucusque diximus, sic se habere nemo inficiabitur, nisi forte quis, aut suapte natura cõtentiosus, aut omnino fuerit indoctus. De obstructione vero non æque certæ habentur coniecturæ. Etenim ꝙ simarum partium venæ, ab ea quæ in porta est, exortæ, in tenuissimas extremitates finiantur, haud obscure ap-

paret. Atque quod ad eundem locum, aliæ quoq; venarum extremitates, a concaua vena, in gibbas visceris partes distributarum perueniant, similiter cõstat. licet quomodo per sua ora ipsæ inter sese coniungantur, videre nequaq̃ possimus. Nemo tamen dubitat, sed oẽs fere medici ex vno ore enũciant, q̃ cibus vniuerso corpori distributus, ex omnibus simarum partiũ venis exiens, ad gibbas partes per dictas extremitates transsumitur. Quo posito, si inflammatis, vel scirrho tentatis venis, tumor sanguinis viam constringat, rationi consentaneum nonnullis videtur, vt pars quæ in sanguine magis tenuis, atq̃ aquoso est transsumatur, atq; vehatur, per vniuersum corpus. sincerus autem sanguis, qui pp sui crassitudinem in visceris substantia permanet, ei morborũ, qui ex plenitudine fieri solent, causa esse censeatur. Perscrutantibus vero nobis huius sectæ placita, videnť partim cũ iis, q̃ iã supra dicta sunt cõsentire, partim vero nonnihil ab iis, quæ apparere solẽt, differre. Quod enim aquosa sanguinis pars transsumpta in venam cõcauam, vsquequaque p cor

pus dispergatur, cõsequi videtur ad ea q̃
iã in cõfesso esse diximus. Quẽadmodũ
crassiorẽ sanguinẽ in visceris venis p̃ an-
gustia earũ retentũ ad intestinũ ieiunum,
& colon, & cæcum, atque rectum deferri,
& (vt quispiam dixerit) in ventrem for-
tasse: nemo tamen id accedisse vidit, neq̃
in hepatis p̃ter naturã tumoribus, neq; ẽt
obturationibus. Verũ in oĩbus corporis
partibus, tũ supernis, tum inferioribus pi
tuitosus sanguis contineri conspicitur,
in iis morbis, quos Græci & anasarcas, &
leucophlegmatias nomina consueuerũt.
Peraluum autem, nihil cruentum, neq; in
iis, neq̃ in asclite, neq̃ in tympania secer
ni solet. Sed spatium quod inter perito-
næum, & partes ei subiacentes est, aquo-
so humore impletur. Proinde rationi ma-
gis consentaneum est, vt ob visceris refri-
gerationem, cibus iã redditus, in sanguĩ-
nem transmutari non possit. quinetiã re-
frigerãtur cũ ipso vniuersi corporis venæ
idq; maxime, vbi nullo plerunque tumo-
re in iecinore apparente laborãs aqua in
ter cutẽ molestari videt̃, vitio existẽte vel
in liene, vel ieiuno, aut tenui intestino,

aliter saepe accidit at vidi et bal.

aut mesenterio, vel pulmone, vel renibus aut etiam vbi plurimus per hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre profluuium, aut quum retinentur menstrua, aut ob aliam ingentem vteri dispositionem. nam per omnes huiuscemodi affectus, aqua inter cutem hominem vexari contingit, vel nullo existente in hepate præter naturam tumore. Id vero præcipue intelligitur ab iis, qui didicerunt quomodo ex intempestiua aquæ frigidæ potatione, iecur affatim refrigeratum, statim aquam inter cuté inducit, anteaquã scilicet in durum tumorem attollatur. Verum sic affecti vehementi ciborum desiderio tenẽtur. nec mirum, quippe ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates inualescere, iam ante didicim⁹. Sed de aqua inter cutem, quantum ad p̃sens attinet ꝓpositũ, hæc dixisse satis est.

COMMEN XI

POST Ventriculi de contristationibus expeditionem, associanter de iecinoris perturbationibus sciscitari professus est: & hoc geminis de causis,

decausis, & quum ventriculus & iecur immediatam affinitatem, summāq; adinuicem societatem meseraicis mediantibus cohibētes, sedes extent, secunda nam ventriculi operationes præparatoriæ, iecinoris operationib⁹ deseruiunt: quoniam si alimētum haud probe in ventriculo conquoquitur, nec decenter iniecore formam vendicat cruoris vt ipsemet Galenus vndecimo methodo med conspirat. & proinde complura ventriculi dispendia iecoris detrimenta solicitant: & hac de re taliter princeps suum consectatur progressum.

¶ (huic) bina promulgat, primo q̄ vti aliæ corporis partes bis singulis perturbationum generibus laniantur, ita iecur, vt aut syncera ab in temperie, aut præternaturam tumore compaginata, sicuti flegmon, aut erysipila, aut scirrhus, vel inflatio, aut coarctatio crassis, lentisq; a succis concitata: & locum arctationis enudat, quia in vasorum cardinibus p̄cipue obstructio ipsa, adituum angustia, germinat, qui ex vena ipsius portis prodeunt.

¶ (verum) vestigia supra asserta discernendi detegit: vt tumorem præternaturam citra spiritum halitosum iniecore congestum, & hoc quia afflictus de dextri hypocundrii graui tate cōqueritur, si grauitas cum tensionis sensu conglobatur, prænominata in parte, tunc

iecinoris apostema, spiritumq; halitosum esse, cense: & pro horum enitencia animum adhibere oportet, q obstructio & iecoris apostema hac abhorrent coniectura, quoniam cum priori haud grauitas conducitur, sed postrema minime ad ipsa relegatur. ¶ (Inflammationes) iecinoris apostema aut in gibbo, aut in concauitate, eius absterrita imbecillitate innatum, intus noscere monet: nam si gibbosa in parte apostemata machinata fuerint, præsertim summa, tactu habiliter percipi queunt: sin autem parte in cõcaua, nec per tactũ, sed alia per argumenta vt per accidentia diiudicare peropus est. ¶ (incipiam) suam ab apostematibus in gibbo innatis speculationẽ exorditur: & vnum præcipue scilicet numerũ, sitemq; musculorum sub cute contextorum recogitat: & ex his claudit, quibus sub musculis hepar subiicitur, necnon & causam, cur apostema in gibbo nisi eximium fuerit, secerni nequit. quare octo sub cute esse musculos denudat, qui quatuor constituunt paria, quorum quidem vnum par recte & in longitudine plasmatum fuit, & vniuersum ex carnis genere existit, & a thorace ad pubis ossa defertur, reliqua vero tria carnosa ascribuntur, pergentia quo vsq; totum assertum par attingerint: deniq; quum palpauerint, in cordas quæ ex

genere pelliculàrum existunt, terminantur, vnum tamen horum extrinsecus omnium residens, a thorace nec recto modo vsq; interiores ad partes ingreditur: Aliud vero ex aduerso ab inferioribus auspicatur, sursum anteriorem in partem haud directe dirigitur: sed hoc sub secundo pari, tertium par compaginat, ventris membranas, quæ peritoneum seu siphac fertur, secundum transuersum pertingens: Qua de re apostema quod in rectis ventris musculis molitur, vt longum, extensumq; in ventris medio, vmbilicum circum amplectens, appareat, opus est, vti & hi lacerti contexti existant: igitur horum scientia habilis cēsetur, quos positio, formaq; illustrant: annectit etiam ex hoc, q̄ nullus eorum aliquo ab exteriori musculo inuoluitur: hæc autem tortuosis musculis, qui a thorace perueniunt, cōmunia esse, enarrat: sed musculi qui iis subiecti sunt idest musculi vtriq; qui suppositi conspiciuntur, obliquis musculis qui de thorace descendunt, dure agnosci queunt: verum trās uersorum lacertorum seu in latitudinem constructorum, scientia difficillima statuitur: vnde ex his apertis tria subinfert: & iecur sub siphac intra musculos locari, secundo tres musculi quibus hepar tegitur, annumerātur: Tertio ex his lumen vendicatur, cur tactus de iec

cinoris apostemate minime euidentiam præstat, nisi immensum fuerit, vel ꝙ lacerti incũbentes subtiliari cõspiciantur. ¶ (Sed iecur) coniecturas igneum iecoris apostema indicantes enumerat, quas lege. ¶ (Quæ) inter accidentia apostematis partis concauæ hepatis & gibbæ collationem dissеminat: quoniam si flegmon infima innascitur parte, fastidium, nausea, biliosus vomitus, ingens sitis atrociora hæc consectantur, q̃ si in gibbo conducerentur: & hoc quum pars iecoris concaua mesaraicis associatur, ut crebrius ventriculum, præsertim eius membranam exteriorem amplectit: & iccirco quum assertus locus calorifico ab apostemate laceratur, materia ventriculo, & proprie ori eius impartit. & hanc ob causam ventriculi accidentia in concaui hepatis apostematæ, vehementiora q̃ gibbi macchinantur: Sed in aduerso inter respirandum magis dolore aduersantur, & dolor vsq; ad dextræ partis iugulũ protrahitur. & hoc ex septi trãsuersi pulmonisq; iactura, quam ipsi ex iecoris perturbatione lucrantur. ¶ (Porro) abhorrentiis per accidentium attenuationem, roborationemq; inter apostemata cõcaui & gibbi iecoris agitatis, subsequenter eorum consensum promit: principaliter ꝙ iecinoris apostema siue gibba imparte, vel concaua consera-

tur, acerbitas vtraq; costarum in parte sentitur, licet nec perpetuo: Secundo (idq;) q̄ hepar minime cunctis in animalibus cum membranis costas includentibus compaginatum excogitatur quod iugiter in simia, ceterisq; animalibus quandoq; iecur constipatum, & aliquando diuulsum ab eis, cerni profitetur. Tertio q̄ vti in gibba, pariter in concaua calorificum gignitur apostema. ¶ (cæterum) eximium iecoris apostema in quibus faciliter discerni potest, promulgat, vt in eis qui a natura hypocundrium tenue, & a perturbatione graciientius concitatur, habiliter inspicitur, quod apostema quandam superioribus absq; lacertis cohibet proprietatem, quia in iecoris tumore duntaxat, tumoris cumulus circumscriptus repperitur: Sed lacerti qui super iecur disseminantur, quum continui extent videlicet vnus super alium declinat, apostematis in mensitas sensim diminui consueuit haud elucet. ¶ (Vnde) de iecinoris scirrho tria fat, & eius congruã, pſpicuãq; ſciẽtiã, & hoc quum sentit, (durus in hepate tumor euidentius dignosci potest) Secundo sinthomata quum ipso connexa, vt loca quæ super iecur contexuntur, seu quæ eum premunt, imminuntur, Tertio accidentia eius impulsu emergẽtia, sicuti aqua inter cutem, quæ raptim icit-

gium consociari assueuit, est eius asserta vt magis illustrentur, de aqua inter cutem percunctari adoritur (quippe) q ipsa machinari nequit, nisi iecur compatiatur: Secundo q minime perpetuo huiuscemodi perturbatio ex iactura iecoris per essentiam germinat, quis hoc sæpissime excogiteur primum denudat quoniam iecinoris actionem sanguinem producere probum ascribitur, iccirco qui ipsum refragatur, & eius actionem refragari per opus est, quare cruor indecens & educationi haud consentaneus innascitur, qui peculiaribus a particulis repellitur, & ad extraneas vt siphac & mirach transmittitur, & hydrops molitur: Et pro horum euidentia animum adhibere oportet, q licet aqua intercutem sine hepatis dispendio prodere nequeat: quum ipsa non nisi ex eius facultatis imbecillitate gignatur tamen iecinoris afflictio per essentiã, & per contensum repperitur, & hepar quandoq; obluctatur, & aqua inter cutem nec imminet. quia virtus suam actionem non prætergreditur, sed ipsius contristatione increscente, perdurante q; hanc virtutem destituere necessarium existit: & ea tempestate cibi succum in sanguinem crudum & indigestum festinabit, ex quo assertus affectus machinabitur: post hæc postremum purgat, q hepar quan-

doq; gelidam intemperiem per aliarum partium consensum decidit, vti lienis ventriculi, cunctorumq; viscerum & præcipue ieiunii & venæ mesentarie, harum enim pruina, quãdo a rigiditate ipse corripiuntur, cunctis sime hepatis venis impartitur, qua de re vsq; ad iecoris substantiam decurrit: sed si bruma, pulmo septumq; transuersum, vel renes afficiuntur: tunc venis in iecinoris gibbi constructis prius largitur: quum aliam ad sedem principaliter distrubui haud inspicitur, & sic venæ per consensum perturbantur, demum temporis processu iecur eadem hyemali perturbabitur intemperie, quare his nemo nisi sophista, aut sordidus obsistere poterit. ¶ (de obstructione) de iecinoris coarctatione ratiocinat, & bis gemina deuelat: primo eius obstructionẽ efficacia argumenta cohibere denegat, & causam quippe promulgat: quoniam sime partis venæ, quæ a portæ vena pullulant, ꝙ in gracilentissimas extremitates finem imponant, in propatulo elucet: & ꝙ eundem ad tramitem venarum extremitates a concaua procedentes vena, in gibbos hepatis destinatas, accedant, consimiliter liquet, sed quo pacto per ora inter se conserantur: cerni minime tribuitur, & ex his sedet animo ꝙ visceris obstructio haud certa continet vestigia. Tertio ꝙ cũ

cti consentiunt medici, q alimentum vniuersum p corpus impartitũ, oẽs per venas quæ in hepatis cõcauo locãtur defertur, & ad venas quæ in eius gibbo copulantur, transcendit, & has per extremitates proculdubio ptransit.
¶ Quarto ex scirrho seu apostemate venarũ iecoris, quid incomodi prosequatur, exponit nam hi tumores venarum iter premunt, per ipsum non nisi tenuis sanguinis pars defluit: quare crassa cohibita perturbationes ex plenitudine concitãtur. ¶ (perscrutantibus) obumbratæ ambiguitati hic Galenus debitum pensitare apparet, quum sit assertum, si venæ iecoris apostemate laborant; q pars sanguinis exigua defluit, crassa vero detinetur, iccirco aliquis exquirere posset. tenuis pars quum penetrat, per quas transgreditur partes, & crassus in quibus supprimatur, soluit profecto: q aquosus sanguis ad concauam distribuitur venam, & quãcũq; per partem corporis labitur: crassus quidem si ex venarum coarctatione in iecinore reluctatur; ad ieiunum abigitur intestinum, & ab eo ad subtile & colon, & cæcũ, rectumq; sed si aliquis eum ad ventriculum transmicti profiteretur, infamẽ esse, fatur: quum in huius visceris obstructione, tumoribusq; minime hoc moliri conspicitur ¶ (verũ) de tribus aquæ inter cutem speciebus sci

ſcitatur,& bina tāq̃ primaria expedit: vt quis ſanguis in hypoſarcha gignitur,& autumat ꝙ tam in ſupernis q̃ in infernis ſedibus in perturbatione anaſarca perhibita,& leucophlegmatias pituitoſus excogitatur ſanguis: vnde ab Alman. fertur anaſarca ab an ꝙ eſt iuxta & ſarcoscaro, quaſi iuxta carnem conſtipata: promulgatur etiam leucophlegmantia ſeu flegma albū a noſtro ſene Hippocrate vii. afor. ſi ab albo flegmate. Et Tertio de ſinthomatum cauſis ipſe met Galenus pdicat, ſi concoctio radicitus in ventriculo proſternitur, afflictio ad timpanitem conflectitur: & ſi in iecore, aſclites germinat: & ſi vniuerſo in corpore, hypoſarca: cuius geminæ annotātur cauſæ: vna ſuccus pituitoſus crudus in cuius vnione a membris virtus excluditur nutritiua, quare in membrorum poroſitatibus conſtipatur, & ea inflat: Secunda fluuida materia inſtituitur, quæ a partium ſuccis liquefacta in vacuitatibus, poroſitatibusq; earum retinetur, & eas inflat: vt ſecundo præſagiorum com. primo etiam ipſe monet ❡ Secundo (per) gemina communia pandit: & ꝙ vt nihil ſanguinis quum egeſtione deiiciatur, cunctis hydropiſis ſpeciebus peculiare ponitur: ſed hoc rationi, & principis Auicennæ ſententiæ reluctatur: nam ratio clamat, ꝙ ſi aqua inter cutem non

innascitur, nisi iecoris actio obluctatur, tunc quum sanguis incongruus efficitur: non mirũ apparet, ꝙ quãdoq; per intestina deplicat, & cum egestione repellatur: eo ꝙ ad educationẽ tãq̃ ineptus renuit. Secundo Auic. fen. xiiii. iii. de hyposarchæ suspitionibus conspirat, ꝙ secundum plurimum hyposarcam fluxus ventris sanguinolentus, & naturæ lenitas ad albedinem tendens, consectatur: pro horum sententia contemplari cogimur, ꝙ aut in venis copia crassorum excogitatur succorum, q transitus cohibent: & tunc inutilis cruor productus, quum ad sedes pergere nequeat, ad viscera deflectitur, & vt sic instantiæ dimicãt: aut abditus liberi reperiuntur, & eo tempore potius ad membra tanq̃ ad loca magis assueta q̃ ad intestina decurrit sanguis, & taliter fatur hic Galenus, vt etiam ex supra hoc in commento promptis, decerpi potest. ¶ Secũdo ꝙ in aqua inter cutem & ꝑcipue in ascitæ & in anasarcha siphac partes circũuicinæ succo exsatiantur aquoso. nam expultrix iecinoris facultas quum aquositatem, aut eius imbecillitate, vel aquositatis affluentia haud abigit, vel nec seiungit, ea tempestate q̃uis quum sanguine deferatur, tamen pars incocta ad iecur, meseraicasq; reuocatur, & iecinoris transitus satiat, & sic ad siphac repellitur: consimi

liter tenuum aquositatis attractiua quum sit destituta, idem subministrat ¶ (proinde) q iecur impugnatũ haud in sui essentia, sed alia rum per consensum partium hydropisin commouere posse testificatur. & bina prius pcurrit, vt q iecur hyemali ab intemperie alienatum, nec chilum honestum in cruorem conflectit: & q iecinore infrigidato, totius corporis venæ quum ipso refrigerantur: eo q venæ riui ipsius promulgantur. his præassumptis sedes enumerat, quarum errato, iecur aquã inter cutem inducit. quidem complures extant: ¶ Prima lien: nam scirrho vel apostemate laborans, eius magnitudinis impulsu iecinoris vires bifariam labefacit: & quia ex minorẽ sanguinis affluentiam quam debet a iecinore lactat, quare iecoris facultas languescit. Secũdo lien copia atræ bilis reddundans, sui forti geliditate, iecur ad rigidam compescit eucrasiam, & modestum gignere sanguinem reluctatur. ¶ Secunda intestina adaptantur, & singulariter ieiunũ propter meseraicarũ multitudinem ad ipsum decurrentium, & gracile intestinum n viciniratis eius quum iecinore, quamobrem ex eorum pruinosa qualitate, aut apostematibus, vel doloribus, necnõ & distenteria iecinoris vires deseruntur. ¶ Tertia mesenterium assignatur, cũ in eo obturatio, vel

apostema, aut iniqua intemperies iecur alterantia, excogitâtur. ¶ Quarta pulmo & hoc binis rationibus, aut in eius glacialibus perturbationibus, vel quandoq; igneis, pcipue sitim solicitantibus intensam, ex qua afflictus ad crebram gelidæ aquæ deuorationem cohibetur. ¶ Quinta renes: & id aut quia pruinosi restituti, aquositatē a iecinore haud inescāt: vel quia eorum bruma, ipsum brumosum retractant: aut quia intense calorifici reintegrati, eum calorificant, & plusq̄ præsentaneum fuerit hauriunt: ex quo hepar in vitiū lapsum precipitatur: aut eorum apostematum, vel obstructionis impulsu, vnde aquositatem nō absumunt, vel absumpta non transcendit, sed super iecur redundat: & ex hoc Auic. compulsus, capite proprio orsus est: quāuis renes ægritudinem non cohibeāt: in viis tamen ipsorum ægritudinem compescunt, aquositatis ingressum prohibentem. ¶ Sexta exundantis sanguinis euacuatio vt emorrhoidalis, vel mēsalis adiudicatur, ex qua iecur suo a iusto calore exterminatur, & glacialē vendicat naturam, nam cunctas inter euacuationes nobilior & promptior ad hydropisin moliendam, sanguinis profluuium instituitur: quia id quod in corpore magis conspicitur oportunum, excluditur. ad cuius deiectionem, valentior confe-

quitur ariditas;& sic concoctionis imbecillitas. ¶ Alia mensalis, aut emorrhoidalis sanguinis suppressio, ad iecinoris caloris extinctionem insudans, asseritur. ¶ Consimiliter aquæ hyemalis affatim & minime congrua in hora sorbitio: nam illud est ex eis, quæ sedes refrigerat, quare iecur per consensum gelidum reddigitur, & per consequens priusq̃ iecur scilorotico ab apostemate occupet, aqua intercutem conducitur: & pro huius euidentia singularem annotat suspitionem, q̄ vti ex ore ventriculi refrigerato, escarum auiditates crescunt, pari passu hac in hydropisi eædem conuocantur, & hoc ex gelida causa os ventriculi coarctāte, ex qua alimentorū optatum excitatur &c.

Ex his complura decerpo theoremata.

¶ Iecur gemino perturbationis genere, aut syncera intemperie, aut præternaturam tumore perturbari, sentit.

¶ Obstructionem in vasorum cardinibus eorum angustia moliri testatur.

¶ Sicuti dextro in latere grauedinem purum iecinoris apostema, pari filo cum tensionis sensu connexa, halitosum spiritum compaginatum esse, p̄dicat.

¶ Gibba in iecinoris parte apostema collectum; si eximium extiterit, tactu diiudicari, pro-

mulgat.

¶ Iecoris concaua in parte innatum apostema, minime tactu, sed aliis ex coniecturis ignaści, hortatur.

¶ Octo esse ventris sub cute musculos, quatuor parta constituentes, profitetur.

Iecur sub pitoneo intra lacertos residere, iactat.

¶ Tres lacertos iecur amplecti, refert.

¶ Dextro in præcordio acerbitas, quæ vsq; ad furculas ascendit, exigua tussis, lingua in exordio rubea, post id in nigredinem conflessa, escarum imprecationis demolitio, sitis perpetua, vomitus tum puræ bilis, tum vitellinæ, & quasi æris erugo redhibetur, egestionis cohibitio, febris ardens si iecinoris non viget destitutio, hec in iecore flegmonem, si summiora herysipilam præsagiunt.

¶ Febres ventriculi, aut iecinoris impulsu concitatas, omnium acutissimas esse, ostentat.

¶ Febres assertarum sedium crimine solicitatas, vt crebrius in fixas cõmutari, fatur.

¶ Quemadmodum in iecinoris concauo apostemate congesto, nauseam, fastidium sitim, biliosum vomitum sæuiora, pari passu in gibbi apostemate in respirando dolorem vsq; ad furculas atrociorem machinari promit.

¶ Apostema quacũq; in iecoris parte cõstructũ indignationẽ vtrũq; latus dilacerare autumat.

¶ Quum lacerti qui super iecur deferuntur, haud intermittentes excogitantur: eorum apostematis magnitudo sensui minime inotescit.

¶ Quum scirrhosus in iecinore congeritur tumor, loca quæ super iecur conglobantur, imminui testimonium redditur.

¶ Iecoris scirrhum, hydropem ex improuiso cōsequi refert.

¶ Aqua inter cutem minime germinat, nisi iecur refragatur.

¶ Iecur sedes existit, cuius actio probum gignere sanguinem ascribitur.

¶ Vti horum locorum rigiditas, videlicet lienis, ventriculi, omniumque intestinorum, venas quæ in iecoris parte plasmantur, donec eius ad substantiam decurrat, infrigidare potest, parifilo pulmonis, septi transuersi renum vepruina, venas in gibbo residentes refrigerare conspicitur.

¶ Iecur per essenciam, & per consensum gelida ab intemperie discruciari, loquitur.

¶ Iecinoris vasa apostemate, vel scirrho laborātia, afflictiōes ex plenitudine cōcitar, gloriat.

¶ vti aquosus sanguis si concauam ad venam trāscendit, etiā vniuersum ad corpus delabitur, pari via si crassius sanguis in iecoris vasis eorū angustia crassicieque cohibetur, ad intestina prouocari indicatur.

¶ In iecinoris obstructionibus, eiusq; præternatu rā tumoribus, sanguinem ad vētriculū transgredi Galenus reclamat.

¶ In hyposarcha vniuersum fere corpus pituitoso esatiatum esse cruore, explicat.

¶ In hydropisi nihil cruentosum cū eiectis exclu di clamat princeps Galenus, licet aduersum Auic. exponat.

¶ Iecur pruinosa ab intemperie perseuerante cō uictum, chilum decentem in sanguinem conflectere, abnuit.

¶ Hæpar per essentiam & per consensum obluctatum, aquam inter cutem excitare, enodat.

¶ Iocinore refrigerato, totius venas cum eo refrigerari, asserit.

¶ Lien, intestina, meseraice, pulmo, renes perturbata, sanguinis profluuium, eiusq; suppressio, hydropisin gignere assueuerunt.

¶ Glacialis aquæ intempestiuæ sorbitio, anteq̄ iecur duritie attollatur, aquā inter cutim germinare consueuit:

¶ Aquam inter cutem ex hyemalis potione cō patientes, alimentorum optatum eos cohibere, claudit.

Porro

De morbo regio.

Porro vtrum semper in morbo regio locus affectus sit hepar, an alia præterea dispositio hunc affectum efficere possit, deinceps scrutemur: siquidem videmus nõnunquam iecinore nequaquam affecto per morbi iudicationem, effundi ad cutẽ bilem pallidam. quo modo nõnulli quoque alii abscessus interdum euenire consueuerunt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationem, sanguinem extranea quadam corruptione in bilem verti, qualis ferarũ morsu fieri solet. Etenim imperialium seruitorum quidam, qui viperarum venationi deputatus erat, quũ a vipera morsus esset aliquanto tempore medicamenta, quibus vti cõsueuerat, potabat, quumq; vniuersi corporis color mutaretur, adeo vt porri colorem referret, accedẽs singula nobis enarrauit. cui epota theriaca; quam celerrime color secundum naturam restitutus est. Solent autem medici inuestigare, an assumpti veneni propria extant signa, eo quod sæpenumero videant, citra letalis veneni potionem humores similiter, vt epoto vene

no, corrumpi. Verum non mirum est, si sic aliquando mutentur humores, vt vniuersum corp⁹ euriginosum euadat. Quanquam fieri etiam potest, vt iecinoris secũdum naturam temperie mutata, humores huiuscemodi vitio afficiantur, & quidẽ citra obstructioné, aut inflammationem, aut scirrhum. Quinetiam manifeste quandoque videmus, vniuersum corpus herbis candenti pallore infectis similari, interdum plumbeum, aut etiam magis fuscum referre colorem, interdum etiã alias quasdam ineffabiles colorum proprietates, q̃ iecinore suo munere nõ recte fungãte, accidere solent. Sic ob splenis quoque vitia, huiusmodi colores eueniunt. sed multo nigriores quam ab hepate. Quos vt clara interpretatione enarrare difficillimum, ita cognoscere facillimum est iis præsertim, qui illos sæpenumero cõspexerint. Etenim Stesianus quum medicorum iudicium subiiisset, nescio quo pacto eorum non pauci abscessum in ipsius hepate consistere crediderint. Sed posteaquam longo tẽporis spatio, nihil se in melius proficere sentiret, me quoq;

vocauit. Igitur simulatque domum, vbi iacebat, fuissem ingressus aspiciens eũ, hoc inquam scias velim, nullum tibi esse in viscere vitium, sed quid aliud te molest. et nudatis præcordiis declarare conabor. Inueni ergo in ꝑfundis musculis abscessum, contracto iam pure, in medio spatio eorum musculorum, qui per trãsuersum incedunt, atque illorum qui oblique ab infernis sursum tẽdunt, qui (vt nouistis) medii sunt inter eos qui transuersi peritonæo incumbunt, & eos qui sub externa cute obliqui deorsum feruntur. Sic ẽt alios complures scitis me notasse, per colorẽ declarando, modo iecur modo splenem esse affectum, nulla audita præteritorum accidentium narratione, neque etiã per tactum inuestigato viscerum affectu. Proinde sæpenumero audiuistis me male imprecãtem iis, qui medicæ quidem professionis, quod ad spectatiuam pertinet, principes se esse iactabant, nullius vero ægri uolebant aggredi curationem. De quorum numero plurimi fuerunt tũ empirici, tum methodici, quibus si quis dixerit, fieri posse, vt solo perspecto colo

re, affecta sedes interdum cognoscatur: illi aperto ore, atque rabidi canis exemplo exerta lingua, impudenter ei resistunt.

COMMEN XII

DE aqua intercutem præassumpto sermone; impræsentiarum regio de affectu agere insistit: vbi complura detegit, primario in loco quæstionem contemplandam excitat: & hoc quum fatur, si in morbo regio semper hepar afficiatur, vel aliquod præternaturam extat; quod assertam germinet afflictionem, etiam q iecur non refragetur: Sed sub sua vigeat valitudine. ¶ (Si quidem) suam auspicatur speculationem, q principalis prænominata sedes, etiam q suam patrocinetur symetriam, regia dispositio emergi potest. & bifariam probare insudat: & per creticam euacuationem, nam quandoq; visu contigit, q bilis pallida, aut rubea dissociatur: & erga cutim per contristationis crisim repellatur, & perturbatio innascatur regia, & tamen iecur non affectum elucet: ex qua quandoq; aliqua cretica moliuntur apostemata: Secundo ex sanguinis deprauatione in bilem reiiecti, vti amorsu ferarum sæpe excogitatur, quoniam sanguis in deteriorē redd actus, vniuersi corporis color

regius reintegratur. ¶ (Etenim) per linea mentum suum detegit propositum, inquo gemina promulgat. & q̄ a vipera quidam morsus, eius color porri colori consentiebat: Secūdo q̄ ex thyriace deuoratione, ad pristinum fuit reuocatus. ¶ (Solent) medicorum rimationem, debitumq; premere persuasum habetur, & tria asserit. & q̄ medici perquirere laborant, an inescati veneni familiaria extēt argumenta: quum multoties succi citra veneni lactationem, tantam deprauationem vendicare inspiciuntur: vt veneni epoti corruptioni conueniant: Secundo debitum pensitat, q̄ nec mirabile sentitur, si aliquādo tali pacto corporis succi confiectantur, vt vnde quaq; corporis effigies eruginosa restituatur: appende præter veneni haustionem, diluit hoc princeps, quia possibile est iecoris crasim deturpari & ex eo succos deprauatos seclusis eius obstructione, aut scirrho gigni: quandoq; vniuersum corpus in colorem hærbarum inter viriditatem, albedinemq; existētium, & aliquā do in plumbeum, eclypsatumq; colorem, ac alios indicabiles colores, iecinoris dispēdio, conferre profitetur: quum iecur suo probe vti munere reluctatur. consimiliter ob lienis crimen absurdi germinant colores, verum tenebrosiores q̄ a iecore, & hoc eius exiliū obum

bratione, vel virium destitutione: de quibus certare inhabile sancit, sed sciētia friuola eis impartitur, qui ea iugiter agnouerūt. ¶(Etenim) sua promulgata per figuras exponit: quidam quippe medici quum Stesiani contristationem abolere auspicarentur, me fugit, quo pacto eius iecur ab apostemate detineri conii ciebant, quum afflictio elongaretur, nec cruciatus ad felicia pergere dignoscebatur, quare Galenus accersitus fuit, qui in eius domum ingrediens, ante omnia prædicauit, quod in iecore nullam cohibebat iacturam: Sed ventre nudato vexationem suam denunciauit, puta quod infernis in lacertis apostema conductum esse diiudicauit, videlicet & suppuratum inter lacertos qui super ventrem in latitudine protrahuntur, & eos qui non recte ab inferiori ad superiora ascendunt, qui scilicet medii inter lacertos qui sunt super siphac, & eos qui sunt exterius, sub cute descendentes a superioribus ad inferiora non directe ascribuntur. ¶(Sicetiam) complura clau it, & quod aliquando sola coniectura sine præcursorum sciscitatione, iecur vel lien esse perturbatum constituit. Secundo aliquos criminatur medicos, qui primates esse gloriantur, verum languidos curare renuunt, & ii methodici, empiricique statuuntur &c.

Ex his has reſeco normas.

¶ Iecur etiam quod ſua fungatur valetudine, affe-
ctum innaſci regium, teſtimonium reddit.

¶ Sanguis deprauatus in bilemq; conflexus, ve
luti a viperarum morſu moliri ſolet, & vnde
quaq; corporis colorem regium eum ſolicita-
re ſentit:

¶ Viperarum morſum, porri colorem concita-
re promulgat.

¶ Corporis æruginoſum colorem venenum de-
uoraſſe, aſſerit.

¶ Non ſemper veſtigia epoti veneni, venenum
in eſcaſſe ſtatuunt, nam quandoq; ex iecino-
ris intemperie ad deterius redacta, conruptos
abſq; eius obturatione, aut ſcirrho prodere
ſuccos, argumēta abſumpti veneni apparere,
vt colorem herbarum, quandoq; plumbeum,
& tenebroſum profitetur.

¶ Quum iecur ſuo aprobo reluctat munere, de
prauatos, iniquoſq; ſuccos germinare iactat.

¶ Ob lienis delictum abhorrentes pullulari co
lores fatur.

VERVM præſens ſermō haudquaquam
ad illos dirigitur: itaque ad aliud accidē-
tium genus, quod ſola iecinoris imbecil
litate, quæ per ſe ac ſine inflammatione,

euenire solet, continetur nunc transeam⁹ quemadmodum & de ipsius inflammatione, q̄ citra propriæ facultatis suæ imbecillitatem accidit, seorsum iā diximus: Cæterum postq̄ sanguinis generationem hepatis munus esse intelligimus, si causa aliqua fuerit, quæ hunc generare possit, eam hepatis propriam facultatem esse dicemus. Propriam autem diximus, propter eas q̄ omnibus corporis nostris partibus communes esse dignoscuntur, quas in libro de naturalibus facultatibus iam percurrimus, attractricem dico, & retentricem, & expultricem. Nanq; quarta generatim quidem alteratrix, speciatim vero sanguifica vocatur. Porro omnium facultatum essentiam, in peculiaribus partium temperantiis consistere didicistis. proinde quum iecur ad aliquam octo intemperantiarum labitur, accidet viribus ipsius noxa, quæ illi intemperantiæ peculiariter debetur. Sed de iis generalem scripsimus sermonem, in tertio libro de accidentium causis, proprius autem cuiusque secūdum speciem partis: communi ad portionem respondet. Igitur cali-

dæ iecoris intemperantiæ, cum contentos in ipso humores, tum eos qui per mesenterii venas deferuntur, & assant & adurunt: frigidæ autem, contentos iam in ipso humores crassos, atque ad fluxũ & motũ contumaces reddunt. id vero quod ad ipsum fertur, & pituitosum, & crudum, & semicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoque duabus dicendum est. Arida quidem intemperãtia, sicciores, crassioresque: humida vero magis tenues, aquosioresque reddit humores. Igitur quum alui sedimina, aquæ in qua nuper mactata caro abluta est, similia esse videritis efficacissimum inde affectu iecinoris signum elicere nequaquã dubitetis. Ac nominantur hepatica ea præcipue, quæ ob imbecillitatẽ ipsius deiiciuntur. quippe ad iecoris essentiam pertinẽt huiusmodi affectus. Atqui didicistis cuiusque primorum corporum essentiam ex quatuor qualitatum contraria temperamento. Sic etiam quum fæci sanguinis similia per aluum excrementa deiiciuntur, iecur affectum esse coniiciẽdum est. Vt enim tenue & saniosum excrementum, infirmi iecinoris, sanguinem

creare non potentis: ita id quod fæci si-
milatur, super assantis sanguinem hepa-
tis indicium est. Neque enim a memoria
vestra decidit, quum sæpe videritis quos-
dam in primis quidem saniem, & cruenta
quædam, dein tractu temporis crassum,
ac melancholicum sanguinem, postremo
atram quoque bilem, & quidem sincerã,
deiicere. Accidit autem interdum, vt hic
affectus, ob frigidam intemperiem citra
febrim incipiat, quãdo tenuis sanies san-
guinis excernitur. deinde tractu tempo-
ris, corrupto in viscere sanguine, febris
superuenire solet. quæ tamen ab imperi-
tis vsque adeo negligitur, vt laborantem
interdum nequaquam febricitare putent
quippe hunc affectum ob inediam acci-
disse existimant. Siquidem quod nulla
sit ipsis cibi cupiditas potius quã ob me-
dicorum institutum, laborantes a cibo
abstinere inuenerunt. Itaque quum inte-
rim nihil excernatur videaturq; laborans
omnino liber a febre, balneis eum expo-
nunt, ac debitam victus rationem præscri-
bere negligunt. Quocirca rursus corru-
ptos cibos aluus deiicit, quos deinde he-

paticorum excrementorum nonnihil ſe-
quitur. At nonnulli qui ob frigidam in-
temperiem laborare incœperunt, non ſo
lum non perdunt cibi cupiditatem, ve-
rumetiam interdum multo magis quam
antea, ſe appetere aiunt. Calidas vero in
temperies, nunquam comitatur ciborum
appetentia, ſed inedia grauis, ſitis vehe-
mens, febris inſignis, vitioſorum humo-
rum vomitus. Hæc ſunt propria hepati-
corum accidentia. ſic enim nominari iã
dixi eos, quibus viſceris ipſius vires fue-
rint imbecilles. Qua in re vulgus medico
rum errans, hunc affectum putat eſſe dy-
ſenteriam. Inflammationem aũt alia (vt di
ctum eſt) ſequuntur accidentia. Quũ ita-
que ambo interdum affectus cõueniant,
vtriuſq; accidentia ſimul apparere ſolent
quæ in promptu medicũ habere oportet.
Sic enim nõ ſolum laudabũt nos, ſed ad-
mirabuntur etiã ii, qui opera nr̃a indi-
guerint præſertim ſi accidentia quoque
quæ aliis morbis cõmunia ſunt, inſup ꝓ-
ſpexerimꝰ, veluti quod dolor ad nothas
coſtas puenit, qđ iugulus detragi videt,
qđ ſpiratio parua reddit & frequẽs. Eq-

dem quum primum Romam venissem, magnifice admiratus est me Glauco philosophus, ob huiuscemodi quandam dignotionem. Etenim per viam mihi occurrens, oportune (inquit) aduenisti, iungensq; dextram dextræ, proximi sumus (inquit) laboranti, quē nuper vidi, itaq; oro, vt vna mecum ad ipsum venias, est autem Siculus medicus, quem nō ita pridem mecum ambulantem vidisti. Ego vero, quid, inquam, molestat ipsum? Tum ille & copiose admodum, & aperte id declarare aggressus est. Neq; enim adeo erat vafer, vt aliquid me celare posset. Quoniam heri (inquit) & Gorgias & Apelas mihi nunciauerūt, notiones, præsagiaq; edidisse te, quæ ad diuinationem potius quam ad medicinam pertinere videbantur: cupio equidem periculum facere, nō adeo vt tuam experiar doctrinā, q̄ vt sciā num tanta sit in arte medica, tū cognoscēdi, tū præsagiendi facultas. Interim quū hæc diceret, venimus ad laborantis hostium, vt neq; verbo, eius prouocationi respondere, neq; etiam ea quæ sæpenumero me dicere audiuistis effari possem.

quod scilicet multa interdum nobis fœliciter facileq; apparet, interdũ vero omnia sunt ambigua. atque iccirco & alteram, & tertiam quoq; inspectionẽ expectamus. Itaq; in primo statim aditu obuiam nobis venit quidam, peluim a cubiculo efferẽs ad latrinam, continentem tenuem cruoris saniem, carnium nuper mactarũ ablutioni haud absimilem, euidentissimum affecti iecinoris indicium: qua vix: dũ inspecta, vna cũ Glaucone ad medicũ ingressus sum. Apprehendit itaq; manũ in carpo, id est brachiali, quo intelligerem vtrũ inflẽmatio, an sola imbecillitas esset in viscere. Quia vero (vt diximus) medicus erat, nuper, inquit, a deiectione decubui, itaq; perpẽde arterias ob id quod surrexerã crebrius pulsare. Hæc quum dixisset, inueni equidẽ inflãmationis indicium. Prospiciensq; ad fenestrã hyssopũ ex aqua mulsa decoctũ, in olla considerãui. proinde cogitaui, medicũ se pleuriticũ esse putare, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflãmationibus aliquando accidere cõsueuit. Hunc itaq; quum sentiret, esset q;

ſpiratio & parua, & crebra, atq; exigua tuſſi infeſtaretur, pleuriticum ſe eſſe exiſtimabat. quãobrem hyſſopum quoq; ex aquamulſa præparauerat. Intelligẽs itaq; ego, quod fortuna viã mihi præberet, qua apud Glauconem clarum nomen adipiſci poſſem, manum eius ad nothas in dextra laborantis latere coſtas detuli, indicatoq; loco, dixi eum ibi dolere. Quod ipſe fateretur, Glauco ex ſolo arteriarum pulſu, exiſtimans me ſedem affectam inueniſſe, plane admirari me cœpit. Verũ vt vehementius ſtuperet, hæc quoq; addidi, Quemadmodum hoc in loco dolere te confeſſus es: ita velim fatearis etiã tuſſiendi cupiditate vexari te. etenim ex lõgis interuallis, tuſſis exigua, arida, & qua nihil expuis, moleſtare te ſolet. atq; ita me dicente, incœpit forte fortuna huiuſmodi quadam tuſſis ſpecie (qualem iam diximus) tuſſire. qua de re tanta admiratione Glauco commotus eſt, vt continere ſeſe non valens, magna voce exclamando, in laudes meas prorumperet. Tum ego non putetis, inquam, ſola hæc ex arte poſſe præſagiri. Sunt enim alia

quoq;, quæ nunc dicere aggredior, quibus & laborans ipse testimonium feret. Itaque rursus incipiens, dixi: Quum magnam trahis spirationem, dolor ea parte, quam notaui, vehementius te cruciat, sentisq; in dextra præcordiorum parte grauitatem. His auditis ne infirmus quidem se se potuit continere, quo minus præ vehementi admiratione, vna cum Glaucone exclamaret. Itaque sentiens equidem arridentem mihi fortunam, de iugulo quoq̃ quod videlicet ad inferiora trahi videretur aliquid efferre volebam. At quia magnas inflámationes, quemadmodum & scirrhum, id comitari solet, dicere nõ sum ausus, veritus ne laudem quam antea de me excitaueram, sauciarem: Verum quũ animum induxissem me tuto aliquid eloqui posse, aspiciens laborantem, haud ita multo post (inquá) iugulum ad infernas partes detrahi senties, nisi fortasse id iam antea tibi euenerit. At quum hoc quoque fateretur, conuersis equidem oculis ad ægrotantem mirifice attonitum, vna (inquam) addenda est prædictis diuinatio. Etenim di-

cã, quã de morbo suo laborans ipse habuerit suspitionẽ. Tũ Glauco, ne de hac quidem diuinatione desperare se aiebat. Laborans autẽ incredibili hac pollicitatione, in stuporẽ adductus, & acriter me intuens, quid essem dicturus, attenta mẽte expectabat. Igitur dicente me, quod infestantem morbũ pleuritidem esse putasse, ille ingenti cũ admiratione, huius quoque rei se testem exhibuit id quod ẽt affirmabat ex astantibus vnus, qui paulo ante latus eius ex oleo fouerat. Atq; ex eo tempore Glauco, tum de me, tum de vniuersa arte, quam ptimam cõcepit opinionem, quũ antea nihil magni ab arte expectaret, vtpote qui nunquam cũ consummatis in arte viris versari consueuisset.

Hæc ideo dicere volui, vt intelligatis, q̃ accidentia cuilibet morbo propria sint, & quæ aliis quoque morbis cõmunia, ac præterea quæ ab vtrolibet genere sint inseparabilia. Item quæ magna ex parte, & quæ raro videri solent atque ea quæ ancipitem habent euentum, vt si aliquando fortuna huiusmodi vobis occasionẽ qualem mihi fuisse oblatam iam dixi, præ

beat, ea cōmode vti sciatis. Sæpe enim fortuna, non contennendam adipiscendæ laudis ansam suggerit, ea tamen vulgus medicorum ob imperitiam vti nescit Quanquam doctissimus quisq;, quum accidentium aliquod huiusmodi conspexerit, haud difficulter reliqua quoque inueniet. quorum alia quidē necessario, alia vero magna ex parte, locum affectum & morbū ipsum sequuntur.

COMMEN. XIII.

PRAESENTI in oratione de alio iecinoris sinthomatum genere agitare elaborat, puta de nuda iecinoris lassitudine, apostematis vicio secluso, & tali pergit ritu: primo suā hac in litera pandit intentionem: & hoc cum sentit (verum præsens sermo haud quaquam ad illos scilicet empericos & methodicos supra assertos dirigitur, sed ad aliud sinthomatum genus puta ad iecoris destitutionem, ab apostemate relegatam, transcendi pollicetur.

¶ (Cæterum) quæ peculiaris iecoris actio exponitur, ac quot, quæ ve communes cuiuscunq; sedis attenduntur facultates, detegit, nam iecinoris partes sanguinem gignere pro

mulgantur: & si aliqua causa quæ cruorem germinaret, excogitari posset hanc familiarem concitati visceris insinuare per opus est: appendit causam, cur propriam explorauit, autumat alias ob virtutes quæ cæteris communes adaptantur, quas incompendio de naturalibus facultatibus annotasse, profitet, vt appetitiua seu attractiua, & retentiua, expultrixq; quarta alteratiua generaliter, sanguifica vero specialiter: verum harum euidentiã: in particularibus locorum temperantiis haberi monet. ℂ (Proinde) de in temperantiarum numero iecori obuiantium, necnon ex eius in eas lapsu, quæ dispendia prodeant promit, qppe iecur secundum aliquam octo eucrasiarum sua amoderantia exterminari conspicitur, & in quacumq; criminatur: semper consimilis eucrasiæ innascitur iactura: Quam obrem de numero earum minime sermocinari insistit: quum ex loquutis in libro tertio de accidentium causis certum habeatur: octo enim esse, quatuor simplices, & quatuor compositas orsus est: verum imminentia in comoda dumtaxat denudat: vt si iecur per calorificum sua a modestia recedat, ea tempestate succos in eo connexos, ac venas per meseraicas decurrentes assat, & reuera adurit, si gelida eos ingrossat, & ad fluxum, motũq; de

tinet: quum rigidi coarctare, immobilitareq́;, ac succum pituitosum crudum subministrare munus extat, & ita de reliquis promulgandū esse, apparet. ℂ (Igitur) iecur esse perturbatum per aluum eiecta diiudicare hortatur: quum afflictus quidem loturæ carnis consen tientia excrementa inferiorem per sedem ab igit, tunc iecur contristatum esse, & propria contristatione asserit, quoniam familiaris, hepaticaq́; vexatio perhibetur: quæ iecinoris defectionis impulsu pullulat: sicut intimata vti mactatæ carnis egestio, quæ ex iecoris ma leficio puta concoctiuæ diminutione, nec ꝓbum edere sanguinem suppetentis, innascitur sed ꝙ talis egestio iecur esse refragatum effi cacissime statuat, ex hoc illustrat medio, quo niam primorum corporum substantia ex qua tuor qualitatum temperie constat, & iccirco si ea quæ per aluum repelluntur, feci sanguinis consimilia elucent, iecur obluctatum esse, seu in sanguinem gignendo desertum esse, enuncia: sed tenue, saniosum eiectum, sangui nem haud decentem producere sufficientem, testimonium reddit: verum hoc compluribus coniecturis, vt a veritate non recedat, corroborari oportet, quas ingeniosus lector ex se sciscitari poterit: & si vini fæci proportionatur, iecur sanguinem super assare attestatur.

¶ (Neque) de iecorali profluuio pruinosa ex intemperie concitato, sermocinatur, vbi bis gemina indicat: in exordio speciatim, ab horrentiamq; solutionis, & hoc si imprimis egestio fuerit saniosa & sanguinolenta: dein de cunctabitur, & crassa, melancholicusq; sanguis machinabitur. & postremo pura atrabilis quare hæc perturbatio quandoq; hyemali ab intemperie citra febrem auspicatur: & hoc quando gracilentus, eruginosusq; sanguis excluditur: Sed eo detento, quum in iecore deprauatur, febris germinat: Tertio (quæ) vulgares lacessit medicos, eo q febrem ipsam minime percipiebant: immo eos contristatos a febre correptos esse, reprobabant: & si febrire consentiebant, ex escarum denegatione, concitatam esse coniiciebant: verum inedia non medicorum impulsu, sed appetitus orbatione, eos fungi excogitabant: & quum febrili ab affectu languentes nudatos esse conspiciebant, lauacris, vendicabant: & denuo fluxus non hepaticus, sed corruptarum escarum reuocatur: Quarto (at) iecinoralem fluxum ex gelida vel ignea qualitate congestum aliqua per argumēta dignoscere monet: quoniam si ex rigida innascitur: alimentorum imprecatio pocius crescit q̄ decrescit: sed ex calorifica aduersa vt escarū in appetentia: eximia inedia,

ſitis, febriſq; valida, iniquorum vomitus ſuc-
corum intimantur ſic igitur Galenus, iecoris
defectione laborantium, aſſerta ſinthomata
eſſe, claudit. ❡ (qua in re) medicorum cri-
men, ac quæ inopinate medicus intus noſce-
re cohibetur, enudat: ipſi enim ludificatione
capti, iecinoralem ſolutionem, dyſenteriam
eſſe ſancierunt: Secundo q́ iecinoris apoſte-
ma accidentia conſequuntur, appende ſcilicet
q́ nec eadem ſicuti quæ dyſſenteriam aſſociā
tur, extant accidentia, q̄uis ambæ perturba-
tiones conſentiant, ac eorum accidentia vna
compaginentur: Tertio q́ medicus hæc veſti
gia animo repetere debet: & tali pacto cele-
berrimus ab afflictis amicis habebitur: præci
pue ſi his veſtigiis alia, quæ aliis conferunt,
connectas, vti eſt acerbitas quæ vſq; poſterio
rem ad coſtam aſcendit: in quo refragatus fur
culas interius attrahi, ſuſpicatur: anhelitus
ſpiſſus, puruſq; molitur. ❡ (Quum primū)
ſedem obturbatam, ac obturbationem ipſam
particularem per exercitationem portendere
inſudat: quæ autem ex his compendioſa reſe-
cari queunt in theoramatibus annotabuntur:
tu autem Galeni hiſtoriam lege. ❡ Poſtremo
(hæc ideo) ſuæ hiſtoriæ rationem adducit:
quæ quum innotandorum exaratione lucidius
illuſtretur: ſub ſilentio tranſeo.

Ex his hæc emergunt memorabilia.

¶ Peculiarem iecinoris actionem, probum gignere sanguinem, enunciat.

¶ Quum quatuor quacunq; in sede vt attractiua, retentiua expulsiua, alteratiua resideant facultates, quartam sanguificam esse, ꝓfitet.

¶ Octo intemperantias esse, prædicat.

¶ Ex intemperantiarum iecinoris excessu, iacturas quæ germinare solent, promulgat, puta ignea succos in eo conductos, ac per meseraicas vagantes assat, & adurit: rigida eos incrassat: ac ad motum, fluxumq; imobilitat, & pituitosos producit succos: Arida aridiores, crassioresq; succos, humida humidiores, gracilentosq; cōcitat.

¶ Egestionem lotura carnis fere inquinatam, iecur perturbatum esse, iactat.

¶ Primorum substantiam corporum ex quatuor qualitatum modestia esse, testatur.

¶ Vti per aluum eiecta, fæci sanguinis proportionalia, aut tenuia, & saniosa iecur oblectatum esse, pari passu fæci vini consimilia, iecur sanguinem incendere, indicare autumat.

¶ Egestionem primo saniosam, & cruentosam, deinde crassam, & melancholicum sanguinē: postremo puram accessuram atram bilem: quādoq; a iecoris gelida in principio in temperie sine febre, in processu vero cum febre, sangui

ne iam deprauato, moliri promit.

¶ Sicuti iecoralem ad fluxum ex eius hyemali intemperie congestum, escarum optatum annectitur, pari filo ex calorifica opposita vt eduliorum in appetentiā, sitim, vehementē febrē prauorū vomitum succorum cōuocari, sentit.

¶ Fæces saniosas, tenuis sanguinis, loturæ carnis consimiles, dolorem posteriorem ad costam ascendentem; pulsum spissum, paruūq;, exiguam tussim sputaminibus euolutam, in expiratione acerbitatis auctionem, dextra imparte præcordiorū grauitatis sensum, surculorum inferius tractionem, calorificum iecinoris apostema præsagire censet.

¶ Furculorum inferius tractionem, calida, duraq; apostemata consequi fatur.

¶ Medicus si quæ iudicanda extant, rite decernere cupiet, fortuna vobis secundam suggerēte occasionem, propria cuiuscumq; perturbationis accidentia, ac quæ aliis afflictionibus communia, & quæ semper afflictiones associantur quæ multoties; & quæ raro, quæ ve mediocriter, summo cum studio indiiudicando insistere committitur.

¶ Fortuna multoties magnæ laudis semitā suppeditat: tn̄ vulgus ob horriditatē ea fūgi, ignorat.

¶ Accidētia quædā necessario, quædā magna exparte affectū, & locū affectū cōsectari explorat

VERUM meminisse debetis generalium præceptorum, quæ & vniuersa appellantur, & quæ multorum specialium communia sunt, vt ea in particularibus proinde discernere discatis. Est igitur cõmunis sermo, quẽ inuenire proposui, de naturalibus facultatibus, quas in qualibet parte generatim quatuor esse didicistis. Primã voco attractricem, quæ peculiares parti succos, alendi ipsam gratia, & appetere, attrahere potest. Altera deinde est, quæ alteratrix dicitur, qua succus attractus similis euadit parti quæ alitur. Huic aliæ duæ ministrant: Retentrix, quæ suo munere fungitur, quando pars attractum succum coquit, donec in suam ipsius naturam eũ mutauerit. Et expultrix, quando a coctione, quod inutile est, excernit. idq; excrementum vocatur. Has itaq; facultates in qualibet affecta parte, vtrum validæ sint, an infirmæ consideretis hortor: vt in hepate, quoniam de hoc dicere instituimus vis attrahendi si quomodolibet afficiat̃, cibum in ventriculo iam in succum transmutatum relinquet, vt per aluum exacte confectus, liquidus, & haudquaq̃ exicca

tas excernatur. Atq; hoc quod ipsa affecta sit signũ vobis erit. Quicquid enim ab aliquo tanq̃ a causa procedit, id etiã illius signum esse constat. Hunc affectum nonnulli ad Mesareum pertinere autumant, vocantq; sic laborantes Mesaricos, eo q; vident cibum per venas mesareo & mesenterio intextas, trãsmitti, vt solebat, non posse, eodem seducti errore, quo ii qui manus eorũ, quos syncopa, vel cordis, vel stomachi vitio, prostrauit, affectas esse arbitrantur: vtpote quæ haudquaq̃ vt antea, munere suo fungantur. Quippe iecur, mesarei venis veluti manibus, quæ ex ventriculo ei cibum afferant, vtitur. Similiter etiam falluntur nonnulli, vbi crura resoluta sunt, ob affectum aliquem, eã spinæ partẽ, quæ iuxta lumbos est, infestãtem, quippe neglecta spina, cruribus remedia adhibẽt. Igit̃ si mesenteriũ vel inflãmatione, vel alio eiusmodi affectu laboret, hũc proprie ad ipsum referemus. si vero iecur ob imbecillitatẽ per venas suas cibũ allicere neq̃at, ñ mesẽterio, id ẽ lactib⁹ sed iecinoris, remedia sũt adaptãda: Quẽadmodũ ne resolutis q̃dẽ vel manib⁹, vel

crutibus, ob affectum qui in ſpina conſiſtit. Verum vbi vel inflãmatio, vel eryſipelas meſenterium afficit, haud ita difficile eſt diſcernere, ſi alui excrementa diligenter conſideres. Neq; enim ſolum qualia excerni diximus in iecinoris imbecillitate, quum ad ſeſe cibum trahere non poteſt, talia plane deiiciunt, ſed apparet ẽt, veluti ab inflãmatione, ſanies quædam admixta. Nam ab omni parte inflãmata, cui ſpiſſum, craſſumq; tegmen, non incũbit, in primis quidẽ tenuis ſanies defluit, quæ, concocta deinde inflãmatione, & craſſior, & puri ſimilior redditur. Quũ ergo nulla exiſtente in iecore inflammatione, huiuſmodi quippiam, cum excrementis ſucci ſpeciem conſequutis, deiicitur, in meſario affectum eſſe cenſendum eſt. Igitur vt non potente ob imbecillitatem hepate ſuccum a ventriculo attrahere, attrahendi facultas afficitur: ita quum retinere nequit, comprehendens, continensq; facultas, infirma putanda eſt. Proinde in primis quidẽ cruorem ſanioſum excerni videmus, poſtea vero craſſum, & fæculentum. Similiter aliæ quædam eue-

niunt excretiones, non quidem ob imbecillitatem, sed ob expultricis facultatis robur, ratione plenitudinis, & quidem sæpenumero integra etiandum constante valetudine. Sic plerunque pars aliqua, quũ affecta est, per hepar purgatur viribus ipsius iam factis robustioribus. quippe concoctis in ipsa vitiosis humoribus, sequitur excretio, sed ita sequitur, vt vtiles humores retineantur, expellantur vero inutiles. Atque sunt nonnulli qui huiusmodi vacuationes nominẽt cruentas dysenterias, quæ euenire solent quibusdam, vel mutilato aliquo membro, aut vbi quis in exercitatione educatus, ad ocium se conuerterit. Ac solet quoque mulieribus retentis menstruis huiusmodi per sedem vacuatio fieri. Atque interdum per vomitũ quoque eandem ob causam. Verum his sincerus sanguis excernitur, similis ei, qui ab hostia interfecta profundi consueuit, modo inferne per aluum, modo per superiores etiam partes. At per erysipelata, & inflãmationes, accedente concoctione, vitiosus, cœnosus, & putris, deiicitur. Atque vt in hepaticis affectibus (quanquam ra-

ro) medicamẽtorum auxilio, robustiore euadente iecinore, interdum deiiciuntur excrementa, tum colore, tum odore pessima, purgato ita viscere: sic eodem modo vrinæ quoq; deteriores redduntur. q̃bus imperiti medici nonnunquam decepti, grauis morbi periculum subesse arbitrantur. Et enim quibus sine ratiocinatione, rudis duntaxat experientia suffragatᷣ, de his quæ raro eueniunt experimenta habere non possunt, veluti eorum quæ sæpenumero accidunt facile meminerunt. Quod autem protracto per longum spatium morbo, apparentibusq; notis concoctionis, huiusmodi fiant euacuationes, non semel duntaxat, immo creberrime, ex enarrationib⁹, quas in Hippocratis opa edidimus, didicistis. Igitur quemadmodum retentrix facultas quum imbecillior est, ac rem quæ ipsam grauat, retinere nõ valet, vis expultrix id quod molestat euacuat, ita in firma expultrice, res quædã retineri solent, facultate retentrice non admodum grauata. Nam in quolibet instrumẽto, alias alia facultas, vel fortior fit, vel imbecillior, facta videlicet ad actioné rela

tione. si mõ vniuscuiusq; facultatis ratio-
tionẽ intellexerimus. Nã re vera tota semp
particula, secundũ tẽperamenti quod ei
frequentius inest, agit proprietatem. Ve-
rũ aliquando rẽ grauantem substinet, ac
longo temporis tractu eam vincit, confi-
cit, alterat, & concoquit. deinde rursus a-
lio tempore, rei infestantis vel qualitatem
vel multitudinem ferre non valens, ad ip
sius excretionem insurgit. Quemadmo-
dum rursus vbi interdum magna afficiẽ
molestia, ipsam rem molestantem deiice-
re cupiens viribus grauissime prostratis,
ob imbecillitatem id efficere non potest.
Igitur hæc omnia in quouis naturali in-
strumento perpendere, atq; mentem in ip
sis dignoscendis exercere debetis. Sic. n.
inuenietis partium quarundam affectus,
antea haudquaquam indagatos, veluti
folliculi quidem fel continentis. Si enim
(vt ostendimus) biliosum humorem ad se
trahit, quemadmodũ renes vti sanguinis
serũ, aut splen, id quod vini fecibus, aut
amurcæ similatur, accidit interdũ, vt ob
huius folliculi imbecillitatẽ, impurus fiat
sanguis, atque iccirco alia eueniat regij

morbi species, præter eas tres quas iam supra proposuimus. Ac nonnunquam ita repletur etiam (quẽadmodum vesica q̃ vrinæ est conceptaculum) vt euacuari nõ possit, aut quia obstructus est, aut quia secretoria ipsius facultas est imbecillior. Veluti etiam, quum obstructis, aut infirmis vasis, quæ ab ipso exorta, ora sua in hepar extendunt, biliosum humorem interdum attrahere non potest. Proinde excrementorum proprietatem in morbo regio considerare, perquam necessarium est. id enim non mediocre nobis ad huiusmodi notitias auxilium suppeditabit. Hæc equidem considerans inueni quorundam regio morbo affectorum excrementa, flaua bile vehementer colorata, similiter etiam & vrinas, itẽ per cutẽ quoq;, vt nonnullis plurimum flauæ bilis a balneo profundi, ita aliis plurimum ipsius retineri, ac perquam exiguum effundi cõperimus. Hanc rem si accuratiori experimento intelligere volueritis, nulla prius adhibita vnctione, homini sudorem strigili auferri iubete. videbitis profecto non eodem modo in omnibus, strigilis conca

uitatem impleri. vtpote quod in aliis magis aquosum atq̃ in aliis magis biliosum est. Itaque loci affecti notitia vobis multo erit dilucidior, si cum prædictis hanc quoque notam adiciatis. Quidam enim acuta biliosaq; febre laborans, die septimo multa flaua bile ad cutem transmissa, a morbo liberatus est, mansitq; sequentibus deinde diebus auriginosus. Itaque & excrementa, & vrinas considerauimus. vtrisque vero secundum naturam se habẽtibus, atque ob eam causam nullum visceris affectum declarantibus, venit in mentem, fieri posse, q̃ translata in cutem bilis crassior esset. qua ratione promotus, discere volui qualisnam esset sudor. illo aũt apparente aquoso, conieci bilem esse dissipari contumacem, præcepi itaq; laborãti, vt aqua suapte natura calida, & cui discutiendi vis esset, vteretur, ac præterea victum adhiberet humidiorem, qui humorum crassitudinem moderate posset extenuare. Hic autem bonam valetudinẽ consequutus est vnico auxilio, & notitia confirmata, & curatione absoluta. Quin etiam alium multam in strigili bilem relin

quere vidimus, vnde eam plurimam in vniuerso corpore procreari perpendentes, ipsum adhibita idonea curatione sanauimus. Quibus vero citra febrim morbus regius accidit, vrgente in dextra præcordiorum parte grauitatis cuiusdam sensu, iis omnibus aperiens (vt scitis) obstructiones & cibis, & potius, & medicamentis extenuantibus, deinde medicamentũ quod bilem ducere posset exhibens, eorum plurimos vna die sanitati restituim⁹. Qui vero purgatione liberari non potuerunt, iis rursus valentiore ad aperiendum data potione, medicamẽtum, quod vehementius purgaret, exhibui. Sic deinde sub fine purgationis cærulea potius quam flaua bilis, cum acri mordacitate secernebatur. In iis conieci fellis folliculum simili quopiã affectu laborare, qualis in vesica exuberante vrina interdũ fieri solet: etenim adeo multam nonnunquã recipit, vt nimis intenta nequeat eam, ꝙ in ipsa continetur, expellere. Verũ in vrinæ receptaculo (neque enim absurdum fuerit, vesicam ita nominare) bifariam id fieri solet. interdum ob excretoriæ facutatis

cultatis imbecillitatẽ. Interdũ vel ob grauem somnũ, vel negocia quæpiã, retenta vltra quam par est vrina, quæ deinde vesicam nimis intendens, hac ipsa ratione vires eius prosternere potest. At fellis folliculus, vtpote cui nullum succurrit ab animali facultate præsidium, vnicum habet imbecillitatis principium, veluti cætera quoque naturalia instrumenta, a partis intemperie ortum.

COMMEN XIIII

PRINCEPS hodierno intextu iecinoris dispendiis cardines imponere inuigilat, & sua in speculatione nec singulare asserit. Primo enunciatum quodam animo repetendum hortat, puta ꝙ vniuersalia recogitare theoremata oportet, vt per ea particularia agnoscere possis, quoniam particularium exercitatio necꝫ late tepide sine vniuersalium scientia moliri contigit, vt ipse etiam nono methodo med. cap. vi. olfecit. ℂ (Est igitur) quoddam commune pandit, ꝙ quacunqꝫ in sede corporis quatuor excogitantur virtutes: Quarum vna attractiua siue appetitiua fertur, quæ escas educandi impulsu, parti in escat familia-

res: ¶ Secunda alteratiua vel mutatiua intitulatur, per quam lactatus succus imparticulæ consimilem substantiam reiicitur. ¶ Aliæ vero binæ his subministrant, vt retentiua quæ suis fungitur partibus, quousq; quod ad eam hauritur, concoquitur. ¶ Quarta expultrix ascribitur, insudans quando excrementa ex alimentis concoctis, resecata excogitātur. ¶ (has itaq;) quæ medicus quacūq; in sede corporis percuntari compescitur, purgat, scilicet q̄ disseminatæ facultates quo pacto quocumq; in obluctato loco resideant, vtrum neruosæ, vel seniles, vti de iecore sedet animo, nam si secundum attractiuam facultatem refragatur, alimentum q̄uis in ventriculo probe concoctum repperiatur, iecoris attractiua huad alimentum chilificatum attrahet, sed in ventriculo deserit, & per viscera humidus, teinuisq; repellitur, quum aquositas eius minime arefacta extat, & hoc ex argumento a virtute emergente, diiudicari ponitur, quum in virium lapsum irruit, sed q̄ iecur aduersatum extat, ex hoc comprobat enunciato, nam omne quod ab aliquo prodit, quod eius conspicitur causa, est significatio eiusdem aquo est. ¶ (hunc) afflictio in qua esca honeste in vētriculo chilificata, ad intestina, & nec ad iecur. tanscendit, cui sedi sit ascribenda, expo

nit, vbi complura detegit, principaliter quorundam indicat rationem, quippe aliqui sentiunt, quod asserta contristatio obluctatis mesenraicis eroganda videtur, Secundo (eodem seducti) eam bifariam criminatur, nam perturbatio parti vendicanda perturbatæ, & sic si mesareum oppugnatum, ei & non iecinori largienda, vt pauloante intimati promulgabant, vnde hi vitio detinentur, sicuti illi qui syncopæ impulsu, ex ventriculo, vel corde cõcitatæ, manus esse exagitas sanciunt, cum manus vt assueuerunt, haud commouẽdi vim habeant verum hæ venæ q̃ inter ventriculum & intestina, atq; iecur contexuntur, quasi manus ad iecur conformantur, quum alimentũ ex ventriculo ei suggerant. ¶ Subsequenter eam, quo ad curationis modũ arcessit, quidã profecto pedibus in vigilabant, detrimento innuca vigente, eo quod ibi oblaniationem residere suspicarentur, quare nucam deserentes, pedibus sedulitatem imponunt; sic igitur recte explicati, insimulandi, quum non veram diiudicent sedem alienatam, nec proba fungantur dissipatione, quoniam si mesareum aliqua iactura vt apostemate vel alia laboret, tunc eam in eius essencia constructam esse conicere impellitur, & taliter si iecur eius defectionis inductu, escare non suppetit, ei ad-

minicula & haud mesareo adiicienda esse, si cut nec manibus, nec pedibus qui nucæ noxa resoluti inspiciuntur, sed nucæ imperat.
¶ (verum) mesenterii apostema per egestionē intus noscere monet, nā mesēterii errato eiectum, ab eo quod ex iecinoris maleficio, edulia allicere non sufficientis, inducitur, pro culdubio distinguitur, eoq; mesenterei apostematum egestio, cum sanie conglobata abigitur, q̧ tali testificatur medio, ab omni apostemata sede corporis, nisi solidū, crossumq; cohibeat vestimentum, vt ab apostemate initio subtilis desudetur sanies, necessarium esse fertur, & quando iam ipsum suæ concoctioni limites tribuerit, crassum, naturaliq; sanieiq; consimile quod excluditur, apparet, iccirco quum huiuscemodi egestionem taliterq; associatam, concoctamq; citra iecoris apostema aspicietis, tunc meseraicas refragatas esse, ꝓfiteri oportet. ¶ (igitur) iecoralem fluxum haud vnica ex causa germinare deuelat. Quarum vna ex eius contentiue imbecillitate enarratur: & ea tempestate egestio, in exordio cum sanguinis erugine constipata & post id cum crassiori quasi vini fæce intuetur. ¶ Alia ex virium eius potius affluentia, quam lapsu constituitur: puta quando in iecore aut praui, vel exundantes condu-

cuntur ſucci, quos facultas ipſa aut exuberan
tiæ ſuaſu, aut ex virium neruoſitate ad eos re
pellendos concitatur: & hic in integra incolu
mitate vt crebrius accidit, quare ſub infert q̄
multocies aliqua corporis ſedes cruciata ex-
cogitatur: & virtute roborata, quod in ea in-
fructuoſum, ſuperuacuū́q; copulatum extat,
per iecur abſterrit: fructuoſum vero ad ſe ip-
ſam allicit. ¶ Alia adiudicatur cauſa: quan-
do manus, aut alia corporis ſedes ſecata fue-
rit: aut de copioſa exercitatione inquietem ſe
ſtinatur. ¶ Vel quia aliqua ſanguinis aſſidua
ta emanatio vt in fæminis menſalis, in viris
autem emorrhoidalis ſuppreſſa extitit, aliqui
bus per vomitum, nam ſanguis aliquam ad
corporis partem tranſgredi aſſuetus, cum nō
tranſcendit, aut quandam per ſedem expur-
gari conſuetus, & haud expurgatur: eo tem-
pore cumulatius naturam premens, ipſam ad
extremum per inteſtinū expulſionem, ſolici
tat: & iecorale germinat profluuium, verum
hoc ab aliis in colore abhorret: cum cūctis in
his ſanguis ſyncerus con ſimilis ſanguini qui
in occiſis per ſacrificia defluit, vt modo per
aluum, & modo per vomitum explicatur: pari
ter in perturbationibus de flegmonum, vel
eriſipilæ genere vigentibus: concoctione ab-
ſoluta, verſutus, cœnoſuſq;, & putris libera-

tur. ¶ Aliquando in iecoris oppugnationibus molitur: quando ex medicamento deuorato, virtus roboratur: & quæ in eo conducta excogitantur, abigit: & tunc quoddam pessimum colore, odoreq; deiicitur: ex diluto visce re. ¶ Idem in vrinæ affluentia, deturpatoq; colore cernitur: ex quo empirici illusi: hos cruciatos vitæ naufragio approperatos esse coniiciunt. ¶ (Verum) quoddam affert me morabile: quod in normarum annotatione annotabitur. ¶ (quod) singulare ex assertis efficit: videlicet q̃ præcursæ iecoris solutiones, macronoxias perturbationes vi naturæ, aut afflictionis vt ex Hippocratis conspiratis actenditur, consectari assueuerunt.

¶ (Igitur) quoddam buccinat haud particulare, q̃ quecumq; corporis sedes quum sua amoderantia exterminatur, si vna quatuor fa cultatum senilis excogitatur, alia vero iuue nilis repperitur, vtpote si retentiua, quæ ipsam coangustant, imbecillitatis inductu, substine re nequit: tunc expultrix ad repellendum ner uosæ insurgit, & econuerso: quod princeps te stificatur, quoniam quæcumq; corporis parti cula sua spontanea fungens valetudine, vt crebrius familiarem subministrat actionem, quare naturalem integritatem, frequentiãq; suis astruxit assertis, detegit: nam quandoq;

detentiua vis rem eam arctantem, longo tem pestatis spatio, quousq; eam conflexerit, con coxeritq;, tolerat: & alio in tempore ipsam perpeti fluctuans, verum ab affluentia, qualitateq; sollicitata: impetuoso, celerrimoq; motu eius ad inhibitionem concitatur: & quandoq; vires taliter demolitæ inuentur: vt etiã are mirifice vrente discruciatæ: eam submouere vacillent: sic igitur ꝓbitas, improbitasq; operationis ex partis eucrasia, & in eucrasia prodient. ¶ (Igitur) hæc prædiffusa medicus indagare insudet: in quibus memoriam, rationemq; submictere debet: promulgat: fatur quidem, ꝙ cuicũq; naturali sedi insistere cogitur: & tunc partium contristationes aprilcis minime rimatas excogitabit: videlicet fellis refragationes nec speculauerunt: quum vt enarratum extitit, fel biliosos ad se inescat succos, renes aquaticos, & lien vti vini fæcẽ, & olei amarucam. vsu euenit aliquando vt fellis folliculi tanta amollitie detineantur, ita vt bilem allicere haud suppetant: sed cũ cruore admissa, ipse adiunctus ad sedes defertur, vnde quarta regiæ perturbationis emergit species, q̃uis ad tres vt citrinam, nigram viridem duntaxat per stringãtur: tamen hic princeps quartam conspirat: alii vero doctores non nisi binas vt citrinam, & nigram orsi sue

re, tertiam ex his molitam deseruerunt.
¶ (Ac non numq̃) regiæ dispositionis causas expedit: principalem fellis exundantiam adiudicat: sicut de vesica vrina exatiata persuasum habetur: quare quum bilis a felle dispuitur: cum sanguine assumitur: & regia germinabit aduersatio. ¶ aut ex accessus coarctatione, vt ipsa transcendi nequeat, machinatur. ¶ Vel quia auersiua virtus ita fluida euasit, vt eam propellere renuerit, & hæ quãtum ex fellis essentia constituuntur. ¶ Aliæ ex viarum crimine, quæ geminæ exponuntur, vel obturatio, aut earum lassitudo: ex quibus bilis in iecinore cõgesta, vt innatam ad sedem decurrat, reluctatur. ¶ (Proinde) bina reserat, & quæ medicus regia in passione sciscitari compescitur: & tria cõcitat, egestionem cuius coloris ea impurgata elucet: Secundo cutem. Tertio lauacri aquam in qua madefiunt, nam iis ex vestigiis sedem esse obluctatam diiudicare potes, quoniam si tenebrosæ intuentur, lienem esse perturbatum, testimonium reddunt, & ita de reliquis. Secũdo (q̃dam) vt dilucidius sua comprehendãtur loquuta, filiũ situat, in quo hæc attendit, ꝙ quẽdam regia ab afflictione obsessum cum lauacro incolumen reddidit, alium cum oblectamentis bilem educentem, aliisq; præsidiis, q̃

lege. ¶ (Verum) inter vesicam & fel collationem seminat, nam vesicæ obuiat, q ex vrina exundanti suppressa, vesica ita protrahitur, vt eam in fugā vertere nequeat, quod bifariam innascitur, aut expultricis destitutione, vel torpida quiete, aliaq; circa agibilia studio, vt vrinam fugare minime animo repetat, aut si repetit, renunciat, quare vrina: ita vberius conducta vires vesicæ labefacit, vt eam auertere nequeat, Sed in felle aliter sentitur, quum non ab vnico sua inactione suffragium vendicet, consequitur igitur, vt eius imbecillitas singulari duntaxat scilicet intemperie prodeat a causa, vti aliis in locis vulgatur.

Ex his hæc compilantur præcepta.

¶ Vniuersalis reconciliare doctrinæ monet, vt eius lumine particulari fungendi potestatem habeas.

¶ Bis gemina quacumq; in sede corporis vt attractiuam, alteratiuam, retentiuam, expultricem residere facultates princeps testatur.

¶ Vnum quod de indagandis a medico cohibetur, erit, vtrum quatuor quacūq; in corporis parte compaginatæ virtutes, fluxæ, vel neruosæ vigeant.

¶ Si iecinoris attractiua refragatur, alimentū in ventriculo chilificatum deseritur, & graci-

lentum, aquosum ad intestina præcipitari, autumat.

Omne quod ab aliquo tanq̃ a causa innascitur id quidem a quo est, eiusdem significati esse, promulgat.

Leuamina sedem circa perturbatam adhibenda esse, committit.

Meseraicas venas inter ventriculum, intestina, iecurq; contextas esse, & vti manus ad iecur chilum porrigere fatur.

Egestio vt vestigium ad mesarei apostema diiudicandum, statuitur.

Quælibet corporis pars ab apostemate detẽta, si membranam non cohibet crassam: in exordio subtilem saniem, in coctionis spatio crassam pellere cogitur.

Concocta, saniosaq; egestio, cum iecinoris inuiolatione, mesareum ab apostemate cruciatum esse, portendit.

Iecinoralem fluxum ex his aut contentiue iecoris mollicie, vel expultricis robore, aut partis diuulsione vel assuetæ insudationis destitutione, aut crebræ euacuationis denegatione, vel medicamentorum epotione germinare, prædicat.

Qui nudis citra rationem nauant experimẽtis, ea quæ haud sepe contigunt, dignoscere nequeunt, & nihil suæ adaptant menti, nisi

quæ assidue approbauerunt.

¶ Iecorales solutiones, macronoxias consecta-ri perturbationes iactat.

¶ Hoc cuicunq; corporis sedi sua a naturali tẽ-perie relegatæ, peculiare cõstituitur, scilicet si vna quatuor assertarum facultatum langui da excogitatur, alia vero neruosa permanet.

¶ Vti operationis decentiam ex loci modestia, pari passu indecentiam ex immoderantia pul-lulari, conijcit.

¶ Valida vis a succorum exundatia, qualitateq; solicitata, effrenato impulsu eorum ad sub-motionem concitatur, secus autem quum se-nilitate laborat.

¶ Medicus vt locorum contristationes, locaq; contristata agnoscat, cogitatiuam, memora-tiuamq; quacumq; in sede naturali elaborare, imperat.

¶ Regiæ afflictionis quatuor esse species pro-fitetur.

¶ Ex fellis errato, eius affluentiam, aut meatus obstructionem, vel expultricis lapsum, viarũ vero iactura, earum obturationem, aut imbe-cillitatem regiam dispositionem commoue-re, enarrat.

¶ Tria regia in passione, egestionem, corporis cutem, aquam lauacri intueri hortatur, quæ sedem alienatam attestari, ortus est.

¶ Vrina, eius expulsiuæ imbecillitate; aut visus nocturni grauitate, aut alia circa tractabilia sedulitate, in vesica cumulatius conducitur, quæ vesicam taliter protrahit, viresq; eius demolitur, vt eam arcere nequeat.

¶ Fel non nisi ab intemperie defectionem adipisci præmit.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA, LIBER SEXTVS.

De affectibus lienis.



EX iis quæ de iecinore diximus, facile inuenientur notæ, quibus lienis affectus discernantur. Præsertim quum ipsius inflãmationes ob duritiem facile tangendo deprehendantur. Quum itaque splen multa habeat accidẽtia cum hepate communia, illa nulla re differre videntur, nisi quod quædam magis, quædam vero minus, alterutri eueni re solent. Nam quod ad coloris rationem pertinet, vniuersum corpus, vbi splen im

becillitate affectus est, magis nigricare videtur. Nam hoc ei natura officium dedit, vt melancholicum sanguinem ex hepate ad sese attrahat, quo ipsum ali iam demõstratum est. Igitur attrahendi facultate facta imbecilliore, sanguis ex iecore in vniuersum corpus impurus transmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quinetiã hepatis exemplo, sæpenumero excrementa quædam ex se reiicit, ita vt vomitione, cui nausea quoque accedit, melancholicum sanguinem excernat, qui interdum per inferiora quoque decedere videtur. At huiusmodi vacuatione suppressa, nõnulli mœstitia melancholica vexãtur, atq; cibos auidissime concupiscunt, idq; præcipue si valde fuerint acida, quæ ad ventriculũ transferuntur excrementa. Quod si alia accidat humoris melancholici corruptio, euerti deiiciq; appetentiã videas. Quod vero indurato ipso, aqua inter cutem effundi possit, consentiente iecinore, iam antea dictum est. Quinetiam laborante aliquando vtroq; viscere, regium morbum euenire cõspeximus, nigriore, q̃ pro consuetudine, subsequente colore

ita vt putaretur flaua bilis fuligini esse pmixta. atq; medici quidam iecur nullo affectu tum laborare existimãtes, dubitant quomodo a splene morbus regius nasci possit. Quemadmodum sunt qui a solo liene indurato, nullo existente in iecinore vitio, aquam inter cutem fieri posse arbitrantur. Haud secus hallucinari cõsueuerunt, in ea quoque aquæ inter cutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur quippe ab iis iecur, calida & sæpenumero, sicca quoque intemperie tam grauiter afficitur, vt cibum in sanguinem transmutare nequeat. Atq; ne in iis quidem iecur affici existimant, ab Erasistrato accepta consuetudine, vt nullam partem affici arbitrentur, nisi vel tumor quispiam, vel vlcus in ipso consistat. Verum id illis concedendum est, qui existiment nullũ ab intemperie morbum fieri. At medici qui sequuntur ea, quæ manifeste apparent, qui & refrigerata parte quapiam accidentia quædam fieri suspicantur, admiratione digni sunt, q aquam inter cutem consistere posse putant, ne vnico quidẽ loco affecto. Si enim ob id quod nullus

est in hepate tumor, ipsum haudquaquã affectum esse existimant, neque aliarum partium vlla afficietur, in his qui aqua frigida vitiosa epota, mox aqua inter cutẽ corripiuntur. quippe noxam infert internis partibus aqua sic ingesta, alias aliis, sed præcipue & in primis, ei quæ forte fortuna eo tempore reliquis fuerit imbecillior. verum nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutem subsequi potest minime. Sic splenis quoq; vitio aqua intercutem nonnunquam euenire consueuit: aut quum tumor quispiã, vt scirrhus, ipsum refrigerat, aut vbi citra tumorem refrigeratum est, vt quum quis aquam frigidã, & vitiosam, affatim & importune potauerit. Quod vero melancholica mœstitia, ipso huiusmodi excrementa ad os vẽtriculi transmittẽte, proueniat, antea, vbi hãc rem tractauimus, iam dictum est. Quã obrem in hoc viscere diutius nobis immorandum non est, quum eius instrumẽtales affectus rationali dignotione nõ indigeant. qui vero ab intemperie proficiscuntur, partim ex iis quæ iam diximus, partim ex ea doctrina quam supra deieci

nore proposuimus, noti sint. Nam alii q̃dem nominatim sunt explicari, alii vero qui similiter vtilli cōsistunt, similē quoq; habebunt dignotionem.

COMMEN. I

PRAESENS sextus locis de affectis codex, quem meditari, vt cæteros anteriores consti tui, quippe de perturbationum a iecinore inferius speculari exorditur, & præcipue de lienis afflictionibus, & hoc efficaci a causa minime euolutum, quoniam quum in quinti libri limite, de aqua inter cutim, regioq; morbo princeps agitasset, & regia contristatio præsertim tenebrosa vt crebrius ex lienis dispendio ꝓdeat, ac etiam quælibet hydropisis species essencialem in splene iacturam tanq̃ causam ventriculo, aut iecori impartientem cohibere ponitur, sic igitur assertarum ad perturbationum eximiorem doctrinam, resolutiuum per cursum in lienis iniquarum dispositionum descendere expedit, quæ perpetim intimatorum affectuum causæ intuentur, vnde complura sua in oratione detegit, antecedenter lienis laniationem agnitionis habilitatem exponit, vt cum cōspirat, q̃ ex iis quæ de hepate tractauimus, leuiter signa inuenientur,

entur: quibus splenis affectus intus noscãtur: & singulariter si in splene flegmõ fuerit durũ: eo q̄ tactu discerni potest. ¶ (quum) lienis, iecinoris refragationum cõsensum, abhorrẽtiamq; promulgat: quoniam horum viscerum vexationes, quædam vnanimes extant, aliæ vero secundum magis & minus dissonant: nã cum lienis afflictio eius ex mollicie germinat vniuersi corporis color magis tenebrosus deformatur, quod hoc pugnat medio: quia vt ex iecore atram bilem sui pro educatione alliciat cruorem, lienis peculiares ascribuntur vices. quare si huiuscemodi lactatiua facultas in senilitatem labatur: atra bilis sanguis destitutus, vnde quaq; per corpus a iecinore disseminatur: sic igitur totius corporis color eclypseus profanatur: ex quo singularis regie perturbationis molitur species, quæ tenebrosa perhibetur. ¶ (quin) q̄ aliene vti a iecinore quoddam melancholicum abigitur supernacuum denudat vt aliqua tempestate vomitus, abhominationisq; impulsu, quandoq; inferiorem per sedem eum repellit: ex cuius cohartata euacuatione complura pullulant detrimenta: vt nonnulli atra bili a mestitia torquẽtur: verum cum quibusdam inmensa escarum concitur cupiditas: vt si succus ad ventriculum decurrens, acetosus excogitatur, quandoq;

aa

rapacitas ipsa prosternitur:& hoc ex succi absurditate, appetentiam radicitus diruentis: qua de re lienetica in oblutatione alimentorum auiditatem quandoq; astrui, aliquando demoliri persuasum habetur. ℂ (quod) gemina deuelat, vtpote si lien scirrhosum inhibet apostema, connexionis eius cum iecore impulsu, aquam inter cutem excitabit. Secundo q quum ambæ sedes aduersantur, potius tenebrosa q̃ iecoralis emanabit perturbatio, cuius ratio tali asseritur filo: quoniam si bina viscera, gelida, vel ignea alienantur intemperie: si antecedenti, sanguinem congelant: si subassociata, adurunt, vt ipsemet Galenus primo de crisi, olfecit vbi de locii tenebrositate ratiocinat: itaq; taliter debitum pensitatur. ℂ (Atq;) intimata princeps illustrare perquirens: aliorum, post id suum promulgat iudicium quidam medici abiecte, ex lienis dispendio, iecore sospite vigente, contristationem germinare regiam, sanciunt, vti eiusdẽ ex immitie, iecinore haud refragato, hydropisin gigni præmebant. ℂ Alii de aqua inter cutem quæ lacerationes consectatur acutas dimicabant: quoniam his in vexationib⁹; iecur tam ardenti qualitate oppugnatur, vt escas probum in sanguinem reiicere deneget: (Atq;) ii etiam iactant, q percuntatis in ob-

turbationibus iecur non vexatur: Erasistrati sectam coniurantes: qui sedem aliquam perturbari haud secus, atq; præternaturam crossicie, aut vlcere testantur: qua propter cum sagacibus in macerationibus nullum horum in iecinore repperiatur, ꝙ non afficitur, profitendum elucet: (verum) appendit Galenus ꝙ hoc, sectam Erasistrati comitantibus scilicet ꝙ iecur discruciationibus in acutis nec repugnatur, tribuendum esse autumat: quum secũdum eos eucrasialis afflictio minime excogitetur: (At medici) aliorum vim animi reserat, qui quum quæ in propatulo extant, consequuntur, alicuius ex sedis bruma perturbationem machinari coniiciunt: ℭ (Admiratione) assertorum rationem insimulat: nam nec modica princeps detinetur admiratione: quo pacto aqua inter cutem, nulla corporis parte oblaniata, rigide ex deuoratione serpi possit: quoniam si ex pruinosæ potione, in aqua inter cutẽ iecur non obuititur: eo ꝙ nec aliquis in eo construitur tumor: igitur in hyemalis aquæ epotione, nec aliquis corporis locus vexatus adiudicandus apparet: quod erubescendum statuitur: cum glacialis aqua inopinate in tempestiueq; hausta internis in corporis partibus iacturam impartitur: & hoc per partem post partem, præsertim ea tempesta

te languidi magis obsistendo, loco quousq; pruina iecur percutiat, nam si rigiditas ad iecur non transcenderet, minime aqua inter cutem germinaret: quum hanc citra eius crimē congeri, proculdubio renuunt. ❡ (Sic splenis) agitatam laniationem lienis errato, bifariam moliri fulget: & ex eius inhumano præternaturam tumore in eo conducto, iecur vbertim gelidante: & ex aquæ pruinosæ intemperaneæ, affluentisq; voratione. ex cuius impulsu, iecur hyemalē in eucrasiam præcipitatur: & nec decentem cruorem, sed ineptum alitioni gignit, vnde vniuersalis innascitur tumor. ❡ (quod) quædam animo repetit, quæ eorum euidentiæ causa, conticesco.

Ex his hæc decerpo theoremata.

❡ Lienis pturbationes ꝓcliue diiudicari sentit.

❡ Lienis lactatiuam languidam, regiam solicitare afflictionem orsus est.

❡ Lien vt a iecore cruorem inescet atram bilem a natura tributum esse, gloriatur.

❡ Quum lien eclyspatum sanguinē, quandoq; per vomitum, aliquando per aluum excludi assueuit, si in hoc reluctatur; tenebrosam pullulari confusionem testatur.

❡ Splenetica in vexatione alimentorum auiditatem, ex materiæ absurditate, quandoq; roborari, aliquando conquassari profitetur.

¶ Ex lienis, iecorisq; refragatione, caliginosam potius, regiam dispositionem, quam biliosam explicari, prædicat.

¶ Afflictionibus in acutis aquam inter cutem iecinoris calorifica ab intemperie produci, fas.

¶ Erasistrati sectæ insudantes, sedem non qualitatiua iactura, sed præternaturam tumore, aut vlcere duntaxat perturbari, clamant.

¶ Aquam inter cutem ex glacialis aquæ, inhonesteq; haustu innatam, per partium contactum, vna aliæ gelliditatem subministrante, donec iecori obuiauerit, moliri, testimoniū reddit.

¶ Aquam inter cutem ex pruinosæ aquæ haustu commotam, citra iecoris brumam nequaquam machinari posse, promulgat.

¶ Lien bifariam & eius scirrhoso præternaturā tumore, & aquæ immodestæ absumptione, tumorem excitare vniuersalem iactat.

De ventriculi & intestinorum affectibus.

QVum de ventriculi affectibus, superiore libro loqueremur, in duas maximas ipsum partes secari diximus. quarum altera quæ superior est, gulæ continua est ex multis neruis sensificis contexta, altera vero huic continua, ad intestinorū vsque

exortum extenditur. Porro sicut vtraque in animalibus proprio munere fungitur, ac pro vtilitatis differentia diuersa eis eueniunt accidentia, ad eundem modū quicunque affectus communiter tum similaribus, tum instrumentalibus partibus aduenire solent, ii etiam iis tum inter se, tum etiam cum vniuersis intestinis, cōmunes esse censentur. Verum accidentium similitudo, non solum in iis inter se, sed etiam in vicinis quoque partibus, quæ ipsa attingunt, inuenitur. qualis est renū, & coli communicatio, atque horum nonnulla sedem affectam habent cognitu facilem, vt dysenteria & tinesmus. Sane in præsentia nomen dysenteriæ proprie audire oportet, vtpote quod ex appellatione ipsa intestinorū, vlcus significat. Neque enim affatim fit huiusmodi affectus, id quod in eo quem hepatis vitio accidere diximus, fieri solet: atque proprias etiam habet notas. Etenim protinus ab ipsius initio, bilis mordax secernitur, quam deinde interaneorum abrasiones sequūtur, postea paulum cruoris simul excerni videtur, quando videlicet affectus ipse iam disenteria

esse censetur. Quum itaque huiusmodi abrasiones solæ excernuntur, considerandum est, num pingue quippiam simul cũ ipsis deiiciatur. ita enim in crassis intestinis vlcus consistere credendum est. Vbi vero cruorem quoque excerni videris, intueri oportet, vtrum is reliquis excrementis ita sit admixtus, vt vniuersus misceat vniuersis, an pars eius aliqua reliquis supernatet, etenim si admixtus est, in superioribus: si vero supernatat, in humilioribus intestinis vlcus esse portendit. Ac idẽ quoque in abrasis excrementis videre est, verum non ita manifeste vt in cruore. Similis etiam de crustulis ratio est. nam & ipsa, quod intestinum fuerit oblæsum, declarant, tum ab essentia propria, tum ex modo, quo vel commisceri reliquis excrementis, vel vni eorum parti supernatare videntur. Cæterum non mediocriter conducit ad curationem nosse in qua intestinorum parte consistat vlcus. Nam si in superioribus intestinis est, ab epotis medicamentis præsidium petendum est, si vero in humilioribus, clysterem subiicere magis conuenit. At huiusmodi dysente-

fate mun- cosorum

riæ, ab his, quæ ab hepate profluunt, ita discernuntur. Nam ab initio tenuis sanies sanguinis ab hepate deiicitur, deinde aucto malo, crassus humor fæcib⁹ vini haud absimilis. Præterea quod in hepaticis excretionibus nihil abrasum expellitur, atq; interdum duorum, aut trium dierum interuallo, supprimitur euacuatio. dein de rursus redit malum, atque excernũtur excrementa, prioribus multo peiora. id vero per intestinorum vlcera haudquaquã apparet. quippe in iis neque affatim, neque ex longis temporum interuallis laborantes deiicere consueuerunt. Atque vlcera quæ, in recto intestino oriuntur (tinesmum vocant) vehementi quidem tensione & prompta deiiciendi cupiditate infestant, paucii admodum sequentibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitosa & pinguia, progressu vero temporis ét ramenti specie deiiciuntur sed per totum morbi spatium, iis quæ a supernis descendunt, haudquaquam misceri videntur.
Scribunt nonnulli quod a forti excernendi conatu, præcedente dolore vehementi, aliqui lapides callosos deiecerunt, iis

qui in vesica nascuntur, haud absimiles, id quod neq; ego vidi, neque alium qui viderit vnquam, audiui. Sed coli vehemẽtem dolorem sæpenumero conspexi, medicis illum non ad colum, sed ad renes ptinere putantibus, veluti renum quoque cruciatus, ad colum referre videntur. Sũt qui omnino negent, in sinistris partibus colicam dispositionem euenire posse. Igitur vt initio, horum affectuum distinctio difficilis est, ita hoc tempore, non ita magnam præsidiorum differentiam ipsi requirunt. Itaque accidentia, quorũ magna est in his affectibus copia, diligenter intueri oportet. Nam & nausea, & vomitus vrgent, sed multo grauiores, & magis assidui, dolente colo. Euomuntq; ita laborantes, pituitosa quædã, atque corrupta, hac in re nephriticos longe superantes, ac retinent etiam magis excrementa, vt ne flatum quidem, neque etiam tuctũ, excernere possint. Sæpenumero etiam veluti circuire videtur dolor, atque plurima loca occupare, qui modo in hac, modo in illa parte vehementior fit, nephritici vero dolores, eodem in loco stabiles in

giter infestant. Quum itaque dolor in loco fuerit renibus altiore, manifestum colicæ indicium portendit. Si vero in vno loco, vbi scilicet renes ponuntur, stabilis cōstiterit, nihil ad noticiā potest positus ipse conferre. proinde cum his notis, quas nuper percurrimus, vrinæ quoque considerandæ sunt. Nam nephritici ab initio dilutas, purasq; reddunt vrinas, deinde sequentibus diebus, crassum aliquid in ipsis subsidere videtur. Demū omnino arenosæ minguntur. At in colica, si quid ab aluo deiicitur, id flatuosum quodammodo est, & sæpenumero aquæ supernatare consueuit, similem habens bululo stercori consistentiam. Quinetiam colicorum cruciatus multo magis q̄ nephriticorum lenientibus mitigantur clysteribus. Atq; euenit interdum, vt frigido aliquo humore simul eiecto, illico quiescant eritq; mitigans præsidium, non mitigans tantum sed etiam curatiuum & prognosticum. Porro vt hi frigidum humorem aluo excernente, ita nephrinitici cum vrina lapide exeunte, & a dolore liberātur, & simul locum affectum ostendunt. Itaque nihil

relinquitur, nisi vt prouideatur, ne postea tam facile affici possint. Nam vt perseuerante dolore, vtraque pars eisdem indiget præsidiis: ita tempore subsequente oportet diuersa auxilia adhibere. Quapropter nullum, quod ad curationis rationem pertinet, committetis errorem, si in prima protinus horum morborum accessione, eos difficulter discernatis, eo quod tum neque extrinsecus, neque intrinsecus, differentibus egent auxiliis, qđ satis sit, ea quæ dolorem lenire possint, adhibere. Quum autem omnia intestina ordine quodam a ventriculo descendāt, atque omnium supremum ieiunum sit, deinde quod tenue vocatur, postea cæcū quod vsq; ad infernas partes extenditur, deinde colum, quod ad superiores reuertitur partes, donec sæpenumero & lienē, & iecur attingat: satis mirari non possum, quomodo non solum medici fere omnes sed etiam populares, vehementissimos quosque dolores, in quacunque parte euenerint, ad colum referant. Id quod mihi quoque verisimile visum est. Sed quū causam quærerem, cur tam vehemēs, tāq;

perseuerans esset dolor: non simpliciter huic assertioni credere potui. Neq̃ enim similiter, vt in renibus, atque vreteris impacto lapide, ingentes dolores in transitu excitantur, sic & in tenuibus intestinis rationi consentaneum esse censebis, frigidos spiritus retentos, atq; similes iis humores, dolorem in ipsis efficere. Nam tenuiũ intestinorum tunicæ rara tenuiq; essentia constant, vt non ita diu huiusmodi causas continere possint. Ergo probabile est frigidum eundéq; crassum, aut viscosum humorem, aut flatuosum spiritum, in corpore crasso, densoq; genitum, sed egredi nequeuntem, dolorem excitare: vehemẽtem quidem, geminam ob causam, intemperantiam, & corporum, quibus continetur, tentionem: longum vero, quia difficulter vacuatur. nam corpora ambientia, tum ob crassitudinem, tum spissitudinẽ, ipsum arcere possunt. Atq; interdum alii quoque dolores, & quidem vehementissimi in sublimioribus intestinorum partibus eueniunt, grauiter vomitionibus cruciantes, adeo vt nonnulli sub fine stercus quoq; euomere conspiciantur, a quo affe

ctu vix vnq̃ aliquis potuit sanus euadere. Hunc Ileon, id est voluulum, vocant, nónulli etiam chordapson, quum, scilicet tumor aliquis eminet, in tenuiũ intestinorum parte, vt videatur intestinum ad chordæ similitudinem conuolutum. Itaq; nó ab re visum est medicis antiquiorib⁹, vel ab inflammatione, vel obstructione aridi stercoris, huiusmodi tenuiũ intestinorum affectus oriri. Sunt alia quoq; accidentia, quæ quidem haud absurde, & intestinis, & ventriculo, simul affectis euenire credũtur, vt quas Lienterias, id est læuitates intestinorum, Cœliacas, id est ventrales, nominant. quum videlicet materiæ nequaq̃ sunt mordaces. Nã vt mordaces, ob mordendi vim omnia intestina ad excretioné excitant: ita non mordaces intestinorum imbecillitatem sequi consueuerunt. quia retinere contenta, ne exiguo quidem tépore possunt. Siquidem illico excernunt ea, perinde ac si graue aliquod onus deponerent, haud secus quam in distillatione vrinæ contingit. Nam & in hac, modo ob acrimoniam, & vellicationem, vesica iugiter, quicquid ad eam peruenit, secer

nit: modo ob id quod molem ipsius vel exiguam substinere nequit. Cæterum a quibus causis intestinorum læuitas proueniat, alibi particulatim ostendimus, præter ea quæ in libris de curandi via & ratione, de naturalibus facultatibus, & de accidentium causis iam dixeramus. Etenim hunc librum non incœpimus, vt causas, quæ morbos efficiunt, sed vt affectorum locorum, qui & tactus & visus iudicium effugiunt, notas perstringeremus. At qa ad exactam horum notitiam, etiam de ipsis dispositionibus interdum aliquid dicere coactus sum: iccirco de causis quoq; quæ ipsas efficiunt, mētionem facere nō sum grauatus. Itaque sermoni de intestinorum affectibus finem imponamus. Sūt enim ipsis affectibus quidam cognitu faciles, qui scilicet cum prædictis communes habent notas. Nam abscessuum, inflāmationū, scirrhorū, inflationū, erysipelatum indicia omnibus cognita quum in vētriculi locis apparent & affectus ipsius atque simul affectæ sedis notitiā ostēdunt. Sed de iis iam antea satis dictum est.

COMMEN. II.

DE ventriculi, iecinoris perturbationibus, ac sedium quæ iecoris receptacula adaptantur, vt lienis, fellis præassumpto sermone, hac tẽpestate de viscerum cõtristationibus scilicet dysenteria, tinesmo, lienteria & diaria sciscitari insudat: quare in exordio, quæ superius prompserat, recogitat & hoc (quum) & tria expedit: vt ventriculum ingeminos diuellicardines: vnus ex compluribus sensibilibus constructꝰ est neruis, meriq; compaginatus: alius quippe ad intestinorum ortum protrahitur, inferiusq; subiicitur. ¶ Secundo vti vnusqsq; sua familiari fungitur actione, paripassu ex eorum compendio, accidentium ab horrẽtias perpeti per opus est. ¶ Tertio ꝙ cunctæ afflitiones quæ similibus, dissimilibusq; obsistere assueuerunt partibus, eædem etiam & in intestinis erogantur. ¶ (sane) de dysenteria aliqua reconciliat: vt ꝙ dysenteria intestinorum vlcus ascribatur: Secundo argumenta detegit, quæ eam inuasuram vel inuasam esse testantur: quoniam ipsa nec vbertim, vti quæ ex iecore refragato prodit, machinatur, immo in initio mordax bilis eiicitur: post id intestinorum rosura, demum quum ea sanguinis

exiguum conducitur, & hoc quum vlcus iam constructum excogitatur: pro quorum euidẽtia animum adhibere compellimur: primo ꝙ si cruoris per aluum liberatio, copiose intuef, haud viscerum, sed iecoralem portendit dysenteriam: qua de re insinuare sedet animo, ꝙ asserta dilaceratio binas cohibet species, vna abunde obuians. quæ ex vasorum affluentem cruorem coarctantium disiuntione, germinat: reliqua vero minutim contigit, cuius causa singularis resolutio aliquo a succo corrodente effecta adiudicatur: quæ vti gradatim erodit, pariter paulisper sanguinem emanare compescit. ¶ Secundo causa quare biliosus succus celerius quam salsus, & nitrosus q̃ atra bilis corrodat extat: quia principalis festino, extremus macronoxio, secundus vero medio concitatur motu. ¶ Tertio (quũ itaq;) quibus in visceribus dysenteria resideat, per deiiecta purgat: principaliter per rasurã quũ pinguedine conglobatam: nam si taliter conspicitur, vlcera crassis in intestinis congesta esse haud te fugiat: Secundo per cortices quũ cruore copulatas· si enim contexta repellunt, tunc vlcera supernis in intestinis, si natauerint in infernis congesta esse, testimonium reddunt. ¶ Tertio rasure speciem perpende, quis nec ita lucide intestinum obluctatum, vt

cruor testatur: si rasura cortices includat crassas & eximias: vexatio crassis ĩ visceribus & e conuerso cõstringitur. Et princeps Auic. crassas rasuras ꝑpetuo a crassis, & gracilentas iugiter gracilẽtis a visceribus resecari orsus est, connectit iugiter, quia vsu contigit, ꝙ a crassis tenuis decidatur cortex, ꝑcipue secundum abrasionis initium, & cortices inmensi, vt plurimum ex crassis, & exigue a tenuibus: ꝓmulgauit, vt plurimum: quia a gracilentis quandoq; summi suple, & conplures sæpenumero a crassis, & pauci a subtilibus resecantur.

¶ (cæterum) sedis affectæ scientiæ compendium pandit: quoniam erosi visceris euidentia, in afflictionis dissipatione, ingentem suggerit fructum: quum vlcera si supernis in intestinis conseruntur, eandem per regionem: si infernis per inferius adminicula imploranda esse, sentit. vt enucleantius. iiii. & xiii. meth. med. ipsemet Galenus actendit. ¶ (At) iecoralem egestionem ab intestinali in his diiudicare hortatur: nam in prioris initio gracilenta sanguinis sanies a iecore abstergitur: in tẽpestatis vero spatio, contristatione magis roborata: vti vini superuacuum abigitur. ¶ Secũdo ꝙ in iecorali minime cortices liberantur. ¶ Tertio in iecinorali cruoris egestio, duorum aut trium dierum intermedio refugit: post id

atrociori reintegratur motu: sed in intestinali aduersa excogitantur: & cum hoc nec vbertim: nec interpellanter cruentosa emanat egestio; vti in iecinorali certum habetur. ¶ (atq;) tinesmi essentiam diluit: nam vlcera quæ recto in intestino congeruntur, tinesmum perhibent: cum quibus hæc conuocantur: nihil, nisi quod minimum est, repellũt: in exordio tamen pituitosum, pingueq; succedenter rasura fugatur: in vexationis percursu quæ auertuntur, haud consociata conspiciuntur: pro cuius euidentia actendere per opus est: ꝙ tinesmus bifariam intitulatur: alter verus, alter in verus anterior acerrimis ex supuacuis quæ supernis ex visceribus defluunt, germinat: ea enim, eorum acuitate ventris assiduum solicitant profluuium. ¶ Alio vtiq; modo ex apostemate in eo conducto prodit: quod sui grauitate erosionem subministrat: cuius impulsu recti intestini expultrix, crebram ad repulsionē instigatur: quum quo abrasiua contrahitur acerbitas. ¶ Sed tinesmus indirectus ex fæce recto ĩ intestino coarctata asserta a crudelitate relegat⁹, pullulat. ¶ (scribũt) cuidam in certo pensitat debitum, vtpote si post tinesmũ grãdinosi lapides deiici queunt: refert: ꝙ aliqui testantur: quum neruoso ab excludendi conamine, eximia præcedente dolentia concitarē

tur, grandinosos explicasse lapides: vti eos q in vessica gignuntur: q princeps vnq̃ auribus, oculisq; percipisse profitetur &c. ¶ (sed coli) de colica, renũq; indignatione certamẽ exorditur: principaliter aliorum deuelit compositionem: renum acerbitatem esse vnanimem quum colica, & e contra suspicantium: necnõ colicam indignationem sinistro in latere conuocari posse reluctantur. ¶ Secundo (igitur) promulgatarum agnitionis duritiem cruciationum, ac leuaminum consensum enarrat: quoniam hæ vt in initio intus noscendi laboriose sanciuntur: paripassu tunc absurda haud petunt oblectamenta: immo eadem tum calefaciendi, tum leniẽdi suasu, adhiberi imperat. ¶ Tertio (itaq;) renum crudelitatem a colicali diiudicare, aliquibus ex coniecturis irritat: vt vomitus, abhominatio q̃uis vtrisq; obuient. verum in colica vehementiores, ardentiores frequentariq; potius cernuntur: Secundo a colica vexati: quod vomitu refellunt, pituitosum, deprauatumq; extat: nephreticam in hoc excedentes: egestio in his magis supprimitur: halitosus spiritus, eructatioq; liberari detinentur: acerbitatem ventrem torquere, nec singulari in loco: immo compluribus, modo in altero sagaciorem in altero vero iocũdiorem sentire iactant: sed renum indigna

tiones perpetuo eodem in loco pertinaces rep periuntur. ¶ Tertio exacerbata parte: quippe si eminentiori in parte supra renes acerbitas vrit, colicam: at in renibus vnica in parte litiasim esse, asserit: Quam ob rem conspirata vestigia, quum disseminatarum obturbationum efficacem seiunctionem suggerere nequeunt: iccirco alia cōpaginat: vt socium exquirendum committit: eo ꝙ in renum indignatione in exordio syncerum, tum deniq; eius sedimen fæculētum: tandem sabulosum liberatur: sed incolica quæ per aluum deponuntur, percuctari incedit: quoniam flatuoso spiritu exundancia, ac quasi bouinum superuacuum in aquæ superficie natantia, deiiciunt: ¶ Quarto (quin) ex adminiculorum commodo, cum colici potius quam nephretici linientibus ex enematibꝰ subueniūt. ¶ Quinto ex causæ submotione: vti enim in colica laborantibus quando aliquid gelidæ per clistere educitur causæ: acerbitas ipsa placatur: ita vt suffragium nec tantum blanditium, immo inuigilatiuum, præsagiumq; exponitur: pari filo calculo discrutiati, si arenulæ absterrent partem, adolentia eos nudari, locumq; obluctatum denunciare sentit. ¶ Vi (nam) geminæ perturbationes q̄uis in initio tenebrosæ conspiciantur: tamen eadem exposcunt auxi-

lia videlicet quæ crudelitatem intus & extra mulgent: verum per cursa intempestate in qua ambarum veridicam vendicauerunt dilucidationem: absurda accelerare præsidia coguntur. ¶ (Quum) viscerum gradum, modũq; pandit: nam insupernis quod supremum deligit locum ieiunum fertur: Secundo gracilentum: Tertio cæcum quod iinfernas ad partes protrahitur, Quarto colon quod superius ascendit: vsq; quo lienem, iecurq; percutiant: sed de duodeno, rectoq; viscere nec fatur: eo ꝙ aliis ex locis vulgatur. ¶ (Satis mirari) tribus princeps debitum pensitat: si quamcũq; ventris dolentiam, colicalem esse profiteri cõpellimur. ex qua nec exiguam ad admirationem commotus fuit Galenus: eo ꝙ aliqui partem insinuabant affirmatiuam: vt etiam ipsemet aliquo in tempore coniiciebat. ¶ Secundo (Sed) causam ex qua crudelitatis summitas concitatur: aperit: nam quum indignationis vim, cunctationem'q; speculatus esset: eis qui hoc vlla absq; rimatione constituunt: fidem adhibere nequiuit: vnde: vt aliquis lapidis in renibus, porisq; vritidibus accessum, atrocem solicitare dolorem. suspicetur: in honestum elucet: con similiter exiguis in intestinis hyemales spiritus, succosq; rigidos reclusos, molestiam impellere improbum statui-

tur:quoniam haud subtilibus in visceribus, [illegible] ꝙ eorum membrana rara, tenuisq; [illegible] coarctari queunt: sed ꝙ crosso, densoq; in[illegible] pore cohiberi necessitantur. [illegible] luctantur: quare bifariam sagacem [illegible] tur dolorem, alter eucrasiæ depravatio, alter vero loci extensio ponitur. ¶ Te[illegible] succus, spiritusq; halitosi asserto in co[illegible] supprimuntur, nec celeriter, nec [illegible] soliditatis, spissitudinisq; causa, explicari queũt: ex quo tristis præstolatur sensatio:

¶ (Atq;) de iliaca complura sermocinatur: & superni visceris ut ileon afflictionem esse, acutissima vexantem acerbitate, contristatũ ad vomitum perturbantem: Secundo quo ad præsagium, quando hac in laceratione egestio per vomitum defertur: tunc per raro ad pristinum revocantur. Tertio quo ad nuncupationem: quia ileon perhibent: alii chordapson: quoniam si tumor vel apostema tenuibus innascitur in intestinis, dilaniatus chordam ibi contextam esse sancit. Quarto huius apostema, vel fæculentam detentionem, causam esse, seniores orsi fuere. ¶ (Sunt) de lienteria, ventriculiq; refragatione sciscitatur: quũ promit, ꝙ ventriculo visceribusq; una exagitis alia occurrunt sinthomata, ut asserta lienteria, laniatio quæ ventralis perhibetur, nã-

succus aut concitatiuus, aut nequaq̃ excogitatur: si primum morsionis impulsu viscera ad egestionis deiiectionem irritat: si alterum eis tantam erogat destitutionem, vt nec exiguo temporis atomo, ea quæ in eorum concauitate cingunt, tollerare queant, immo tanq̃ ab eis coarctata quicquid repperitur: abigunt, vti in vrinæ distillatione sedet animo, quæ bifariam germinat, vel eius cauillationis inductu, ita ꝙ quicquid ad eam labitur, perpetim refellit, aut grauitatis impulsu, etiam si imminuta extiterit, eam substinere retractat. Sed lienteriæ causas aliis in locis annotasse gloriatur. ¶ (Etenim) in limite suam locis de affectis reuocat rationem, quæ cum obuia sit reticetur.

Ex his hæc subtrahuntur indagata.

¶ Ventriculum geminas secari impartes, altera superna fertur, quæ gulæ conglobatur, altera inferna, quæ visceribus contexitur. princeps actendit.

¶ Dysenteriam intestinorum vlcus esse, prædicat.

¶ Dysenteriam binas subse inhibere species, altera quæ paulatim fabricatur, intestinorum

corticibus, acerbitateq; præcedentibus, & intestinalis nūcupatur altera vbertim molitur: & iecoraria ascribenda. vt Galenus sentit.

¶ Vti rasura quum pinguedine: aut natans, vel crassis cum corticibus condensata, vlcus crassis in intestinis: pariter aduersa in gracilentis esse portendit.

¶ Consaucitati intestini euidentiam, perturbationis dissipationi, mirifice præsidio esse: fat.

¶ Sicuti in exordio tenuis saniei cruorisq; repulsio, in afflictionis processu fæcis vini, citraq; rasurarum explicatio, & per binorum, aut ternorum dierum desistentia. & post id deteriori cum motu reintegratio: atq; nec tumultarie, nec eius in macronoxium productio, iecorariam solutionem, ita opposita intestinalem esse, denunciatur.

¶ Recto in viscere congesta vlcera, tinesmum excitare promulgat.

¶ Tinesmus haud obliqui intestini vexatio, eximiaq; egerendi cū imprecatione: & nihil submouendo, nisi qđ minimū est: traducitur.

¶ Nunq̄ aliquē per aluum lapides emisisse: nec visus intuitu, nec auditus sonitu, ꝓfitetur.

¶ Colica & litiasis oblaniationes, q̄uis in exordio ad intus noscendum duræ extent: nihilominus asserto in tempore in adminiculorum acceleratione haud abhorrere testatur.

¶ Vti abhominationē, vomitum in colica validiores magisq; frequētates: paripassu in nephretica seniores esse, autumat.

¶ Sicut pituitosum, deprauatumq; vomitum, egestionis, spiritusq; flatuosi vehementiorem suppressionem, crudelitatem absurdas in partes permutabilem, colicam: parifilo tergi versa vt vomitus extenuationem, egestionis, ꝓcellosiq; spiritus suauiorem pressionem, indignationem vno in loco fidelem, dilacerationem lapideam esse statuere monet.

¶ Vti lotium in initio candidum, tum demum sabulosum, in renum grauitate, nephreticam pariter egestio auroso spiritu esatiata, & vt bouinum super vacuum in aqua subsistens, colicam esse, indicat.

¶ Quemadmodom colica maceratos, gelidæ ex materiæi depositione, eos placari; ita in litiasi ex arenularum exclusione consectari, promulgat.

¶ Assertas perturbationes in leuaminum connexione, q̄uis in primordio consentire, in temporis progressu, discrepare censet.

¶ Cōcitatis in cotristationibus acerbitatis vim, naturalis habitudinis deprauationem, & partis extensionem solicitare, profitetur.

¶ Quum succus, halitosusq; spiritus crassis in visceribus recluduntur, loci spissitudine libe

rari nequeuntes, eos in colica dolentiam prorogari, testimonium reddit.

¶ Iliacam supernorum viscerum discrutiationem, sæuissima languētem infestantem molestia, ad vomitumq; cōpescentem, exponit.

¶ Iliacos vomitu stercus arcentes, vt crebrius deplorandos esse, iactat.

¶ Gracilentis in intestinis apostema, vel fæculentam obturationem, iliacā gignere clamat.

¶ Lieteriā vti dissuriā ex geminis, aut ex materiæ mordicatione, aut intestinorum mollicie prodere, probat.

De renum affectibus.

IGitur quum de repente nephritis inciderit, lapide notatu digno, vel in renum aliquo, vel in vreteris impacto, dolorem excitat, colico haud absimilem. Verum distinguitur ab eo, ex nauseæ tum multitudine, tum magnitudine. Suntq; per vomitum reiecta & biliosa, & pituitosa, quibus præassumpti, quoque cibi aliquid admixtum videtur. sæpenumero etiam ex loco quum superiores coli partes afficiuntur. Atque ex eo interdum, quod non vni loco dolor innititur, sed reuoluitur, & ad plurimas extenditur partes, præterea qd

ne flatus quidem trāſmittitur. Atque omnia hæc colicis duntaxat euenire ſolent, ſed alia quidem magis, alia vero minus. Quum vero ex his quæ in vrinis reſident aut lapide cū vrina excreto, plane diſcerni poſſunt, nullus relinquitur quæſtioni locus. Sunt non pauci laborantium, qui dolorem modicum in profundo lumborum infeſtantem ſentiunt, quanuis ab initio, nondum ſabuloſum quippiam manifeſte excernatur. Quibus (vt ſcitis) dato medicamento, quod lapidem in renibus conterere poſſet, ſimul, & affectū ipſum & ſedem affectam cognouimus; atque ipſum habuimus curationis principium. Quum enim a medicamenti potione, in vrinis ſabuloſa quædam ſubſidere cōſpicerem, nephriticum affectum eſſe cognoui. atq; deinceps eadem medicamenta exhibendo, reliquam perfeci curationem. Quumq; renem quempiam ita affectum eſſe cognoueris, ſi dolores cum horrore interpellato, varioq; infeſtare videantur, ſequanturq; febres quædam inordinatæ: tū pronum in vētrem decumbere, atque interdum in alterum latus, vt ſublimis ſit aſ

fectæ partis positus, laborantem sese uerte re iube, ac deinde interroga, num circa renem dolentem ueluti suspensi cuiusdã ponderis sensum percipiat. etenim quũ hæc ei acciderint, abscessum iam concretum coniicere oportet. quo cõcocto, pus mictum, ut laborantem a dolore liberat, ita ulceris in rene periculum affert. proinde exacto studio laborandum est, ut inducatur cicatrice. quod nisi illico contigerit difficiliorem reddet curationem. Porro perseuerantis ulceris notæ, ex urina haud obscure deprehenduntur. adde quod laborans creberrime in affecto rene dolorem sentit, atque interdum cum urina exiguum pus ueluti ab ulcere excernitur. similiter ramentum non nunquam cũ urina expelli uidetur, ac interim sanguis quoque, qui erosi iam ulceris indicium est. quanquam rupto aliquãdo uase, aut ob plenitudinẽ, aut casũ aut uehementẽ ictum, nonnulli magnam sanguinis copiam meiendo profunderunt. id quod aperto interdum uenæ alicuius ore, fieri uidere est. Sed efficacissima ulceratorum renum coniectura est, si cũ urina exiguæ

quædam carunculæ excernantur, vtpote quas renum essentiæ partes, easq; ob vehementem vlceris erosionem auulsas esse, cõstat. Ea vero quæ pilis similia sunt, Hippocrates quoque cum vrinis excerni vidit, quemadmodum in aphorismis scripsit, ac ipsi etiam vidimus aliquando, q̃ semipedis longitudinem æquarent, interdum etiam iis longiora, nõnunquam valde exigua, vt mirarer quomodo in renũ spatio talia possent consistere. proinde probabilius mihi videbatur in venis huiusmodi res procreari. Quemadmodum in quodam Arabiæ loco (vt aiunt) in tibiis hominum dracunculi vocati nascuntur, neruosa natura, qui colore, crassitudineq; sunt lumbricis similes. Igitur quũ multos audiuerim qui sese vidisse eos dicerent, ipse vero nunquam viderim, iccirco neque de ortu, neque de essentia ipsorũ quicquam exacte coniicere possum: At vbi pilos meiendo excretos vidi, tum ex colore, tum ex mole credidi dicentib⁹ eos ex crassa, lentaq; materia, quam calor calfecit, exiccauitq;, in venis consistere: quanquam longitudinis ipsorũ causam

non intelligo. Verum quum primum eos vidissem curationem a medicamentis q̃ vrinam ciere possent, tentaui, quam postea experientia comprobauit. Omnes vero quotquot huiusmodi affectũ laborare consueuerunt, neque ante ipsum, neque rursus post ipsum nephritico aliquo accidente fuerunt molestati, medicamentis, quæ ciere vrinam possunt, fuerunt curati. Verum etiam si alia quæpiam humorũ vitia a venis per vrinã expurgentur, quẽadmodum si puris quoque multa fiat p vrinas excretio: nihil ab iis vel renes, vel vesicam, vel vreteras molestari cognouimus. Cæterum in hac re non parum cum intestinis conuenire videntur, quæ in hepaticis dispositionibus nihil læduntur, licet a bile sincera lædantur. veluti vesica quoque, vbi longo tempore acres per ipsam vrinæ transeunt, vlceribus affici solet. Est etiam alius renum affect9, quo tenuis sanies sanguinis mingitur, similis excrementis quæ in hepaticorum affectuũ initio excernuntur, nisi quod magis videt cruenta: cuius rei causa est dispositio haud absimilis ei qualem in iecore diximus

ĩmbecillitatem̃ esse, insuper quũ ora, aut meatus (vtcunq; nominare volueris) per quos ex concaua vena in renes vrina percolatur, supra modum dilatantur. Atq; ad renes quoq; pertinere is videtur affectus quem alii hydropem matellæ, alii vrinæ profluuium, alii diabetem, alii dipsacon appellant, qui certe quam rarissime euenire solet. Equidem eum ante hac bis dũtaxat videre potui. supra modum videlicet sitientibus infirmis, atq; subinde bibẽtibus. quapropter exuberanter quoq; reddunt id qđ biberunt, eo a sua qualitate non mutato. Atq ne hic renum, vesicæq; affectus, similis est vẽtriculi intestinorũq; læuitati. Sed de intestinorum læuitate alibi separatim iam dictũ est, vbi ostendimus non ventriculum duntaxat, sed vniuersa quoq; intestina ad excretionem, tũ ciborum, tum potuum assumptorum, celeriter excitari, quæ ne pauxillo quidem tempore citra molestiam ferre possint ipsorum aut pondus aut qualitatem. At qđ affatim, celeriterq; ad vesicam vrina defertur, id neq; ad ventriculi, neque tenuiũ intestinorum ieiuni, neq; imbecillitatem

tanquam causam referendum est. Si enim ob id quod potum sustinere nõ possunt, ad excretionẽ properãt: quid obstat quo minus per sedem excernatur. id quod in læuitatibus intestinorum fieri plane videtur. Neque enim cibus duntaxat, tam celeriter, per tam longam intestinorum cõuolutionem transiens deiicitur, verum ẽt ea quæ epota fuere. Porro transmissionẽ a totius ventriculi partibus, ad hepar, nõ propter hepatis, aut venarum in lactibus, aut vẽtre, aut earum quæ ab hepate exortæ ad renes tendunt, imbecillitatem fieri didicimus. quippe in libris de naturalibus facultatibus iam ostẽsum est, iecur ex ventriculo per mesenterii venas veluti arbores a terra per radices, cibum ad sese allicere. sic etiam renes id quod aquosum in sanguine est. Verum vesicam non trahere a renibus, quemadmodum neque intestina a ventriculo, sed renes quidem ꝑ vreteras excernendo in vesicam mittere, ventriculum autem in ieiunum, per eam partem quam Herophilus dodecadactylon vocat, a duodecim digitorum longitudine nomen ei imponens. Itaque renũ
potius

potius imbecillitas accuſanda eſt, vtpote qui continere diutius vrinam non valent, nõ vero aliarum partium, per quas potus tranſire ſolet. Sed rurſus reprehendendo dicet quiſpiam, quum infirmi fuerint renes, quomodo fieri poteſt, vt tam celeriter vrinam ad ſeſe attrahant? An dicere poſſumus, quemadmodum in vẽtriculo, quibuſdã ictericis vehemẽtiſſima excitatur ciborum cupiditas: ita in renibus quoq̃ cupiditatẽ ſimul oriri, atque hanc ob cauſam eos vrinam per concauã venam, ad ſeſe trahere, ſed illico ab attractionis impetu grauari? Etenim quemadmodum in his qui canina vocata appetẽtia vexantur, videmus vt affatim impleti, paulo poſt aut euomant, aut fluore deiiciant, id quod non ſolum iis qui præter naturam ſe habent, accidere ſolet: verum etiam animalibus quibuſdam integra valetudine degentibus: vt in auiculis quas noſtrates in Aſia ſeleucidas vocant, videre eſt. quippe quæ iugiter locuſtas edunt eaſq; celeriter excernunt. Ac in aliis quoque animalibus huiuſmodi accidens naturale videtur. Vt igitur canina cupidi-

tas in ore ventriculi consistens, non potente ipso deuoratorum pondus substinere, multa impetuose ingerere, atque ea celeriter excernere cogit. Ita in renibus quoque accidit serosæ humiditatis cupiditas vna cũ virium imbecillitate, vnde & humiditatem affatim attrahere, ac eã deinde in vesicam impellere coguntur. Sed quæ res fortasse, quam ob rem vrinæ fluor subito euenire potest, læuitas intestinorum, non potest? veluti neque canina cupiditas, sed plurium dierum numero opus est. Nam affectus initium ab incremento, incrementum a vigore distinguitur. Quoniam vẽtriculi cupiditas, qua cibum potumq; appetit animale officium est, quo citra sensum nostrum nequaquam fungitur. Renum vero desiderium naturale est, neq; ab ipso sensus nostri afficiuntur. Proinde quum ad statũ peruenit, ne sensum quidem mouet, quemadmodum appetẽtia canina. Qua de re rationi cõsentaneũ videtur, vt quum incœperit, paulatim increscat. In primis enim trahit sanguinis serum ex venis, vel nihil nobis sentientib⁹. quem quum totum attraxerit, videaturq;

ſanguis in venis, huiuſmodi humiditate ſpoliatus, exiccata tum vaſa humorẽ trahunt ex hepate, deinde hoc ex inteſtinis & ventriculo. Quũ itaq; exiccatæ fuerint venæ quæ in ore ventriculi ſunt: potum deſiderat homo. vtpote diſpoſitionẽ ipſam tum primum ſentiens. deinde exhibitam potionem venæ ex hepate ad ventriculum venientes, vtpote aridæ, totam rapiunt. atque ex his aliæ deinceps, donec ad renes perueniat tranſſumptio. quippe in libris de naturalibus facultatibus dictũ eſt, non ſolum potionem, verumetiam cibum tranſſumptione per attractionem facta, per vniuerſum corpus deferri. Igitur hic affectus, quod ad tranſitus celeritatẽ pertinet, perſimilis eſt inteſtinorum læuitati. Etenim ſi diſpoſitionem, quæ in renibus ẽ. reſpexim⁹, ipſa cũ vẽtriculi diſpoſitione eadẽ ẽ. Si vero partiũ q̃ ãte renes ſũt naturam perpendamus: omne lationis opus ad naturales actiones pertinebit. nã ſucceſſione agit attractoria facultas, atq̃ hac ratione inter ſeſe nonnihil differunt. quãuis in vna re ſimilitudo inueniatur, quippe ex concaua vena ad renes attra-

ctio, primæ deglutitioni eorũ q̃ ex ore in vẽtriculũ deferũt, haud absimilis ẽ. At vero actiões q̃ hãc antecedũt, ad vrinæ fluorẽ ꝓprie pertinent. Nõ recte aũt putasse quosdã, diabetẽ veluti caninã cupiditatẽ ad ventriculum pertinere, hinc manifestum est. Nam qui præ nimia siti ventriculum impleuerunt, seruare potionem longo tempore possunt. Sed vehementi siti laborantes quatuor accidentium periculum a potione subire solent. Vnum & quidem primum vomitio est. Alterum, velox per aluum excretio, aut fluore, aut intestinorum læuitate. Tertium, quod potus diutius quam par est, in ventriculo manet. Quartum id ipsum, de quo nunc sermo est, siue id diabetem, siue dipsacon, siue vrinæ fluorẽ nominare volueris. Neque enim vt idoneum ei nomen imponamus, sed vt curationis viam, tum ex loco affecto, tum ipsa dispositione inueniam⁹ scrutari animus est. Atque alius interdum affectus occurrit diabeti perquam similis, & quidem a multis cibis, qui neq; crudi sunt, neque per aluum deiiciũtur, neq; plenitudinem efficiunt, neq; etiam probe

alere possunt, sed dissipantur, discutiũtur q́;. Cuius vt crebrior est, quam dipsaci euentus: ita facilliorem admittit curationem, quippe si prius q̃ ad summum peruenerit, ipsum cognoueris, haud ita difficulter curabitur. Nam vbi quis duplum consuetorum alimentorum assumpserit, neq; corpus ali videatur, idq; citra alui fluorem, hunc affectum non solum priuati, verum etiam medici paruipendunt. Quum vero triplũ ingerit, idoneis auxiliis liberari potest, priusquam scilicet ad quadruplum, aut quintumplum perueniat. Igitur rationi consentaneum est, hũc affectum a celeri dissipatione incipere, omnibus partibus attractricem, atque ei coniugatam facultatem, quæ proprie appetentia vocatur, seruantibus. At vero ingentis sitis, quæ citra diabetem accidit, causa est ventriculus, aut calida, aut sicca, aut vtraque intemperie affectus, maxime vero os ipsius, proxime ventriculo hepar, sed maxime pars eius sima, simul inflammatis mesenterii venis & ieiuno, & ventriculo, atque cum gula ipso pulmone. Atque huius accidentis radix inde

plerunque proficiscitur, quod a dispositione erysipelatis naturam referente incēdūtur. Quibus vt plurimum tabitudinis genus aliquod sequitur, alias aliud, veluti quum hāc tractaremus materiam, declaratum est. Hæc itaque propter accidentium communicationem, simul cum renum affectibus dicta sunt. Porro diabetes, proprius renum affectus est, qui caninæ in ore vētriculi cupiditati, proportione respōdet, accedēte præterea retētricis facultatis imbecillitate. Nam si citra vehemētem cupiditatem, ipsum fieri diceremus: nulla omnino insignis vrinæ copia ad renes perueniret. si vero citra retētricis facultatis imbecillitatem: nō tāta celeritate sequeretur vrinæ profluuium.

COMMEN. III:

QVVM de viscerum absurdis iacturis, quæ eorum, quæ principali ex concoctione rescantur, domicilia constituuntur, orsus est princeps: hac tempestate de sedium perturbationibus superuacuo subministrantium: & singulariter quod secunda ex concoctione deciditur: vt renum, in quibus aquositas vt in seque

strante in escatur, meditari insistit. quare de lithiasi bina asserit: & q raptim inuadit, nec non q crudelitatem colicali consimilem concitat: huiusmodi argumenta vna compaginata, afflictionē lithiasim esse statuunt. ¶ (verum) renum grauitatem a colicaria quatuor ex coniecturis diiudicare hortatur: vt epotæ ex vomitus, nauseæ, & exundantia, & immēsitate: quoniam in colica ventriculi ad intestina colligatione, & succi ad superna affluentia, & viæ ad inferna inedia, coarctationeq;, vomitus crebrior insurgit. Et quæ vomitu re felluntur: biliosa, pituitosa'q; deturpata conspiciuntur: nam aditus bilis ad viscera vt idētidem angustatur: quare ad superius p ingressum pergentis a felle ad ventriculum repellitur. Ac etiam ex concoctionis detrimento, excubiarum, acerbitatis'q; impulsu congesto, pituitosa cum preassumpti alimenti conductione intuentur: sed in renum lapide, asserta sinthomata haud ita sagaciter emergunt. ¶ Secundo ex molestiæ vestigio: nam in colica superiori in loco colon ea residet, abhorrētesq; impartes disseminatur: verum in nefretica vnica duntaxat in parte perpetuatur. ¶ Tertio ex procellæ liberatione: eo q in colicis ita arctatur, vt nec flatus explicari permittatur: attamen in aliis acerbius, aliis vero iocundius:

℄ Quarto (quum) ex lotio, vt vtriusq; refragationis distintiua ratio instituitur robustior si.n. eius sedimen sabulosum excogitatur: tūc tenebrosum illustratur. ℄ (sunt) obumbratæ questioni debitum rependit princeps, eo q aliquis in aduersum dimicare posset: nam lithiasi in afflictione lotii sedimen haud æterne arenosum inspicitur: & nihilominus contristatio contristatum contristat: exoluit (quibus) q assertis afflictis psidia lapidis conquassatiua accelerare imperat: & eo tempore si hyposta sis sabulosa liquidissime deiicitur, & perturbatio, locusq; perturbatus nobis innotescunt: scilicet q nephritis vexatio, renes vero vexati promulgantur. ℄ (quum) complures renum cruciationes attendit: primo eorum de apostemate: quoniam si vno in renum gradu crudelitates, cubantes dilacerant: in consuetus, intermittensq; rigor: necnon erraticæ cōuocantur febres: & quum super ventrem situātur, ita vt maceratū latus superius immineat: si in eo grauitatem tāq aliquod appensum sentire profitentur: apostema in renibus contractum esse insinua: quo deprauato, si pus abigitur: indignationis imminutio consectatur. Secundo q talis abscessus vlceris in renibus naufragiū detegit. Tertio huiuscemodi vlcus celeriter dissipare compescimur: q nisi inopi

nate perficiatur: in vigilatio asperitatem vendicabit. ¶ (porro) renum vlcerum suspitiones pandit: quæ ex vrina præcipue lactantur: nam ipsa quandoq; secum exiguam saniem. ¶ Aliquando ramentũ, & sanguinem defert: quæ vlceris renum notæ ascribuntur. Et quoniam cruoris cum locio emanatio, minime vlcus esse in renibus perpetuo portendit: iccirco subinfert: sanguinem cum vrina ex venæ diuulsione liberatum: quinq; ex causis prodere & eius plenitudine, & casu, aut neruosa expercussione: vel oris venarum disiunctione: aut redundantia enarrat. Qua de re quum lotiũ nec expure, cruoreq; vlcus duntaxat esse in renibus, immo etiam ex aliis statuit: iccirco ea enodat (sed) primo ex carunculis nam si hæ cum eo associantur, vlcus esse in renibus iacta eo q eorum ex essentia & haud alio diducuntur: vti affluentius aforistica in quarta afor. lxxvi. ipsemet exponit. ¶ Secundo (ea) ex pilorum euentu, & de ea minime singulariter fatur: exordio q Hippocrates ac ipse pilos cum lotio repelli, eos intuitum esse, testimonium reddunt. ¶ Secundo eorum molem: quoniam quandoq; vt semipedis longitudinem amplectentur: & aliquando his longiores conspexit: & quandoq; ita intense exiguos; vt quo pacto in renibus residere possent, mirationẽ

refugere nequiuit. ¶ Tertio locum in quo innascuntur, scilicet ꝙ in renibus innascuntur, vti in quodam Arabiæ loco aliqui ꝑdicant: ꝙ in mortalium cruribus draunculi nominati germinant: quorum substantia ex nerui genere extat, qui forma, crassitudineq; lumbricis consentiunt: quos licet aliqui conspexisse ꝓfiteantur, Galenus tamen nequaquã. ¶ Quarto (at) succosam examinat causam: nam quidam succo ex crasso, lentoq; in vena calorificato, arefactoq; a feruore eos gigni asserebãt quibus princeps ex colore, & substantia admonitus, vadem dedit. verũ longitudinis causam minime olfecit. ¶ (verum) eorum dissipationem subscribit. quippe emphractantibꝰ extenuantibus, incidentibus esse inuigilandũ monet. ¶ (omnes) quoddam intimat præsagium, qui commota a dispositione detẽti fuere, neq; ante ipsam, nec post in lithiasim deciderunt. cuius rationem referat: quoniam si aliquis criminatꝰ succus in venis cohibitus vel sanies copiosa per vrinas absterrantur: nullũ vrinæ instrumentum nephretim perpeti fertur. ¶ (cæterũ) superuacuorũ accessus vtrãq; per sedem consensum promit: nam in iecorariis profluuiis viscera nihil exagitantur: q̃uis a nuda bili aduersentur: vti in vesica persuasum habetur. quando haud modico temporis spa-

tio atroces per ipsam defluunt vrinæ, vlcera atrocitatis impulsu in vesica congeri excogitantur. ¶ (est) de aliqua renum contristatione speculari exorditur. Et principaliter eius essentiam detegit, quod renes alteram cingunt passionem, in qua æger sanguinem gracilentum, eruginosumque iecinorariis ab excrementis haud dissentientem in primordio egredientibus, meit, quamuis potius sanguinea repperiat: cuius binas conspirat causas: altera ex renum alteratiuæ senilitate, vti iecoralis fluxus mactatæ carnis consimilis, germinat, alia quippe oris venarum affluens largitas, vrinam cō caua a vena ad renem excolantium adiudicatur. ¶ (atque) locum affectum promulgat, scilicet, ennaratam obturbationem renibus impartiendam esse fatur, necnon & huius nuncupationem pandit, nam quidam hydropem matellæ, aut vrinæ profluuium perhibent, eo quod vrina redundanti in qualitate, & aqua vt denoratur liberantur. ¶ Alii diabetem, cuius traductio penetratio fertur, nam quod hauritur defluit, fixionem nullam obseruans. ¶ Nonnulli dipsacon & hoc Græce, sed Arabicæ circuitus siue molendini rota, quæ haud crebro contingere consueuit: quare gemina appendit & hanc non nisi bis conspexisse gloriatur. Secundo argumenta cum ipsa compaginata;

vt bibendi incredibilem rapacitatem. Et quã celeriter quod ſorbent: inferiorem per ſedem eius a qualitate non conflexum, reſtituunt. ¶ (atq́) viſcerum, ventriculiq́ lienteriæ affatam congerit afflictionem ſicuti de aſſertarum partium lienteria munus extat: vt ventriculus, inteſtinaq́ ad alimenta, & potũ priuſq̃ concoquãtur ad auertendum, eorum grauitate, qualitateq́ irritata, concitantur: paripaſſu de vrina ꝓfiteri refert. ¶ (at) opertæ debitũ reddit ambiguitati: ꝙ vrinæ feſtinũ, tumultariumq́ ꝓfluuium haud viſceribus vel ventriculo: ſed veſicæ erogandum eſſe, ſentit: nam ſi ſecus teſtificaretur: ꝙ vrina cum egeſtione explicari poſſet: nec aliquis abnueret: quemadmodum in inteſtinorum lienteria impropatulo elucet: in qua deuorata celeriter, in inteſtinorum per macronoxiam conuolutionem decurrentia cum egeſtione terminantur. Et ex his inter renum & viſcerum lienteriam abhorrentia vulgatur quoniam in prima vel cruor, aut potus vt lactatur, deiicitur: in altera potus & eſcæ conſimiliter excluduntur. ¶ (porro) vt nitentius ſua percipiantur diſſerta, gemina adhuc diluit: & ꝙ alimentorum a ventriculi locis ad iecur nec ex eius, aut inteſtinorũ mollicie penetratio prodit: ſed vt de naturalibus in libro annotauit: ꝙ iecur ex vẽtriculo p

mesenterii venas quæ intestina ambiunt: educātia inescat vti arbores eorū ꝑ radices a terra alimētū, & renes quod in cruore aquosū excogitatur, elidunt. ❡ Secundo vesicā aquositatem a renibus allicere minime ponitur: sed mallæ renes vritides per vestibulos ei aquositatem subministrant: vti de ventriculo chilū visceribus ꝑcipue ieiuno largiri, persuasum habetur: hoc aūt ieiunum duodenū ascribit: quia duodecim digitorum dimensionalē cohibet longitudinem. ❡ (itaq;) diabeticæ causam renum, & haud aliarum sedium fluxitatem esse fatur: eoq; exigua tempestatis mēsura, eam tolerare nequeūt: sed partes alias ꝑ quas transcēdit, minime in hoc criminari autumat. ❡ (sed) sepultum innotescit: aliquis rationis suasu clamare posset: quo pacto renes languidos diabeticam suggere orsus est: quum eo tempore celeriter aquositatem absumere conspiciantur: exoluit princeps, sicut in stomachi lienteria impendit: inqua retentiuæ vires desertæ vigent, & nihilominus alentiū ad corporis sedes cū incocta extent, immēsa insurgit auiditas: pariter de diabetica cōiurari dat, nā renes humiditatē cupiūt: quā celerrime hauriūt, & tādē eorū destitutione eā substinere nequeuntes, ad vesicā raptim renunciant, & reliqua q̄ de appetitu voraci exponit

quæ lege. ¶ (ſed quæ) incertũ deuellit, epota cur vrinæ ꝓfluuium inopinatæ, lienteria vero, caninaq; auaritia non niſi pauliſper ſcilicet incompluriũ dierum ſpatio moliri queunt. ¶ Purgat (nam) & vnum ꝓcipium prælibat videlicet ꝙ perturbationis principium ab augmento, & augmentum a ſtatu diuellitur: hoc præcurſo inſinuat ꝙ ventriculi ineſcis cupiditas, actio naturalis exiſtit, quæ machinari nequit, niſi a nobis ſentiantur: ſed renum auiditas, etiam ſi ad ſtatum perueniat, nec percipitur, vti caninum optatum: & iccirco renum appetentia gradatim auſpicatur, & lente creſcit: & ex his ꝙ renum lienteria repentine: vẽtriculi vero non niſi parumper germinat, certum habetur. ¶ (in primis enim) qua via renum lienteria frabicatur, peruulgat, initialiter cruoris ſerum ineſcatur, nobis nihil intimatis, quũq; vniuerſus cruor lactatus, ac vna cum venis abhumiditate relegatus fuerit, venæ ipſæ a iecore alliciunt: iecur autem arefactum a ventriculo, viſceribuſq; haurit, venis in ore ventriculi tabefactis, & languens eandem ſentiens ſiccitatem, robuſte ſorbere cupiens, potum raptim & vbertim imprecatur: quo quidem deuorato, venæ quæ a iecinore ad ventriculum diſſeminantur arefactæ, confeſtim eum elidunt: qui de vena ad venã de-

latus, ad renes conducitur: quem retinere, lassitudinis impulsu recusantes: celeriter per vreteras ad vesicam trasmittunt: quare diabetes siue vrinæ profluuium editur: & vt in libro ēt de naturalibus annotauit. ꝙ nec potus duntaxat, immo alimentum attractionis vi, totum gratificatur per corpus. ¶ (igitur hic) inter renum, viscerumq; lienteriam, humanitatem, & dissonantiam expedire sedet animo: re vera in compluribus vnanimes extāt: exordio quo ad transgressionis festinationem: quia vti in renum lienteria potus: ita in intestinorū, esca alacriter transcendit. ¶ Secundo quoniā ambæ humida prodeunt ex intemperie. ¶ Tertio vti renes concaua a vena alliciūt: paripassu ab ore ad ventriculum alimentorum efficitur delatio. sed aduersantur, quoniam in renum liēteria lactatio successiue idest de loco ad locū, in viscerum vero, minime molitur. ¶ (Non recte) aliquorum accusat rationem, qui diabeticæ ventriculum vti implacabilis appetitus familiarem esse sedem, asserebant: quod inde corum esse, tali consectatur medio: qui enim insatiabili concitantur siti, postquam aqua vētriculum exatiauerint: haud mediocri tempore eam cohibere queunt: quod in renum diabetem minime excogitatur: vnde pro assertorum euidentia: singulare promulgat theore-

ma, ab omni sorbitione quæ eximia præcedē te siti efficitur, bis gemina emergere assueuerunt accidentia: primum vomitus. secundum celeritas egestionis. vt in intestinorum fluxibilitate certum scitur, & hoc affluenti ex humiditate ventriculi, viscerum contentiuam prosternente. tertium potus maior quam decet in ventriculo cunctatio. quartum diabeten exponitur: aut quocūq; alio intitulare elaboras nomine, quum eius mens ei nomen condonare haud extet, sed vt erudiendi methodum, loco ex perturbato, perturbationeq; repperiamus. ¶ (Atq;) de quadam alia diabeti consimili contristatione ratiocinatur, vbi tria denunciat: videlicet vexationis suspitiones: nam quædam quandoq; innascitur refragatio adiabete haud dissentiēs, in qua educantium exūdantia deuoratur, nec aliquam commouens crapulositatem, nec vomitu, nec sedem per inferiorem absterruntur: nec cruda conspiciuntur: neq; exuberantiam restituentia, neq; cōmode alitioni subuenientia: sed delent, dissoluunturq;. ¶ Secundo sicuti eius occursus ingiter nec molitur, pariter si ab initio priusq̄ astruit, intus noscatur agiliorem amplectitur demolitionem, nam si aliquis adeo edulia inescauerit, q̄ duplum secundum q̄ assueuerit appareant, & eius in corpore ac eiectis nec innotescit,

tescit, vulgus, mediciq; hanc oblaniationem dissipare reprobant, nisi ad triplum annectat tunc n. ne ad quatruplum addat, formidantes euersioni operam nauant. ¶ Tertio causam absoluit scilicet eam celeri partium corporis ex dissipatione, facultate lactatiua magnis viribus viuente, concupiscitiua sua in qualitate coarctata moliri monet. ¶ (At vero) intemperiem ac sedes ex quibus citra diabeten sitis germinat, pandit, & bina reconciliat, & calorificam, aut aridam, aut qualitatem associatā sitis escā esse. Et q̄ hæc haud singulari in parte residet: aut in ventriculi ore: vel in iecore & potius eius parte infima quum venæ intestina cingentes, quæ mesenteria nuncupantur: & ieiunum & ventriculus vna igneantur; quandoq; in vtero & pulmone herisipilæ ardentia, aliquando vniuersæ tabitudinis causa cunctis igit ex his sitis vigorari fatur. ¶ (porro) ad diabeten se reuocat: de qua, renū esse peculiarem afflictionem loquitur. Secundo q̄ renum explicata in contristatione auiditas canino proportionatur rapatitati, ventriculi retentiua destituta. Tertio ad diabeticæ constitutionem duo conuocari, & renum cupiditatem, aliter ad renes aquositatis affluentia, nec impelleretur. Secundo renum retentiuæ molliciem, quia secus ipsa in eis persisteret:

cuius aduersum excogitatur.

Ex his has subtraho disciplinas.

¶ Lithiasin passionem, colico consimilem excitare dolorem, iactat.

¶ Quamuis vomitus, nausea, acerbitatis locus colicam crudelitatem, a lapidea vt vestigia diuulsiua reponantur: tamen vrinæ sabulosum sedimen, tamq̃ efficatius sanciri per opus est.

¶ Si crudelitas aliqua in parte lumborum vrit & adminiculis ex lapidis conquassatiuis compaginatis, sabulosum vrinæ sedimen liberatur, indignationem lapideam esse, pro confesso habere promulgat.

¶ Caninam rapacitatem quibusdam animalibus naturale esse accidens coniicit.

¶ Acerbitates aliquo in renum, cum inæquali intermittentiq; rigore, ac febre contextæ, nec non doloris in parte grauitatem vti aliquod adiectum pondus sentientes, apostema in renibus conductum esse portendunt.

¶ Renum apostema, in eis vlcera contractura esse præsagit.

¶ Renum vlcera festinanter demoliri per opus est: quoniam eorum cuntatio, euersionis impossibilitatem includere autumat.

¶ Vrinæ liberatio cum sanie, quandoq; escaris: & aliquando cruore colligatæ, vlcera in renibus constructa esse statuit.

¶ Cruoris cum vrina explicationem, haud perpetuo renum vlcus, ſed quandoq; venæ diſcusſionem indicare ſentit.

¶ Carunculas cum vrina defluentes: vlceris renum efficaci pro veſtigio actendere præcipit:

¶ Pilos cum vrina vulgatos, craſſa, lentaq; ex materia in venis calefacta, arefactaq; gigni, nec non diureticis disſipari orſus eſt.

¶ Pilorum per vrinam exclu ſionem, anephreti ca tueri, promulgat.

¶ Vti viſcera bilioſa iecoraria ex purgatione, pariter vesſicam ex renali, iacturam conſequi prædicat.

¶ Vrinam cum qua tenuis cruoris ſanies, vel potius cruentoſa meitur: renum alteratiuæ proſternationem, aut oris venarum nimiam emphratationem denunciare iactat.

¶ Diabeten vrinæ celer, in opinatuſq; ad vesſicam concurſus, viſcerum lienteriæ conſimilis, deſcribitur, cuius cauſas, & renum contẽtiuæ molliciem, & vigoroſam aquoſitatem in eſcandiq; cupiditatem ſancit.

¶ Renum lienteriam minime ventriculi, aut inteſtinorum, ſed eorum peculiarem perturbationem eſſe, asſerit.

¶ In lienteria ventriculum, viſceraq; alimenta, potum eorum grauitatis impulſu, nec exiguo tollerare tempore, fatur.

¶ In viscerum lienteria nec escas duntaxat, immo etiam potum, cum alacritate macronoxiã per intestinorum conuolutionem decurrentẽ, per aluum deiici pandit.

¶ Renum lienteriam ab intestinali in hoc abhorret: quoniam cum priori cruorem & potũ: cũ altera vero potabile & deuorabile repelli, clamat.

¶ Iecur per mesenterii venas a ventriculo chilum, vti arbores suas p radices lactare refert.

¶ Vti vessica aquositatem a'renibus minime allicit: sed potius renes ipsam introitus per vritides ad vessicam impartiuntur: pari passu viscera nec a ventriculo chilum elidere: sed potius ipsum ad intestina arcere ꝓfirmo testat.

¶ Renum lienteriam raptim, ventriculi vero lentam machinari testimonium reddit.

¶ Diabeten, vti caninam voracitatem ventriculo largiri, flagitiosum esse suspicatur.

¶ Qui ventriculum ardenti ex siti concitati, a qua exatiauerint, hæc vomitum, egestionis copiosum, crebrum'q; descensum, potus in vẽtriculo diutiorem q̃ oportet expetationem cõsequi indicat.

¶ Sitim præter diabeten, calorifica, aut arida, vel commixta ex qualitate, in ventriculi ore, aut iecore, vel aliis in locis compaginata, pullulare adiudicat.

¶ Diabeten renũ innatũ affectum esse, claudit.

¶ Renum lienteriam quum intestinali in his scilicet deuoratorum festina fluxibilitate, humida in intemperie, lociq; delatione vnanimes esse: sed in escatione aduersari, quum priorem successiue, aliam vero minimæ moliri ostentat.

¶ Quandam diabeti consimilem excogitari afflictionem ponit, inqua alimenta affluenti in quantitate vorantur, haud aliquam machinantia plenitudinẽ, nec alitioni conducentia: nõ per vomitum, nec per secessum, crudaue deiecta: sed insensibiliter duntaxat dissipantur cuius membrorum vigorosam dissolutionẽ. esse, iudicat.

De vesicæ affectibus.

VEsicæ superueniunt accidẽtia, partim cæteris communia, veluti omnes ipsius præternaturam tumores, dolores, atque quæ hos facere possunt affectiones: partim ipsi soli propria, vt ischuria, id est vrinæ retentio, stranguria, id est vrinæ stillicidium, atq; alio quoque modo immoderata vrinæ excretio. Verum huiusmodi euacuationes (vt de renibus supradictũ est) vesica tanq̃ meatu vtũtur, ipsa haud

quaquam affecta. At vero stillicidium, si ob vrinæ acrimoniam fit, accidens vesicæ est, affectus vero minime. Si vero aut ab vlcere, aut imbecillitate procedit, a vesicæ affectu factum esse dicitur. Quemadmodũ vbi acrimonia in causa est, aliquãdo ob renum vitium, aliquando ob alias partes, quæ cum vrinis humorum suorũ vitia, aut pus, vbi abscessus aliquem infestauerit, transmittere possunt. Euenit etiã interdum vrinæ stillicidium, humoribus, qui in venis sunt, & per renes, & per vesicam expurgatis. Cæterum quum ab intẽperie vesica fit imbecillior, læditur propria ipsius actio, quæ est vrinæ excretio, ad quam anima lexcitari solet, quum vel a multitudine contentæ in ipsa materiæ vesica grauatur, vel a mordacitate cõuellitur. sed ab horum vtrolibet magis imbecilli, quam robusti dolere consueuerunt. Quinetiam instrumentales affectus imbecillitatem interdum inducere possunt. Item intemperantiæ omnes, cum aliæ, tũ maxime illæ, quæ nõnullis sæpe eueniũt, quum frigore corripiuntur. tũc enim plane grauari videtur, vel pauco admodum

contento in ipsa humore. Atque vesicæ etiam, veluti meiendi instrumento, ischuriæ accidens superuenire solet. interdum quidem (vt dictum est) quũ circa id q̃d in ipsa continetur, contrahi non potest, vt ipsum exprimat. interdum etiã obstructo inferiori meatu, aut a crassis humoribus, aut impacto lapide. Atq; accidit nõnunquam, vel ab inflammatione, vel alio huiusmodi tumore, vt angustior reddatur meatus, vel etiam omnino obstruatur. At vero neque neruorum a spinali medulla exortorum, neque etiam spinæ ipsius affectus, vesicæ tantam imbecillitatem afferre possunt, vt vrina propterea supprimatur quemadmodum nonnulli putauerunt, credentes vesicæ officium, a consilio & electione procedere, quod scilicet vrinam retinemus quoad voluerimus, atque eam pro voluntatis imperio excernimus. Verũ satius fuisset nosse non vesicæ, sed meiendi officium, veluti etiam deiiciendi, non intestinorum munus, ab electione consilioq; pendere. Quippe vesicæ, officium vnicum est, cõtractio. at musculus qui vrinæ meatum in circuitu ambit in origine

ceruicis vesicæ positus, instrumentum est cuius opus ab electione excitatur, vtpote qui ambiens vesicæ ceruicem eam ita exacte stringit, vt nihil humoris ex vesica, in meatũ ingredi possit. Atque similẽ quoq; & actionem, & vtilitatem habet musculus qui recti intestini partem extremam ambit. Proinde ipsis resolutis, neque vrinã vesica, neq; stercora aluus retinere potest sed præter voluntatem, paucis omnino interuallis, vtraq; excernuntur. Itaq; veluti in reliquis musculis, quod a resolutione fit nobis inuitis, id electio nostra, haud inuita efficere solet: ita eadem ratione ab horum actione quiescimus, quũ vel stercus, vel vrinam excernere propositum ẽ. Atque vt nonnulli tum vrinarum, tũ cibi excrementorum deiectionem, totam ab electione procedere existimantes, errauerunt: ita rursus alii his e diuerso, totum hoc opus naturale putantes, a veritatẽ deuiauerunt. Etenim cibi a ventriculo in ieiunum transmissio, tota naturæ opus est. Rursus omnino ab electione pendet, & vtrorunq; membrorum, & cuiuslibet digiti tum extẽsio, tum inflexio. delatio enim

quæ a ventriculo ad ieiunum fit, & quæ ab hoc in tenue intestinum, a sola naturali facultate procedit. At alui deiectio, & vrinæ redditio, vtroq; instrumento, propriis suis facultatibus agente, perficiunt. Rectum intestinum, atque vesica naturali vtuntur facultate, musculi vero ea quæ & animalis & volũtaria nominatur. Quippe musculi qui fluores cohibere solent, tunc quiescunt ab opere, abdominis musculis munere suo fungentibus, maxime vero mediis. Sunt nonnulli qui quum nõ ita facile deiicere possunt, manibus huiusmodi musculos comprimunt. neque nõ vbi vrina ita suppressa est, vt omnino retineatur, idem facere consueuerunt. Quum itaq; nerui, per quos animalis facultas ad iam dictos musculos peruenit, afficiuntur, aut spina ipsa læsa est, resoluitur musculorum actio, atq; excernitur & vrina & stercus, vel inuito laborãte. Quũ vero vesicæ corpus ita fuerit affectum, vt quod in ea continetur, exprimere nõ possit, supprimitur vrina, nominaturq; hoc accidens ipsius ischuria. Atque accidit interdum ꝓpter obtusum ipsius sensum

vt non reddatur vrina, citra tamen expultricis facultatis læsionem: si proprii vesicæ nerui afficiantur, neruis musculi ceruicem eius stringentis, munere suo fungentibus, ipsorum scilicet facultate seruata. Nam si resoluantur, proprium indicium, quod musculus hic resolut⁹ sit ē, vrinæ ꝑter voluntatem excretio. At huiusmodi eueniente affectu, quū meatus ipsius fuerit obstructus, vtraque dispositio cognitu difficilis erit. Proinde vt exquisite dignoscantur, nō solū ii, sed reliqui quoque omnes vesicæ affectus, perquam necessarium est præscire euidentes causas extrinsecus aduenientes, quas proprie procatarcticas, id est initiatrices, vocāt. Sed multo etiam accuratiori inuestigatione, eos qui præcesserunt in animantis corpore affectus, inquirere oportet. Igitur cuidam quum cecidisset, spina sinuata est qua ꝑpter vrinam reddere non potuit. Nam & id aliquando fieri solet, quemadmodum ab Hippocrate dictum est. Verum non illico suppressa fuit vrina, sed perendie, ob afflictarum vertebrarum ad interna luxationem, inflammata vesica. Itaque dolebat

in ea parte vel nemine tangente, sed multo magis, si quis manu eum tangeret. atq; hunc curauimus inflammationi remedia adhibentes. Rursus alter luxatis ad externas partes vertebris, vrinam inuitus profudit, nullo infestante vesicam dolore. in hoc coniecimus eius musculi neruum, q̃ vesicam claudit, fuisse affectum, proinde spinam curare voluimus. Atque in alio similiter affecto, suppressa fuit vrina, torpēte ob affectos neruos vesicæ sensu. quum itaq; inter dormiendum non sentiret homo vesicam impleri, ipsa extensa, nihil excernere potuit. & enim accidit interdū vt hoc modo vrina supprimatur. Quemadmodum etiam sanis quibusdam, aut vrgentibus negociis, vel in concionibus vel senatu, vel foro, vel cōuiuio; tū enim retenta longo tempore vrina, extenditur vesica, atque vrina supprimitur, contractrice facultate læsa, propter immoderatā tensionem. Quidam etiam quum cecidisset, manente spina illæsa, in primis quidem magnam sanguinis copiam cum vrina emisit, postea vero omnino suppressa est vrina. cuius rei causam esse coniecim⁹

q̄ concreti sanguinis grumus intus se op
posuit. quo circa demissa per colem fistu
la, paulum vrinæ reddidit, extracta dein-
de fistula, apparuit in ipsius ore grumi
indicium. Præterea quum alios quosdam
diuturni dolores vna cum abscessum no-
tis infestassent, finitis abscessibus, tenue
pus cum vrina profluere visum est. dein-
de subsequens vrinæ rententio, coniectu
ræ occasionem dedit quod a crasso pure
meatus obstrueretur. Atq; in pueris etiam
quos lapis in vesica cruciabat, vidimus
sæpenumero vrinam retineri. Eos itaq; re
supino figurato corpore cōcussimus, vt
ita a meatu lapidis dimoueretur. Quum
vero id, quod iamiam dicam, sæpe vide-
ritis, oro vt ipsum tenaci semper memo-
ria seruetis, Quod ad grumos vocatos,
non solum eos qui in vesica, sed multo
magis illos quoque qui in intestinis, ven
triculo, atque thorace nonnunquam cō-
tinentur, animi defectio, & color pallid⁹
sequi solet, pulsus vero paruus, obscurus
frequens apparet, & laborans ipse cum
anxietate resoluitur: quemadmodum in
magnis musculorum vulneribus sæpenu

mero accidit, vt mirari aliquis possit, q̃nã sit hujus euentus causa. An sanguis, quũ omniũ quæ in corpore sunt, maxime nobis sit familiaris, ex vasis suis effusus, tanti mali author est? Nam & putredo partiũ & marcor ipsum sequi solet. Etenim vidimus, vbi vesicæ meatum grumus obstruxerat, eadem sequi accidentia, grumum vero adesse coiecimus hoc argumento, quod plurimum antea cruorem laborantes eum vrina reddidissent. Itaque medicamentum quod lapidem terere posset ex oxymelle, atque ipsum quoque oxymel per se in potu dedimus. At nihilominus, alii quidem perierunt, vno quodam seruato, solutis grumis, quos paulo post cum vrina excreuit. Quoniam vero non satis est ad affectæ sedis inuentionem, ea duntaxat accidentia, quæ in præsentia infestant, intueri, sed & ex his q̃ præcesserũt subinde definimus: facile intelligetis si eorum quæ antea vidistis, memineritis. Igitur quum multi creberrime pus cũ vrina emitterent, p̃teritorũ accidẽtiũ memoria, & sedem affectam nobis ostendit, & dispositionem in ipso consistentem

declarauit. Quidam enim quum prius in regione renum sæpenumero doleret, accedente inordinato horrore & exigua cõcussione, febre correptus est. Alius circa vesicæ positum, simul cum horrore, ac febre, dolores præsentit. Nonnulli circa septum transuersum & thoracẽ. Atque alii in dextra præcordiorum parte. Coniecturam itaque fecimus, in iis omnib⁹, quod pus per renes expurgaretur, vomica scilicet in loco dolente erupta. Cum indiciis autem supra propositis, nonnihil confert puris quãtitatem, & quomodo totum cũ vrinis misceatur, vtrum confusum, an cõtra, considerare. veluti iam antea de intestinis dictum est. Nam vt in his, si a superioribus intestinis quidpiam defertur: id ciborum excrementis perinde admixtum videtur, ac si cum ipsis subactum fuisset: si vero ab humilioribus, cum vna ipsorũ parte excernitur. Simili modo vrina, aut tota a pure cum ipsa emissa conturbatur, aut per partes quasdam dispersum pus inæqualiter defertur. Plerunque etiam solũ pus, sine vrina excernitur. idq; haud obscure in vesica suppurationem consiste-

re indicat. Quod vero exacte commixtum est, a supernis alicunde partibus venit. Sed quod mediam inter hæc conditionẽ seruauerit, id a renibus descendisse certũ est. Similiter si erupta vomica, cum affecti loci indiciis, vlceris quoque signum aliquod appareat: Nam & hoc aliquando quidem exacte commixtum videtur, aliquando vero mediocriter. interdũ vel nullam habet mixtionem, vel quodámodo superfertur, vel solum excernitur. Atq vocatum quidem ramẽtum, vlceris: essentiæ vero proprietas, affectæ partis ꝓpriũ indicium est. quippe partes a vesica auulsæ, lamis: a renibus vero, caruncul is sunt similes. Ita etiá vbi ex sublimioribus pars aliqua affecta est, excrementa cum vrinis eiecta intueri, & ea suspectarum partium essentiæ comparare oportet. Igitur cum vrina expurgantur gibbæ hepatis partes, atque omnes quotquot sunt his superiores. Per aluum vero pars iecinoris resima, intestina, ventriculus, lienis. Præter has aliæ quædam fiunt purgationes, sed raro vt quum thorax & pulmo per aluum purgatur: quæ sub septo trásuerso positæ sũt

partes per vrinas. quorum causam quum nonnulli ignorent, neque id vnquam accidisse viderint, quod a multis visum est, negant fieri posse. Nos vero, pulmonis vomicam per vrinam, thoracis autem per intestina, & aluum, expurgari vidimus. Quanquam re vera delatione ex pulmone in renes nulla omnino sit dubitatio. Etenim vt a concaua vena, ita ex magna quoq; arteria rami descendunt ad renes. Hæc quæstio tamen Erasistrati sectatores non parum vrget, quippe qui putauit solum spiritum in arteriis contineri. Nobis vero nihil difficultatis affert, vtpote intelligentibus, quod læuis arteria pulmonis, quãtum puris ex erupta vomica suscipit, id in sinistrũ cordis sinum deferre potest, quod inde in magnam ipsius arteriam incidens, per renes transit in vesicã. Hoc tamen non ita crebro euenire videtur, vtpote pure prius in asperas arterias magna ex parte transsumpto. Itaq; quam ob causam pus in pulmone genitum cũ vrinis (licet raro) excernatur, iam dictũ est. Id vero qđ per ventrem purgatur, aliam & quidem raram (quæ in corporum dis-

sectione

ſectione apparet) habet cauſam, quippe concaua vena, mediante vaſe quodã ſtelechiææ, id eſt venæ quæ arboris caudicũ proportione reſpondet, videtur interdũ adaptari. Proinde nihil mirum, neque impoſſibile eſt, & ex partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus, pus in ventrem defluere & ex his quæ eidem ſupponuntur, ipſum per renes in veſicam peruenire. Nam corporum raros habitus par eſt, vt rara etiam accidentia ſequantur.

COMMEN. IIII:

QVVM gemina aquoſitatis quæ ſecunda reſecãtur ex concoctione, receptoria conſtituẽtur inſtrumenta, vnum vt ſequeſtrans ſicuti renes: aliud vt protegens, cumulansq; vt veſica: quare quum pãſſumpta in oratione de inſtrumenti ſequeſtrãtis perturbationibus egiſſet princeps: conſequenter de veſicæ vt inſtrumenti includentis ſciſcitari inſudat: vbi complura conſpirat: vt de veſicæ accidentibus diſtinguit, quum bina quædam quæ aliis impartiuntur: videlicet præter naturam tumor, acerbitas, ac eorum cauſa, altera peculiaria vt ſtrãguria, diſſuria, ac vrinæ immodeſtum proflu-

nium excogitentur & animum adhibe, q̄ licet vrinæ effrenis euacuatio, assertæ diabeticæ veridicæ condonetur, quæ renum familiaris exponitur passio: de qua minime hic princeps sermocinatur: tamen quandoq; vesicæ contẽtiuæ destitutione, atrocitateq; vrinæ huiuscemodi cõsectatur profluuium, quod vesicæ proprium accidens esse coniicit: vt ipsemet. Tertio de sinthomatum causis olfecit. ¶ (verum) quo pacto vrinæ accessus ipsa fungũtur vesica: ea tanq̄ fistulæ canna, nihil eo tempore cingente dispendii, eos vti profitetur. ¶ (at vero) de stillicidio nec singulare detegit. Primo quando vesicæ accidens, quandoue morb9, quoniam si ex vrinæ atrocitate germinat, vesicæ accidens, quum perturbatio quo immediate actio refragatur, ab ipso exponitur: aut ex in vesica vlceribus cõductis, eiusq; destitutione solicitatur: & tali coniectura perturbatio peribetur. Secundo quemadmodum cuius errato, vrinæ stillicidiũ prodit, denudat: quippe dissuriam ex vrinæ acutie quatuor concitari modis, aut renũ ignea intemperie, vel aliis ex locis succum biliosum, aut pituitosum baurachialem quum vrina impartientibus: vel ex sanie a renum, aut vesicæ vlceribus distributa: aut acerrimis ex succis a venis in renes, vesicamq; cum vrina decurrentibus, purgationis

impulsu.refert. ¶ (cæterum) causas vesicam prosternētes bifariam moliri sentit: alteram gelidam intemperiem, quoniam vesicæ actio vrinam abigere exponitur: hoc autem vesica non nisi a multitudine cohartata, aut acuitate commota, subministrat: vt com.vii.primo horum voluminum ipsemet annotauit: quum enim aliqua in vesica hyemalis congeritur intemperies, tunc meiendi actio obluctatur. Alio modo officialibus ex vexationibus vt apostemate, vel lapide, aut crassis ex succis, vel cruoris congelatione languidior efficitur, ex quibus vesicæ actio reluctatur. ¶ (atque) de ischuria seu stranguria vt vetustiores dicunt, percunctatur: antecedenter eius causas: quum vesica sua a naturali conuulsione detinetur: vt aquosum in ea locatum excludere nequeat: eo tempore ischuria innascitur: quandoq; ex aditus inferni obturatione crassis ex succis, aut condensato lapide, vel præternaturam tumore ex quibus foramen coarctatur, necnon & ex aliis primo in libro expositis, vulgatur. Secundo (at vero) quodam detegit obumbratum puta quod nerui a nuca pullulantis, nucæq; aduersatio, haud vesicæ tātam suggerūt mollitiem, vt strāguria inducatur: vti aliqui & criminose asseruerunt: hi porro vesicæ actionem esse voluntariam, eo quod vrinæ suppressionem,

exclusionemq; voluntatis imperio moliri coniiciunt. ¶ (verum) complura perquirit: vt quod voluntaria actio minime in vesica, sed mingendi conuocatur: sicuti repellendi actio nec intestinorum partes affatur: sed a consilio, voluntateq; patrocinatur. ¶ Secundo vices vesicæ: scilicet cunctis ex lateribus compescenda, compescere. ¶ Tertio lacerticollum vesicæ cingentis actionem esse: ita vesicæ collum coercere, vt nihil humiditatis in ea locate, in vrinæ recessum transcendi possit: cuius actio a voluntate commouetur: vti de lacerto extremam recti intestini partem amplectente persuasum habetur: quum consimile in actione cohibeant compendium: quoniam sicuti hi lacerti quum validi excogitantur, nec vrinam, nec egestionem liberari tribuunt: paripassu si resoluunt, non eam in vesica, non alteram imposterioribus alui arctari queunt: sed paulisper, in voluntarieq; defluunt ¶ (atque) anceps illustrat: scilicet vtrum vrinæ, egestionisq; finis prorsus voluntarius profitendus: principaliter seniorum laces sit compositionem, quorum aliqui partem extollebant affirmatiuam vtpote vniuersam esse voluntariam: alii tergi versam, esse naturalem clamabant: sed princeps geminas refellit: & priusquam suam exponat, quæ more naturalis ascribitur actio; & quæ voluntaria

lineat:verbigratia chilositatis descēsus a ventriculo ieiunum ad viscus simplex fertur naturalis:digitorum extensio, constrictioq; pura instituitur volūtaria:sed vrinæ, egestionisq; deiectio vtroq; perficitur instrumento naturali,& voluntario:nam recti intestini, vesicæq; actiones naturales, lacertorum vero voluntariæ adiudicantur, quia asserti lacerti ab eorum actione cohibendi desistunt. quum lacerti qui supra ventrem circum circa contexuntur, quod eorum est, præcipue subministrant: quoniam quum hi lacerti quod in visceribus, vesicaq; colligitur, ad fugandum elaborant: ea tempestate: vesicæ & recti intestini lacerti eorum ab operatione refugiunt, quæ constrictio intitulatur: comprobat Galenus, quoniā aliqui reperiuntur: qui quum egerere vel mingere nequeāt: manibus ventris musculos premunt: exquo ad deiiciendum opitulantur.

¶ (quum) pandit, q̄ quandoq; vrina, egestioq; præter voluntatis imperium explicantur: vt quum nerui per quos animata facultas assertos ad lacertos distribuitur, iacturam vel vna cum nuca compatiuntur ¶ (quum vero) ischuriam vexationem describit: quum vesica ita exagitatur, vt quæ sua inconcauitate defluxerunt, comprimere nequeat: exquo vrina detinetur, hanc esse stranguriam promulgat.

¶ (atque) aliqua animo repetit: vt vrina quãdoq; ex sensus vesicæ duricie, eius expultrice nec aliquo modo oppugnata, premitur: quod quum peculiares vesicæ nerui insensu imminuuntur, contigit: neruo qui ad lacertum defertur: vt vesicæ collum coarctet, incolũme vigente. ¶ Secundo ꝙ quando hic neruus mollificatur, tunc vrina absq; voluntatis consensu egreditur. & hoc neruum illum esse resolutum pro coniectura habetur. ¶ Tertio hic si quidem neruus quum mollificatus fuerit & vesicæ foramen obstructum excogitetur: tũc geminam contristationem cognitu acerbam esse coniicit. ¶ Quarto (proinde) ꝙ qui nõ modo has vesicæ vexationes, immo cunctas eius alias diiudicare cupit: causas procatarticas, ꝓcursasq; perquirere cogitur. ¶ (igitur) quæ supra attentauit, particularem per filum percunctatur. Et primo de quodam cuius vesica propter casum, ab apostemate obsessa fuit; ita vt tertia in die vrinæ coarctationis strangu ria germinauerit: & hoc spondylium ad eã cõculcatione, quem vti apostematicos curauit: ¶ Alter fuit, cuius spondyles cum exterius cõpulsi extitissent: vrina citra acerbitatem, voluntatisq; impulsu emanabat, qua de re neruum ad vesicæ musculum destinatum, refragari, necnon spinæ præsidia accelerare censuit.

¶ Præterea aliud exponit liniamentũ, de ſtrã guria quæ a ſenſus nerui torpedine prodit: vt quum nocturna in vigilia, aut coram rege, aliisq; celeberrimis mortalibus affluens cohibetur vrina. quoniam eo tempore circuntracti ua veſicæ ab aquoſitatis exundantia immoderate tenſa, & proſternata, in eius compreſſiua actione obturbatur, quare aſſerta innaſcitur afflictio. ¶ Poſtremo excruoris coagulati defluxu, ꝑpter caſum, ac ex ſanie & lapide in veſica eã vt impueris illuſtrare inſiſtit. (¶ quod) bina pandit: primo loco quum ſanguinis ſua extra vaſa explicatur, quæ accidentia intimãtur: vt animi defectio, color palliditate detur patus, pulſus paruus, obſcurus, frequens: & contriſtatus ipſe cum animi perturbatione deſtituitur, quod in maceratis eximio a vulnere in lacerto cõſpicitur. ¶ Secũdo (vt) aliquis vehemẽti a ratione cõmotus, formidare poſſet cur ſanguis quũ omnes inter corporis ſuccos iocundior extet, quando extra ſua auertitur vaſa, tot acerba ſolicitat accidentia: vt affata: nec non & partium deprauationem mortificationemq;, ſed quod hæc conuocentur ſinthomata fidem interponit, ex figura inquodã cruorem in veſica coagulatum cingente, qua propter ex lapidis diſſipatiuis adiectis adminiculis vt oximelle, eũ in potu languenti-

bus porrexit: aliqui vero animam reddiderunt, alter vero grumis demolitis, pristinam ad simetriam se reuocauit: Ex his oximel sanguinis coagulati liquefactioni conducere resecatur, quemadmodum & instranguria adaptat. ⁋ (quoniam) theorema diffundit, quod sedis ad perturbatæ agnitionem nec duntaxat præsentia, immo retroacta accidentia meditari per opus est: vt nitentius per historias deuelit: vt (igitur) quidam porro saniem prius per vrinam excludens: quum aliquo corporis in loco scilicet renum vel vesicæ, aut septi transuersi, vel thoracis crudelem sensisset sensationem, a febre, rigoreque inuasus fuisset: tunc in dolentiæ loco apostema disruptum fuisse statuit: sic igitur expuris liberatione, indignatione aliisque conductis, apostema conquassatum fuisse suspicatus fuit: Attende ex his, quod febris, modicaque concussio cum aliis constructe, acerbitatem prosequentes, apostematis eruptionem portendunt ⁋ (cum indiciis) vlceris locum tribus ex argumentis dignoscere hortatur: vt ex puris redundantia: nam a renibus quam a vesica defluens, vbertim conspicitur, quum calidæ humidæque naturæ extent, vesica autem gelidæ & aridæ: & quæ poris ab vritibus minoris copiæ quam quæ a vesica serpit: similiter quo ad coloris in-

quinationem, quia quæ a renib⁹ minus alba, immo rubore profanata: a vesica vero candida vel liuida vulgatur. ¶ Secundo ex saniei quum vrina compaginatione, vt in viscerum vlceribus persuasum habetur: nam si sanies quæ cum egestionibus vel cruor manat, quū eis condensatus haud intuetur: vlcus in infernis, si mediocriter in mediis, si summe, in supernis esse indicat: paripassu de sanie cum vrina profiteri impellitur: quoniam si sanies pura seu ab vrina disiuncta mingitur, vlcus in vesica, modeste in renibus, valde in supernis cō gestum esse, testatur. ¶ Tertio ex vlceris ramentis, quia si partes squamis consimiles quum vrina refelluntur, in vesica, si carnis partibus, in renibus vlcus innatum esse denunciāt: vt senex Hippocrates quarta in aforistica cecinit: si sanguinem & pus &c. ¶ (igitur) aditus per quos corporis sedes mūdificantur, explicat: nam iecoris gibbæ, hisq; superiores per vrinæ foramen expurgantur. ¶ iecoris con caua, viscera, ventriculus lien per aluum.
¶ thoracis pulmonisq; loca haud crebro per egestionem. ¶ quæ septo subtransuerso haud sæpe per vrinas: quorum causa quum aliquos fugiat: id moliri posse recusant. ¶ (Nos) quodā exoluit ambiguum, ꝙ pulmonis vulnera per vrinam mundificari, & thoracis per al-

uũ conſpexit: necnon ſubdit ꝙ nulli incertũ apparet, ꝙ ſanies a pulmone ad renes deriuatur: eo ꝙ vti rami vena a concaua, ita magna ex arteria ad renes pertingunt. ¶ (hæc) ſectatorum Eraſiſtrati ſententiam irridet: qui in arteriis ſpiritum compeſci duntaxat meditabantur: cuius aduerſum princeps ſentit: nam decenter ſe ſpeculatum eſſe fatur. ꝙ in pulmone diſrupto ex apoſtemate, ſaniem illã quam leuis pulmonis arteria allicit, in ſiniſtram cordis concauitatem diſtribui pos ſibile eſſe: & poſt id magnam in ipſius arteriam defluentem, per renes in veſſicam tranſcendere: quamuis huiuſcemodi euacuatio, ſcilicet saniei in pulmone exiſtentis, per vrinæ vias, hoc non ita iugiter contigere aſſueuit, vt potè eius euacuatio in pulmonis cannales: nam pus in pulmone congeſtum, per raro vrinæ ꝑ meatus expurgatur: ſed per pulmonis cãnales ſutilius, & ſcreatibus repellitur. ¶ (id) alteri ambiguitati debitum pen ſitat: videlicet vtrũ pus in pulmone conductum per aluum abigi pos ſit: qui refert ꝙ saniei per ventrem excluſio, alia eſt, quæ vt arte in ſecãdi elucet: haud crebram cohibet cauſam. ¶ (quippe) pus in pulmone collectum, ꝙ per aluum, ingreſſusq; vrinæ abſtergi poteſt: cauſam abſoluit. quoniam concaua vena quum vena quæ arboris

ſtipiti proportionatur, conglobata excogitatur: quibuſdam tamen aliis ſubuenientibus: ic circo neq; mirum, neq; impos ſibile prædicatur, ſaniem quæ ſuper ſeptum decurrit trans uerſum ad ventrem fluere; & ſedem per inferiorem .i. rectum inteſtinum liberari: & saniem quæ ſepto ſub transuerſo reſidet, vt ad renes pergat, & cum vrina pellatur. nam corporum cõpoſitionem, quæ raro machinatur, accidentia quæ haud ſæpe moliuntur, conſequuntur.

Ex his hæc ſubtrahuntur memorabilia.

¶ Veſicam gemina accidentia ſcilicet communia, acerbitatem, præternaturam tumorem, & peculiaria ſtranguriam, diſſuriam, vrinæ profluuium includere monet.

¶ Diſſuriam ex cauſa per conſenſum innatam accidens, per eſſentiam perturbationem eſſe, clamat.

¶ Diſſuriam ex vrinæ ardentia conductam, ex his renum ignea intemperie, vlcerum ſanie, aut ſuccorum defluxu pullulari iactat.

¶ Vrinæ depoſitionem veſicæ actionem eſſe, oſtentat.

¶ Veſica quum exundanti a materia coarctatur, vel eius acuitate ſolicitatur: tunc ſua fungi actione compeſcitur.

¶ Veſicam gelida a qualitate, vexationibus offi-

cialibus prosterni profitetur.

¶ Quum vesica compesci nequit: vt aquositatē in ea contractam exprimat: tunc ischuriā gigni promit.

¶ Stranguriam ex hoc vno vt vrinæ foraminis obturatione produci, cuncti testificantur.

¶ Neruorū a nuca germinātiū oppugnatio, ac ēt ipsius spinæ dispendium, minime tantam vesicæ molliciem porrigere queunt, vt strānguriam excitari videantur.

¶ Vti per aluum excludendi actio, haud intestinorum peculiaris, sed a voluntatis imperio distribuitur, paripassu in vesica actionem meiendi duntaxat, & nec volūtariā esse enūciat.

¶ Vesicæ vices extant: vt cūctis ex lateribus supprimenda supprimat.

¶ Sicut lacerti vesicæ collū cingentes: quum validi vigent: ita vesicæ collū coarctant, vt aquositatis in ea collecte, nihil diffundi possit: (non nisi quum a voluntate cōmittitur) quum mollificantur, vrina in voluntarie defluí apparet: parifilo de lacertis recti intestini postremam cingētibus partē, denūtiare imperat.

¶ Vrinæ, egestionisq; egressum, nec nudas naturales, nec volūtarias, sed mixtas esse pādit.

¶ Si nuca, aut nerui per quos animata facultas, ad lacertos collū vesicæ, rectūq; viscus circūuenientes defertur, laniantur, deiecta vtrāq;

infernam per sedem in voluntarie explicari, autumat.

¶ Sensus neruorum vesicæ marcedinem, vrinæ denegationem cõmouere sancit.

¶ Vrina macro noxiori temporis spatio q̃ decet vt graui nocturna exvigilia, vel conuiuio, aut arduis negociis & aliis reluctata: in vesica in iustam excitare tensionẽ promulgat. vt vrinæ defluxus prorsus prosternetur.

¶ Qui vesicæ vexationũ probam vendicare sciẽtiã imprecatur, causas procatarticas, præcursasq; sciscitari debet.

¶ Cruoris sua extra vasa coagulationem, hæc accidentia vt animi lapsum, pallidum colorem, pulsum paruum, obscurum frequentem: languentis cũ anxietate resolutionẽ, consequi testatur.

¶ Ad ex sanguinis coagulatione dissuriam, oximel vt depositũ p̄sidiũ a Galeno p̄cipitur.

¶ Saniei præcedens emanatio: dolore aliquam corporis sedem angente, febre, rigoreq; occurrentibus, ab acerbitatis loco, apostematis eruptionem decernit.

¶ Hæc vestigia puris copiam, eiusq; cum vrina mixturam, vlceris ramenta, sedem vlceratam illustrare p̄dicat.

¶ Iecoris gibbas partes per vrinas, concauam autem, viscera, ventriculum lienem per

aluum, thoracis loca, pulmonis per egestionem: quæ autem sub septo transuerso per vrinas & haud crebro expurgari censet.

¶ Pus in pulmone congestum & per vrinas & per egestionem mūdificari posse, sed haud sæpe moliri ostentat.

¶ Saniem quæ septum super transuersum defertur ad vētrem fluere, & per egestionem egredi, & quæ septo sub transuerso copulatur, vt renes currat, & cum vrina fugetur, nec impossibilitatem includere, coniicit.

¶ Per raram corporis constructionem, per rara consequi sinthomata claudit.

De vteri affectibus:

ATque ne hoc quidem loco sollicitos esse oportet, vtrum vuluam, an vterum appellemus, eam partem quæ mulieribus ad pariendum a natura data est. Neq; rursus vtrum numero plurali vuluas, aut vteros, an singulari vuluā, aut vterum quis nominauerit. Etenim satius fuerit in reb⁹ vtilibus tempus collocare, ex quibus vel ad notitiam, vel præsagia vel curationem fructum aliquem decerpere possimus. Veluti in eo affectu, quem nonnulli vteri

suffocationem, alii spirationis ob vterum ablationẽ vocãt, volẽtibus medicis vtraq; apppellatione vnũ quendã affectũ explicare. Ergo vero multas vidi mulieres hystericas, id est ab vtero suffocatas. Ita enim non hæ solum; sed priores quoque fœminæ artem medicam professæ, a quibus id nominis acceptũ est, seipsas nominabãt. alias quidem sine sensu immobiles iacere cum obscuro paruoq; pulsu, vel omnino sine vllo pulsu. alias sentiẽtes quidem, & moueri potentes, atq; integra ratione, sed tamen animi defectione, & difficili spiratione laborantes. alias etiam crura & brachia contrahentes. Ex quibus coniecturã feci, multas esse vteri affectuum differentias, vel pro causæ efficientis magnitudine, vel pro specierum quarundam varietate, inter se differẽtes. Igitur prima species, cuius Heraclides Ponticus in suo commẽtario mentionem fecit, multã exhibet de ortu suo ambiguitatem. Ait enim sub hac specie, neque pulsum, neque spirationẽ mulieris deprehendi posse. Atque ob id duntaxat non videri mortuam quod exiguum, in mediis corporis partibus, calo-

rem haberet. Est autē libri titulus, Apnns, id est perdita spiratio, Heraclidæ. Ac astātes quoque medicos quæsiuisse ait, an nondum sit mortua. Rursus nonnulli. Heraclidæ posteriores credentes seruari aliquid spirationis, quanuis ipsa non appareat, carptæ lanæ flocculos, coram naribus suspendi iubent, vt exacte deprehendatur, num spiritus aliquis inter spirandū tum intro, tum foras rursum deferatur. Sunt qui poculum aquæ plenum, ori vētriculi imponere præcipiunt. quippe immotum omnino seruari humorem aiunt, si tota perierit spiratio. Itaque si omnes ita affectæ mulieres interiissent, simplex esset quæstio: quum vero nonnullæ seruatæ videantur, geminam oriri quæstionem necesse est, inuestigantibus nobis tum dispositionem, ob quam spirationis munus deperditur, tum vel magis, quomodo viuere possint quæ nihil omnino spirant. Quippe in confesso est, & spirationem a vita, & vitam a spiratione, separari nō posse, adeo vt viuentem non spirare, & spirātem non viuere, sit impossibile. Atque hæc quæstio, quanquam superiore diffi-

cilior videtur, nõ est tñ perinde difficilis. quippe facile sustinebitur, si latebris inclusa animalia consideres, nulla apparẽte in ipsis spirationis nota. Hoc enim vbi cognoueris, huiusmodiq; animalia frigida esse persperxeris, atque ibi demonstratũ erit, quod maximus respirationis vsus est, vt intimus calor, & refrigeratione, & ventilatione seruetur, haud ita difficile fuerit perpendere, exignum illum calorẽ in ipsis derelictum, arteriarum, cordisq; officio conseruari. quæ actio a quibusdã medicis transpiratio, veluti ea, quæ a thoracis pulmonisq; officio prodit, respiratio vocatur. Itaque pereunte ob vteri affectum spiratione, quoniam vniuersum corpus refrigeratur, id enim manifeste videtur, fieri potest, vt nulla prodeat ab ore spiratio, quãuis ea quæ in arteriis fit, nequaquam intercipiatur. verum adeo potest, esse exigua, vt sensum omnino effugiat. Ergo vt nihil ad hunc affectum ptinens maneat indiscussum, succedit iterũ alia q̃stio, Quã ob causam corpus refrigeret? Ea vero haud difficulter dissolui poterit, si causas q̃ pcesserũt diligẽter intuea

mur. Sunt autem huiusmodi. Conuenit inter omnes medicos hunc affectum magna ex parte viduis euenire, iisq; maxime quæ cum antea probe purgarentur, ac parerent, atque virorum concubitu gauderent, iis omnibus priuantur. Quid igitur ex iis quis probabilius coniicere posit, quam quod ob retenta menstrua vel semen cohibitum, huiusmodi mulieres vteri dispositionibus crucientur? siue apnoeæ, id est non spirationes, siue suffocationes, siue etiam contractiones sint. Idq; fortasse magis a semine retento contingere potest, vt pote magnam vim obtinente. vt est enim in mulieribus, humidius, ita etiam frigidius, proinde ipsum excerni oportet, præsertim si naturaliter multo semine exuberat mulier. Proinde in mulieribus quæ multo semine abundant, id excerni postulat haud secus atque in viris. quippe nõ parua est horum differentia. Sunt enim nonnulli quos protinus a iuuentute concubitus imbecilliores efficit. Alii nisi assidue coeant, capitis grauitate molestantur, cibos fastidiunt, ac febribus obnoxii fiũt. atque vt deterior est ipsis appetentia, ita

& concoctio minor. hos Plato arboribus immodice fructiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore a libidinis vsu abstinentes, torpidi, pigriq; facti sunt. nonnulli etiam melancholicorum exemplo, præter modum mœsti, ac timidi, cibi etiã tum cupiditate, tum concoctione vitiata Quidam vxoris mortem lugens, & a concubitu quo antea creberrime fuerat vsus, abstinens, cibi cupiditatem amisit, atq; ne exiguum quidem cibum cõcoquere potuit. vbi vero seipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur, mœstus etiam apparebat, non solũ has ob causas, sed etiam (vt melancholici solent) citra manifestam occasionem. Verum hic ad pristinam consuetudinem rediens q̃ celerrime liberatus est. Hæc ergo consideranti mihi apud meipsum, visum est longe maiorem ex retento semine quã menstruis, corporis noxam euenire posse præsertim in his qui suapte natura vitiosis abũdant humoribus & pleni sunt, atq; in ocio educati quiq; quum antea nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim cõ

tinere cœperunt Equidem perpendi in iis, naturalem excernendi ipsum cupiditatem huius rei causam esse quum enim & tale & tantum fuerit, neminem non ad sui exctetionem vi quadam stimulat.

COMMEN. V.

DE Locorum afflitionibus vt viscerum, vessicæq; tanq̃ corporis superuacuorum sedium receptiuarum, præassumpto colloquio: impræsentiarum de contristationibus procreationis partibus occurrentibus vt vteri, speculari profitetur: & suam taliter disponit indagationem: primo ꝙ medicus nominum sedulitati minime insudare debet, vtpote si pars in fæminis a natura ad concipiendum remissa, vel vterus, aut vulua nuncupanda: & si vuluas, aut vteros numero in plurali, vel singulari perhibere per opus est: in his autem tempus conterere nequaq̃, sed in eis quæ fructum tum quo ad demolitionem, præsagiumq; suggerere queunt. ℭ (veluti) perturbationem a medico rimandam perquirit: videlicet vteri suffocationem & nec singulare promulgat: vt ꝙ vuluæ vexatio, absurdis perhibetur nominibus, vt quidam vteri suffocationem: alii vte

ri iacturam, ſpirationis relegationem: quare ſi his fertur nominibus, tamen eandem perpetuo portendit intentionem. ¶ Secũdo (ego) abhorrentes vteri laniationes detegit, vti in mulieribus ab vtero vexatis conſpexit. quædã porro, nihil ſentientes, nec loquentes intuebantur: & pulſum deſertum, ad eoq; paruum cohibebant: vt ſenſum refugerent. ¶ Alteræ quidem ſenſum, & motum, memoriamq; eorum columitate fungentes, amplectebantur: attamen ſyncopa, anhelituſq; acerbitas eas lacerabant. ¶ Aliæ de manuum, peduumq; conuulſione angebantur: ſic igitur ex his vteri ſuffocationes complures, & alienas eſſe, princeps agnouiſſe, fatur. ¶ Tertio (igitur) primo percurſam ſpetiem per Heraclidis annotata comprobat: quippe ſuo in libro teſtatur, ꝙ quædam mulier adeo ſeue aſſerta a cruciatione diſcrutiata fuit, vt pulſum, anhelitũq; tectos includeret: ita ꝙ ab expirata niſi exiguo in interioribus calore diſſentiret: & huiuſcemodi liber exterminata ſpiratio aſcriptus extitit. ¶ (ac aſtantes) gemina diiudicandi veſtigia, vtrum extincta, vel viuens eſſet fæmina, a medicis ex cogitata, experimentoq; comprobata denudat: ſcilicet innaribus floccorum lanæ adhibitio: alterum aquæ exatiatum poculum oris ventriculo connexum.

¶ (itaq;) ex vteri oppugnationum nece, integritateq; quota, & qualis germinat quæstio, exponit: vbi aliqua asserit: primo q̄ si cūctæ taliter perturbatæ mulieres in vitam redirent, vnica duntaxat insurgeret quæstio: sed quum quædam symetriam, quædam vero vitæ dissipationem vendicent: idcirco gemina insurgit quæstio: vna vt causa anhelitū eruens, intus noscatur, alia vt quomodo spiratione nec commorante, vitā degere possit: ¶ (quippe) postremam bifariam exoluere insudat: & ex communi confesso: quia mortalis aspiratione relegatus viuere nequit: nec spiratio ipsa ab eo viuente seiungi ponitur: quoniā omne viuens de necessitate anhelitum cohibet, & exaduerso ¶ Secundo (atque) q̄ thoracis spiratione exterminata, in arteriis spiratione viuente, vita persistere possit, per gelidæ habitudinis animalia denudat Et singulare p̄cipue prælibat scilicet q̄ anhelitus vsus idcirco cōstructus extitit: vt interior calor & refrigeratione & ventilatione protegatur: hoc percurso suum deuelit propositum: animalia quædam rigidæ excogitantur eucrasiæ, quæ exiguum cingunt calorem: ad cuius patrocinium arteriarum cordisq; respiratio suppetit, quæ veluti ea quæ a thoracis pulmonisq; munere germinat: respiratio perhibetur: pariter

in vuluæ vexatione quæ ſuffocatio fertur: cor pore nimis rigidato, oris anhelitum priuari, & duntaxat arteriarum permanere pro posſi ſili habetur: necnõ adeo parua exiſtit, vt ſen ſum refugiat. ¶ Et ex his hæc decerpas: ſpirationem binam vt pote alteram thoracis, pul moniſq́;, aliam vero arteriarum: Secundo ꝙ animal citra harum aliquam reſpirationum viuere denegatur. Tertio ꝙ animalia brumoſæ naturæ, fæminæq́; ab vteri ſuffocatione detentæ, licet thoracis reſpirationem, arteriarum, ſaltem renuere nequeant. ¶ (Ergo) cauſam reconciliat, cur in vuluæ ſuffocatione corpus eximie glaciale molitur: & bis gemina abſoluit: vt ꝙ huiuſcemodi cauſæ obuia, nec valida, nec laborioſa fatur: ſi præcurſæ probe rimentur cauſæ. ¶ Et hæc niſi viduis obuiat mulieribus, præſertim eis quæ prius menſales excludere purgationes decenter, parereq́;, ac virorum concubitu lætari eſſueuerant: impræſentiarum cunctis ab iis deſertæ fuere.

¶ (quid) ꝙ afferta afflictio ſi ſpirationis naufragium extat, ſiue ſuffocatio, aut conuulſionis ſpecies, niſi ex ſemine vel menſali coarctatis prodit. ¶ (id'q́;) vuluæ perturbationem validiorem gelidioremq́; a ſeminis redundantia q̃ meſtrui excitari pandit: quum id in fæminis q̃ in viris hyemalius excogitatur. ¶ (pro

inde) de seminali superuacuo bina intimat: vt cunctis eius euacuationem esse oportunam. Secundo eius ex compescentia iacturæ consectantur. in hoc. n absurdi repperiuntur: nam alteros iuuẽtute florentes, coitus vsus prosternit. ❡ Quidam nisi libidini insistent, cõpluribus a sinthomatibus vt capitis grauedine, febre, cupiditatis, concoctionisq; diminutione, dissipantur hos autẽ plato arboribus vbertim fructum gignentibus, cõgessit. ❡ Alii vero qui quum præ erubescentia libidinis concupiscentiam retractauerint, brumam, segnitiemq; vendicauerunt. ❡ Nonnulli in mœrores, deprauatasq; cogitationes incurrerunt: & cætera quæ percurre: & quum hoc huiuscemodi abolendi dispendia, modum expedit. vt se det animo. ❡ (Hæc) complura ex seminis quã mensalis coertione, pullulari incomoda enunciat, & vnice in his in quibus praui excogitantur succi, affluentiæ otioq; inuigilantes, nec non de libidinis assiduitate, in eius relegationem inopinate conflectuntur: quapropter quum naturalis concupiscentia eos consuetũ in semen refellendo impellit: si cumuletur, & inedia fungantur: affata detrimenta innasci fatur.

Ex his hæ resecantur normæ

❡ Medicum haud de nominibus solicitum esse

imperat, sed de eis ex quibus compendiũ quo ad perturbationum dissipationem, præsagiũ fructumq; decerpere possit.

¶ Vteri suffocationem, matricis suffocationem, ac spirationis naufragium, perhiberi committit.

¶ Discrepantes vteri suffocationes esse, vt quandoq; sensu, loquelaq; euolutas, aliquando a sincopa duraq; spiratione discruciatas, aliquãdo manus, pedesq; a conuulsione dũtaxat cruciatos esse, ꝓfitetur.

¶ Omne vita fungens, de necessitate spirationẽ habere, & quodcũq; spirat vitam compescere testatur.

¶ Anhelitum vt intimus calor refrigeratione, vẽtilationeq; opituletur, a natura adiudicatum esse clamat.

¶ Respirationem, alteram thoracis, pulmonisq; aliam vero arteriarum Galenus sentit.

¶ Viuentia citra harum vnicam respirationũ viuere posse, recusat.

¶ Crasis rigidæ animalia, fœminæq; a vuluæ suffocatione correptæ, q̃uis cum respirationis thoracis carentia, viuendi obtineant facultatem: tamen arteriarum respirationẽ ea tempestate, nullatenus denegare queũt.

¶ Vteri suffocationem viduis, ac mensalis,

fœminisq; assueta a purgatione refugiẽtibus, summe accidere pandit.

¶ In mulieribus vteri suffocationem, respiratio nis iacturam, ex semine, mestruisq; purgari detentis, pullulari iactat.

¶ Affluenti ex spermate, q̃ mensali præterna-turam inclusis, sæuiora vuluæ accidentia moli ri indicat.

¶ Cuius suppressio aliquam perturbationẽ pos sidere cogit: illius euacuationis reuocatio, ip-sam dissipabit.

¶ Ex libidinis crebritate tam fæminis q̃ viris hæc consotia: nam quædam ex ea virium lap sum vendicant: alia vero eius eximiam ob re-nunciationem a capitis grauedine, febribus, auiditatis, concoctionisq; mollitie, inertia, vniuersi bruma corporis, melancholicis ab ac cidentibus dilaniari assueuerunt.

ITA Diogenem Cynicum narrant, virum alioqui omnium mortalium, quod ad cõ tinentiam pertinet, constantissimum, li-bidini tamen indulsisse, non a copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectũ sed vt noxam, quæ a retento semine pro-uenire solet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita, quum diutius cessaret, ipse ma

nu pudendis admota, semen proiecit, ac venientem deinde mulierculam remisit inquiens, Manus hymenæum celebrando te præuenit. At plane constat modestos viros, non ob voluptatem, sed vt ab impedimento præseruentur, libidini indulgere, perinde ac si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, non quod existiment voluptatem boni cuiuspiam speciem præ se ferre, sed vt semen, quod ob retentionē ipsa molestat, excernant: haud secus quā deiiciendi stercoris, excernēdæque vrinæ desiderio, suapte natura moueri consueuerunt. Cogitanti itaque mihi aliqando super hac re, tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam tēpore vidua, quæ præter cætera mala, neruorum quoque distētione vexabatur. ac dicente obstetrice, vterum esse retractum, remediis ad huiusmodi affectus consuetis, vti decreuit. quibus adhibitis, partim ob ipsorum calorem, partim etiā quod inter curandum, manibus tractarentur partes muliebres, oborta titilatione, cum labore, & voluptate, veluti per coitum vsu venire

ſolet, excreuit craſſum, plurimumq́ſemẽ, atq́ ita a moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta cõiectura aſſequutus ſum, vitiato ſemini, maiorem, q̃ mẽſtruis, eſſe vim, ad noxã vniuerſo corpori inferẽdã. Itaq́ licet hæc quidẽ aliquãdo ꝓfluant e viduis, ſuppreſſũ nihilomin⁹ ſemẽ, moleſtiã, noxãq́ ipſis inferre põt. Quibus vero nequaq̃ pſuaderi põt, exiguũ ſuccũ in vna parte contentũ, tantorũ accidentium quæ vniuerſo corpori eueniunt, eſſe cauſam, ii omnino immemores eſſe videntur eorũ q̃ quotidie cõtingunt. Etenim a phalangii ictu totũ corpus affici videtur, exiguo veneno p minimũ foramen iniecto. Sed lõgi maiori admiratione dignus eſt ſcorpionis ictus, quod breui admiratione dignus eſt ſcorpionis ictus, quod breui admodũ tẽpoꝛe, grauiſſima infert accidẽtia, quippe quũ ſeſe applicat, aut perq̃ exiguũ eſt id qđ iniicitur, aut nihil omnino, nullo apparẽte foramine in ipſius aculeo. Atq́ fieri nõ põt, quũ primũ quis, ꝓinde quaſi ab acu, pũctus eſt, vt vniuerſum corpus veluti grandine pcuti videatur, animi ſimul defectione accedẽte. Nã

rationi magis cõsentaneũ est, vt vel a spiritu quodã, vel tenui humiditate iniecta, hæc eueniãt accidẽtia. Sunt qui putãt res quasdã solo tactu, ꝑ qualitatis vim, ea q̃ eis vicina sũt alterare posse, idq; plane videri in marina torpedine, vtpote cui tã vehemẽs sit potẽtia, vt ꝑ piscatoris tridẽtem trãsmissa ad manũ alteratiõe, derepẽte totã reddat torpidã. His cõiecturis facile deprehẽdit̃, paruæ molis res quasdã, solo tactu, maximas inducere alterationes. Id q̃d in Heraclio quoq; lapide, quẽ magnetẽ nominãt, videre ẽ. ferrũ.n.q̃d tetigerit, ei adhæret, vel nullo adhibito vinculo. Deinde si aliud, id q̃d primo tactũ fuerit tetigerit, similiter vt primũ illi inhærebit: Postea tertiũ secũdo ita vt plane cõstet, rebus q̃busdã vehemẽtissimas ẽẽ vires. Reliquũ est vt inuestigemus, an in animãtibus corruptio aliq̃ nasci possit tãta, vt veneni tũ q̃litatẽ, tũ vires æquet. an id iã a medicis enodatũ, discussũq; esse videt̃, q hãc solẽt ꝑponeꝛ q̃stionẽ. Vtrũ ꝑprie sint notæ veneni, necne. Nã q de hac q̃stione meli⁹ disputasse videt̃, ii eosdẽ fieri affect⁹ cõcedũt, & a letalis vẽeni potiõe, & coruptiõe

q̃ e corpore ortum habet. Non tñ eos di-
scerni nõ posse qui venenum sumpserũt
ab iis qui aliunde affecti sint. Quum enim
homo suapte natura probis humoribus
abũdans, ac sanorum more educatus, de-
repente moritur (vt lætali assumpto vene
no fieri solet) deinde corpus aut liuens
aut nigricans, aut varium est, aut diffluẽs
aut præ marcore, fœdum molestumq; red
dit odorem, hunc venenũ sumpsisse aiũt.
Igitur si eiusmodi affectibus nos infestari
fateamur, qui ex nobismetipsis accepto
suæ originis impetu, similes sint his, qui
pernicioso epoto veneno eueniunt. nihil
mirum si vitiatum semen, aut menstruum
huiusmodi, quum retinet, aut putrescit,
corporibus vt afficiantur idoneis, grauia
inferat accidentia. Quippe facile intelli-
gitur a canibus, q̃tam habeat vim afficien
dæ rei aptitudo. quum. n. reliquorum ani
malium nullum rabie capiatur, solus ca-
nis eo affectu corripitur, atque tãta fit in
ipso humorum corruptio, vt solum eius
sputum, si humanum corpus contigerit,
rabiem excitare possit. Vt igitur ab exi-
guo initio, sputi videlicet qualitate, au-

cta quædam in corpore diſpoſitio, quã do ad magnitudinem notatu dignam p-uenerit, diſcerni poteſt, idq; poſt ſex menſes, quum nonnunq̃ ante id tempus, nulla nota deprehendatur: Sic eodem modo vitioſo humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis, principaliũ partium aliqua conſentit, a qua deinde vniuerſum corpus celeriter alteratur.

COMMEN. VI.

QVVM antecedenti in litera de cruciationibus in locis gignitionis conductis, diſſeruiſſet princeps: in præſentia eundem agitare colloquium nititur. Exordio libidinis neceſſitatem de Diogenis conſilio promulgat: quum ipſe cunctos inter mortales in cupidinis compeſcentia, validiſſimus extitiſſet, verũ diſpendia eius ex priuatione ſpeculans, amoris flammæ nec delectationis ſuaſu: ſed vt in commoda ex ſeminis cohibitione intimatura abigeret: nauauit. ⁋ (at plane) cur modeſti viri libidini inſiſtunt, exponit: necnon cuiuſdam viduæ filum ab vteri ſuffocatione dilaceratæ, daminiculaq; demolitiua expedit: quæ lege quia ſatis obuia. ⁋ Pro quorum enitentia cr-

ca complura animum ad hibere oportet: Primo ꝙ semen stercoralibus, aquosisq; superuacuis Galenus comparauit, quoniam vti hæc eorum quantitate & qualitate astructa, naturam ad expulsionem solicitãt: & si supprimerentur, detrimenta germinarent. paripassu de semine profiteri hortatur. ¶ Secundo ꝙ vti aliqui testãtur causæ vuluæ suffocationis tres excogitantur, quædam primitiuæ vt aer gelidus coarctans, exercitium dissolutiuũ & nec dissolutum dissipans: quies materiam cumulans: excubiæ, vsitatæ balneationes, nocturnæ vigiliæ, escæ, potus crassi melancholici alimenti, coitus frænum. ¶ Aliæ antecedentes adaptantur: vti hyemalis intẽperies, quæ sui caloris impotentia, superuacua abolere nequit: & meatum coagustatio per quos eiectorum expurgatio moliri debet, & iniquus succus spermaticus vel mensalis incorpore congestus & reluctatus. ¶ Postremæ causæ coniunctæ asseruntur, vt puta vteri versus septũ trãsuersum subleuatio: aut pessimus fumus venenosa a materia septum ad transuersum, cor & cerebrum pulsatus ¶ Tertio ꝙ vteri suffocatio vt Iohannitius fatur, vtero gerentibus haud occurrit: quoniam si fœmina concederit prorsus passio desiit: quum vulua sui humiditate, grauitateq; inferius deplicatur: & sic ra-

tione

tione matricis ſubleuatiõis minime in eis ma chinatur: ſed decenter fumo venenoſo a mate ria deprauata eleuato: con ſimiliter etiam im partu promendũ. ¶ (proinde) ex ſemine de-prauato coarctato, deteriora, q̃ menſali detẽ to moliri accidentia detegit: vti in viduis na-turales cingentibus euacuationes ſæpiſſime cernimus. ¶ (quibus) ꝙ modicus ſuccus ſicut ſemẽ aliqua in ſede corporis incluſus, tot ſin thomata corpori occurrentia excitare poſſit: quatuor illuſtrat mediis, ſcilicet per phalan-gii ideſt araneæ ictum: nam exiguo veneno arctatum per foramen iactato, vniuerſum di-ſcrutiatur corpus. ¶ Secundo per ſcorpionis ictum, quod acerbius ſuſpicatur: quoniam ꝙ ab eo explicaꝭ tenuiſſimum, aut nihil exiſtit: quum in eius aculeo ſeu ſpinæ ſummo aditus nec cõſpicitur: iccirco ꝙ grandineã frigidita-tẽ defectioneꝙ; qua ſi ex vnius acus punctione necnon tot accidentia in opinate vniuerſum ꝑpeti corpus, haud poſſibile iudicaꝭ: ſed ſpiri tu a flatuoſo, aut gracilenta cõnexa humidita te hæc naſci, potius rationabile ſanciꝭ. Tertio ꝙ necdũtaxat minimã ꝑ rẽ in aliquã corpo-ris ſedem plantã, aſpera implorant accidẽtia, immo etiã per cuiuſdam piſcis tactum altera-tionem eius qualitatis impulſu produci poſ-ſe aſſerit: vt de torpedine marina per-

sua sum habetur: quæ tantā amplectitur vim: vt si manibus palpatur, alteratione tundente manus raptim congelatio in eis germinat: & ex his actenditur q̄ res licet minima extet: tamen nudo ex tactu eximias in corpore mutationes concitare potest. ¶ Quarto in Heraclio lapide quem magnetem dicunt: nam ipsa sui natura citra alterius præsidium ferrum elidit: & ferrum a magnate in escatum. alium allicit. sic igitur ex his q̄uis modicus extet succus, amara in corpore commouere posse sinthomata claudit. ¶ (Reliquū est) suam suppresso de semine, vel mensali intimatam conclusionem vtpote q̄ acuta in corpore impellat accidentia lucidius deuelit. & principaliter geminas rimatur quæstiones: vt vtrum in corpore talis congeri possit materia; quæ veneni vim, qualitatemq; cohibeat. ¶ Secundo si veneni familiaria extent vestigia. ¶ (nam) priori debitum pensitat, consimiles perturbationes venosa expotione, & iniqua ex materia in corpore cōducta, germinare posse, aliorum de mente profitetur. ¶ Secunde (non) idem pensitat: vt mortiferam deuorantes potionem a non deuorantibus quatuor ex coniecturis dijudicari queunt: vt ex succorum residentium in corpore probitate: honestorum alimentorum educatione, & ex cute liuido;

aut nigro vel vario defædata colore: ac ex fætida corporis post necem redolentia: vnde his vigentibus si confestim extinguitur, letalem iactasse potionem haud fugias si aduersa moliuntur, oppositum etiam prædicare cogitur. ¶ (igitur) his præcursis, suoq; subuenienti bus proposito: quod exquirit, pandit: si ponitur, q̄ aliquo ex succo in corpore innato. criminatoq; letali epoto veneno consentientia accidentia prodere queunt: Ergo q̄ ex semine, mestruoq; inclusis, sæua producantur accidentia nec mirum conicere apparet: quod p̄ canes comprobat: vbi tria expedit: & canes in escandi rabiem, summam habere aptitudinē: quum nullum aliud animal a rabie corripiatur. ¶ Secundo singulariter canes adeo deprauatos compescunt succos: vt eorum sputum super aliquem impartitutum, rabiem salicitare possit. ¶ Tertio his reconciliatis, suam sub infert animi vim: sicuti rabiosi canis morsus in initio ex sola saluiæ qualitate in corpore quandam annectit, astruitq; contristationē: & hoc post .vi. menses, licet in exordio nulla appareat suspitio: paripassu prauo inanimalis corpore congenito succo, paulisper temporis tractu sedes percutit principales: ex qua vniuersum corpus tumultariam vendicat alterationē. & de textus studio assertū sit in tātū.

Ex his hæc cōpilantur indagata.

¶ Diogenem in cupidinis inedia validissimum fuisse testimonium reddit.

¶ Diogenē, modestosq; viros coitui haud voluptatis suasu, sed vt accessura denegaret naufragia, insudasse denūciat.

¶ Animalia ita ad coitū superuacua repellēdi excitantur causa, vti vrinam, egestionemq; refellendi cupiditate commouētur.

¶ Ex semine suppresso sæuiora q̄ ex mensali cōuocari accidentia autumat.

¶ Et ꝑ rē licet minimā contractā, vti de araneæ, scorpionisq; ictu elucet, & ꝑ tactū sicut de marina torpedine sedet animo, ꝓterua in corpore cōsectari accidētia, necnō & corpus haud modicā lactare alterationē ꝓmulgat.

¶ Heraclium ferrum inascare: & ferrum lactatū allium elidere sentit.

¶ In corpore materiā, virtutē, qualitatēq; letalis veneni cōpescētē, cōgeri posse pādit.

¶ Inopinata ꝑnities, decentes succi in corpore excogitati, euchimarū escarū educatio: post necē cutis color liuiditate, tenebrositate, absurditateq; deturpat⁹, fætidū subministrās odorē, letalē deuorasse potionē, statuūt.

¶ Vti exigua ex materia aliqua in corporis parte coarctata, vehementia in corpore germinare accidentia, pari modo de semine, mensaliq;

ſuppresſis ꝓfiteri monet.

¶ Animaliũ aptitudinẽ obtinẽdi rabiẽ nullũ, ni ſi canes cohibent.

¶ Soli canes taliter ſuccos includunt deprauatos: vt eorũ ſaliua ſuper aliquẽ pulſata, in ſex mẽ ſium ſpatio, nullo in initio vulgato veſtigio, rabiem indicare poſſit.

¶ Vti rabioſi canis ſputum ſuper aliquem iacta-tum, lente rabiem gignit, paripaſſu praua materia in corpore contracta, tempeſtatis curſu parumper ſedes corrũpit principales, ex qua vniuerſum corpus mutationem lucrari au-tumat:

QVOD autem a priſcis iam inde ſeculis optimo iure creditum fuerit, hyſterica di cta accidentia, ad vterum, tanq̃ ad radicẽ pertinere: vel maximo argumẽto eſſe põt, ꝙ & ſolis viduis, & iis quibus mẽſtrua ſup primuntur, huiuſmodi affectus euenire conſueuerunt. Quod vero ad eos excitan dos, retentum ſemen, maiorem: menſtruũ vero, minorem vim obtineat, facile intel-ligitur ab his mulieribus, quibus quũ nõ ſint viduæ, purgationes ſupprimuntur. q̃uis.n. pluribus infeſtentur accidentibus

quæ posthac dicentur, spiratione tamen non priuantur, neq; animi defectione, neque aliis quoq; accidentibus, q̃ paulo antea dicta sunt, laborare videntur. Præterea ex eo q̧ sunt viduæ quædã, quæ licet æq; vt antea, aut paulo minus purgentur, nihilominus similibus corripiuntur accidẽtibus. Quippe medicæ quæ eas exquisite tetigerunt fatentur circa vterũ notas quasdam apparere. Nam ceruix eius inclinata videtur, interdum quidem veluti sursum retractus sit totus vterus, interdum vero veluti ad latus trahatur. Proinde quidã vterum veluti animal esse statuẽtes, quod creandæ prolis gratia mouetur, si priuetur his quæ cõcupiscit vniuerso corpori nocere dicunt. Qua de re Platonẽ ita scripsisse comperimus. Ea pars quæ in mulierib⁹ & vterus & vulua nominatur, quum sit animal prolem generare cupiens, si intempestiue, diuq; infructuosum fuerit, succensens ægre fert, erransq; per totum corpus, & spiritus meatum obstruens, respirareq; non sinens, in extremam anxietatem deiicit, atq; multos alios morbos excitat. Hæc dicente Platone, quidam addiderunt, q̧

posteaquam ita per corpus vterus errauerit, ad septum transuersum perueniens, respirationem impedire solet. Alii errare ipsum veluti animal negantes, vbi suppressa sunt menstrua, exiccari aiunt, deinde humectari cupientem, ad viscera vsque ascendere. quum vero ascendendo nonnũquam septum transuersum contingat, iccirco animal spiratione priuari. Etenim q ignorant ea quæ in dissectionibus apparent, quiq; neq; naturales, neq; a voluntate pendentes actiones, vnquam considerauerunt, quanuis ea, quæ iam diximus, nulla audiant demostratione roborari: fieri tamen posse arbitrantur, vt aliquid ex ipsis a veritate nequaquam abhorreat. At vero qui in vtrisq; fuerint exercitati, hanc rationem, vtpote infirmam, vel me tacente, dispiciunt. Nam si aliquid vteri ascendere videatur, id perexiguum est. neq; sufficit ad hoc, vt totum ipsius fundum, ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat, tantum abest vt hunc prætereundo, ad septum transuersum pertingere possit. Quod si detur etiã vt attingat, quod momenti habebit id, vt spirationem tollere,

aut animi defectionem, aut mẽbrorũ contractionẽ, aut integrum soporẽ inducere possit? Etenim quũ aliquis se impleuerit, ventriculus intumescens, plane videtur septũ transuersum comprimere, atq; hanc ob rem spiratio redditur crebrior, sed nullo insuper alio accidente animal infestatur. Atque prægnãtibus quoque, vterus adeo intenditur vt crebrior fiat spiratio, sed ne has quidẽ aliunde lædi videmus. Id aũt qđ dicunt, exiccatos vteros, humoris desiderio ad viscera ascendere, nemini non absurdũ videri põt. Si n. absolute humorẽ vterus requirit: vesicã atq; crassi intestini partem inferiorẽ, totã sibi ꝓximã habet. si vero nõ simpliciter humorẽ, sed sanguineũ humorẽ desiderat, ad hepar potius q̃ ad septũ transuersum, ipsum moueri oportebat. At vero quid opus est vt aliis extrinsecus irruat partibus, quũ a spissa mẽbrana ipsum ambiente contineatur? quippe oẽs tunicæ q̃ ad sese humorem ex intestinis attrahunt, per ora q̃ plurima id efficere solent. Atqui ad vterũ multa admodum venarum ora perueniunt, ꝑ quas ex cõcaua vena, vtpote cui ex hepate san

guis influit, sanguinem attrahere potest. Etenim q̃ aliā fistulā, hac insigniorē, quis inuenerit? qua ex hepate in vterū sanguis deferatur, aut per q̃ aliam omnino vterus ex iecinore quidpiā attrahere possit. Q̃d si hunc concauæ venæ riuū nō maximum saltem nō aliū esse fateamur oportet. quippe sola hæc vena, partibus sub transuerso septo constitutis, ex hepate defert sanguinē. absurda igitur omnino est illorū ratio cum hoc q̃d vterum esse animal, hac ratione astruere videntur. Sed si hoc ipsis concedatur, ergo ægre feret vterus priuari se eo q̃d concupiscit, ac fortasse a cibo quoque abstinebit, quemadmodum pgœnices amatores affici peribentur. verum ob hoc neq; ad septum transuersum, neq; ad alium quemuis locum perueniet. Nam vt cætera omittamus perquam arida est septi transuersi temperies, atqui vterus iuxta illorum placita, qui ipsum exiccari dicunt, humidarum partium communicatione indigeret.

COMMEN. VII.

HODIERNA in oratione ſuam conſtitutã ſpeculationem ſcilicet de vteri perturbationibus cõſectari inſudat: & nec ſingulare intimat primarie, ꝙ vuluæ accidẽtia ei nec alteri ſedi impartiri oportet, & hoc quum ſentit (quod autem a priſcis &c.) nam egregium veſtigium ad hoc teſtificandum exiſtit quoniam ſolis viduis & quibus menſales denegantur purgationes, aſſerta inſurgunt accidentia: quum in earum vulua vtrumq; condenſetur ſuperuacuum puta ſeminale, & menſale, quorum cõpeſcentia, hyſterica perhibita, cõcitat ſinthomata. ¶ (quod vero) ſemen incluſum ſæuiora q̃ meſtruum ſolicitare accidentia ex tribus denudat, vt ex fœminis non viduis menſalibus orbatis purgationibus: nam hæ quum ſemen ex concubitu excludant: q̃uis meſtruum coarctatur: ſi aliqua in eis conuocantur ſinthomata, ea iocundiora excogitantur, non enim reſpirationis relegatio, nec eximiæ animi defectiones: neq; alia angentia vt iam parum antea prædicata fuere, conſeruntur accidentia vti in ſeminis cohibitione concurrere aſſueuerunt. ¶ Secundo ex viduis naturali fruentibus menſali, nã q̃uis hæ vſitatas cingant mẽ-

ſales euacuationes: tamen quum ſeminis libe
ratio reluctetur; aſpera matricis germinant
accidentia, vt reſpirationis obluctatio, & cæ-
tera affata. ¶ Tertio ex medicarum confeſſu
vt (quippe) quũ .n. ſeminis aut menſalis cruo
ris aſſiduata reluctatur euacuatio: ea tempeſta
te obſtetrices circa vterum aliquas excogitare
ſuſpitiones profitentur, vt puta eius collum
palpantes, diuerſimode ſituatum repperiunt.
vt quandoq; ſurſum retractum, & hoc quum
exundantia parte in ſuperna contrahitur. quã
doq; vnicum ad latus ſcilicet vbi affluentia po
tius contexitur: quoniam aliquo ex ſuperua-
cuorum in vulua frenato, binæ afflictionis ſpe
ties prodere queunt: vna officialis intitulatur
quæ in primis vuluam conſequitur. quare ad
ſuperiora confugit, & conuulſio innaſcitur.
¶ Secunda ſuccoſa exponitur, quum eo φ ex
materia in vtero inhibita, complures ſedes ad
principales aſcendunt vapores, vt ad cerebrũ
& contriſtatio pullulat comitialis, nec quo re
pentinum ad caſum duntaxat, immo quoad
alia accidentia vt ſenſuum proſternationem,
ſi ad cor ſincopa. ¶ Pro aſſertorum nitentia
alia conuocatur ratio: quando aliqua materia
naturaliter ſe habet: quanto præſtantior
adiudicatur, tanto quũ deprauatur, deteriorẽ
vendicat maliciam: vt de lacte, cruoreq; Gale

nus vii. methodo med. lineat, quare semē sua sub tēperie reseruatū, quāto pfectius, iocundiusq; mestruo assignatur: tanto potius ad ma liciei pessimum reiicitur gradū. ¶ (proinde) causam cur vulua seminis, mensaliūq; explica tione impugnata tot solicitat accidentia bifa riam testatur. scilicet ex aliquorum iudicio qdam profecto vterum quasi animal esse clama bant. Secūdo ipsā filiorū productionis gratia cōmoueri censent: quare quū ea quæ impreca tur, denegāt, vniuersum cruciat corpus: quam ob rē si vsitatis ab euacuationibus relegat: suū cōsectari optatū, nullatenus potestatē habet, & p consequēs hac ex causa irritata, corpus di scrutiat. ¶ Secūdo ex platonis cōpositione, ea pars quæ in fœminis vulua perhibet, quū filios pcreare animal cōstituit, si macro noxio tēporis spatio q fructū haud germinet pmāserit, vniuersum p corpus turgēs, inspirationis aditus arctat, extremāq; in anxietatē com plures ēt in affectus deducit: sic igitur quū semen, menstruūq; repellēda, minime repellūtur, filiorū edictio detinetur: & vulua suam vē dicare cupiditatem deplorabitur, ac truculentis dilacerare corpus accidentibus elaborabit. ¶ (Alii) aliorum de consilio vt quidam conspirabant, tria meditatur, & si vulua veluti animal errans excogitatur: quum quidam hoc

esse expresse renuerent. ¶ Secundo si propter humectationis imprecatū ad superna ascēdat: quum aliqui mestruorū suppressione vigente vuluam exiccari, & humectationis impulsu ad viscera ascendere ꝓmulgabant. ¶ Tertio vsq; quem ad locū saliēdi facultatem obtinet: quū nonnūq̄ ad viscera, & quandoq; septū ad trāsuersum pertingit: vnde germinat: ꝙ animal spirationis partibus fungi nequit (vt nonnulli asserebant.) ¶ (etenim) eos aliquibus crimini medijs auspicatur: & dissectionis scientia: nam quū ipsi dissectionē fugiant, actionesq; naturales, & a voluntatis imperio pendentes non sciscitentur, cuncta supra exposita possibilia esse, sanciunt: sed qui his insistunt: licet a nobis nō enudetur, ex seipsis eorū rationē a veritate absurdā esse dignoscēt. ¶ Secundo ꝙ q̄uis vulua superius ascēdat, tn̄ modicū est, immo neq; ad ventriculū ascendit: quanto minus vsq; septum ad transuersum: nam si illuc attingeret, & spiratio succumberet & animi defectio, aut partium conuulsio, vel integer sopor congeri inspiceretur. (etenim) hoc per effigiem comprobat princeps.: nam si ex alimentorum, potuumq; affluentia ventriculi cōcauitas septum præmit trāsuersum, idem etiam vtero habentium vuluæ super extensæ subministrant: ex qua conpescentia

ſpiratio anguſtior, crebriorq; molitur: etiam ꝙ aliud iacturam non ſuggerat: quanto magis anhelitus frequentia germinat ſi vuluæ aliquid, ſeptum pulſaret traſuerſum. ¶ Tertio (id) nec eorum dimicat ratio ꝙ vulua humectationis auiditate ſurſum ad viſcera aſcendat: nam ſi aliquo tempore humectationem imploraret, veſſica, craſſumq; viſcus excellēter ei humiditatem ſuppeditare poſſent: & ſi haud humiditatem, ſed ſanguinem cuperet: tunc ad iecur potius q̄ ſeptum ad traſuerſum ſalire, quum ipſum cruoris fons extet cōgruētius ſuſpicaretur. ¶ (at vero) ſi vulua ſpiſſa a membrana cingitur: quo modo alias ad corporis ſedes decurrere poteſt. ¶ (quippe) poſtremo cunctæ membranæ ab inteſtinis humiditatem ineſcantes, os cohibent, quo lactare queunt: ſed ad vterum complura venarum ora diſſeminantur: per quæ ſanguinem concaua a vena allicere valent: nec enim rectiorem ianuam cruorem elidendi coniicitur. quare tamq̄ rudis eorum ſententia abigenda elucet. ¶ (abſurda) ꝙ vterum animal extet, lacesſit: quoniam ſi ſic ponitur: eo tempore quæ imprecat, non repperiens: triſtaretur, & optata vendicans, gratularetur, necnon ab eſcis elongabitur, vti phœnices amatores affici nū cupantur. ¶ (verum) ꝙ ipſa vt animal ſep-

tum ad transuersum, vel aliam ad sedem perueniat, humectationis apice, infame assertur, nam septum transuersum aridū est: quare si humectari optat, nec ad id, sed roridas ad sedes commouebitur.

Ex his hæc decerpo enuntiata.

¶ Vteri accidentia ei, & haud alteri sedi impartienda esse, testatur.

¶ Semen coarctatum vehementiora, q̄ mestruū concitare sinthomata, promit.

¶ Vuluæ superuacua intempestiue cohibita, geminas perturbationis species, similares, & dissimilares solicitare prædicat.

¶ Vteri aliquid licet superius ascendat, id modicum esse sancit.

¶ Vuluam nec ad ventriculum, nec septum ad transuersum salire diiudicat, licet alii aduersum sentire profiteantur.

¶ In escarum, potuumq; exundantia, ac in vtero gerentibus septi transuersi pressione, spirationem spissiorem machinari promulgat.

¶ Vuluam humectationis rapacitate supernas ad sedes ascendere, a veritate absurdum esse, asserit.

¶ Vterum animal esse, vt aliqui denunciauerūt, erubescendum esse, claudit.

SED interrogaueris fortasse, q̄ ob causam, modo sursum, modo in latus retrahi vterus videatur (id.n. obstetrices aiunt) aut cur ipso in sua sede sæpenumero manente, nihilominus mulieres quædam ab hystericis accidentibus corripiãtur. Equidẽ huius rei causam explicare tentabo, ea q̄ ab Hippocrate dicta sunt, imitando. Igit̃ vteri tensiones in causa esse dixerim, cur tangentibus obstetricibus, modo sursum modo in latus retrahi videatur. Nã simul cum vtero, ceruicem quoq; ipsius retrahi necesse est. Superest ergo vt declaremus, q̄ ob causam vterus vel sursum, vel ad lat⁹ retrahatur: hoc enim huic sermoni deerat. Ea esse censetur vasorum ad ipsum peruenientium & plenitudo, & suspensio. Etenim ostẽdimus in enarratione eius aphorismi quo inquit, Conuulsionem & a plenitudine fieri, & euacuatione: q plenitudo repletorum corpora & in latum & p̄fundum extendit, sed longitudinem abbreuiat. Ergo quo efficiuntur breuiora, eo magis ad originem retrahuntur. Nam Erasistratus musculos quoq; si spiritu impleantur, in latitudine augeri, in longitudine

tudine vero minui, atq; ob id etiam retra-
hi dicit. Vnde ergo oritur plenitudo, tum
venarū tum vinculorū: nēpe ex menstruo
rū retentione. Nā puenit quidē ad vterum
sanguis, sed ad interna ipsius ingredi nō
potest aut quia crassior est, q̄ vt p ora va-
sorū possit penetrare, aut quia clausa sunt
ora. Itaq; multiplicatus in venis, eas exten-
dit, atq; vicina ipsis vincula madefacit: ad
horū aūt extensionē cōtinuo vterum retra
hi necesse est. Igitur si æqualiter vndiq; tra
hatur, recta erit, & sine inclinatione, ipso-
rū trāsmutatio: si vero inæqualiter, ad par
tē vehementius trahentem intenduntur.
Nō ergo veluti animal errabundū, alias
ad alium locum discurrit in mulieribus
vterus, sed ab extēsione retrahitur. Quod
si dixerit quispiā, vteri corpus tū non esse
affectum: sed peruersione laborare, quum
alias aliorsum trahitur: hic haud absur-
da dicere videbitur. Nam circa reliquas
quoque corporis partes accidit, vt hu-
iusmodi appareant affectus, & vt sæpenu-
mero decipiātur medici, qui persuasum
partem quia vel incuruari vel extendi
non possit, arbitrantur esse affectam.

Atq; hoc docuit Hippocrates in eo libro quem de articulis scripsit, vbi etiã de vteri vocato errore mentionem fecit, ita scribens, Si in posteriorem partem caput femoris exciderit, q̃q̃ hoc raro fit, extendi non potest crus, neque secundum luxatũ articulum, neq; adeo secundum poplitẽ quoq;, iiq; minime, vbi longo spatio durauerit malum vel inguinis vel poplitis articulum extendere possunt. Hoc sermone quanuis poplitis articulus haudquaq̃ afficiatur, quia tamen cum inguine communicat, ipsum extendi non posse ait. Atq; deinceps subiungens inquit, Sane animaduertere hoc oportet, vt enim vtile est, ita magna est ipsius habẽda ratiõ. quãuis non paucos lateat, quod ne sani quidem extendere possunt poplitis articulũ, non extenso inguinis articulo, nisi valde sursum leuato pede, ita enim possunt. Neq; etiam similiter, sed longe maiori cũ difficultate flectere possunt poplitis articulum, nisi simul flectant articulum inguinis. His dictis deinceps ait, Multa alia quoq; iis haud dissimilia in corpore inueniuntur & secundum neruorum di-

ſtentiones,& muſculorum figuras,quin-
etiam plurima notatu fortaſſe digniora,
quam quis putauerit,contingere ſolent,
& ſecũdum inteſtinorum naturam,& vni-
uerſum ventriculum, atq; vteri tum erro-
res, tum extenſiones. His verbis Hippo-
crates de poplitis articulo dicere propo-
ſuerat, non potente ſecundum naturam
moueri,idq; non ob proprium ipſius affe
ctum,ſed quia coxæ conſentit, quinetiã
extenſionum,quæ vtero accidunt, men-
tionem fecit,quum videlicet, ipſe non p
ſe transmutatur,ſed a quibuſdam aliis tra
hitur.Igitur vteri peruerſiones, eo quem
diximus modo, ad ſuppreſſa ſequuntur
menſtrua,eas tamen ob hoc, accidentium
quæ in animalis corpore apparent, cau-
ſas eſſe nequaq̃ putandum eſt.quippe q̃
communem habent cauſam, plenitudinẽ
a ſuppreſſa menſtruorum purgatione e-
uenientem.Quæ vero citra peruerſionem
aut menſtruorum retentionem, viduas
moleſtant noxæ, hæ ob retentum ſemen
euenire putantur. Cæterum pro multitu-
dinis,qualitatiſue ratione,tum menſtruo
rum,tum ſeminis, alias aliæ accidentium

ſpecies oriri ſolent. Etenim noxia cauſa vniuerſum corpus reſtigerare potente, adeo vehementer infrigidatur corpus, vt & ſpiratio, & arteriarum pulſus, ſenſu deprehendi nequeant. Quæ ſi vel craſſa fuerit, vel acris, conuulſiones: ſi vero atræ bilis naturam habuerit, mœſtitiam inducet, quemadmodum animi quoq; defectiones, & ad fortes extẽſiones, & refrigerationes, & ſtomachi æſtuationes ſequi conſueuerunt. Cõſtat autem quod in huiuſmodi ſermonibus os ventriculi ſtomachum ſolemus appellare. quippe omnium medicorum mos eſt, in ſyncopa ſtomachica, huiuſmodi vti appellatione. Porro accidẽtia quæ ob aſtricta menſtrua infeſtare ſolent (nã de iis quoq; non nihil me dicturũ pollicitus ſum) nunc enarrare aggredior, ſumpto initio ab his quæ ab Hippocrate in aphoriſmis ſcripta ſunt, præcipue vero quũ dicit, Si mulier neq; prægnans, neq; puerpera, lac habet, menſtrua eius defecerunt. At nullo in mammis apparente lacte, mẽſtrua ſuppreſſa hiſce notis deprehenduntur. Grauitas totum corpus moleſtat, item

fastidium quoque, vt nulla sit cibi cupiditas; horror inqualis: qđ si citra horrorem inæqualitas aliqua fuerit, atq; fastidium, cupiatq; mulier quædam aliena, iube vt obstetrix vteri ceruicem tangat. Nam si citra duritiem clausa inueniatur, eam p̃gnantem esse coniicies. Ex iis nonnullæ cibum præterea euomunt, ac terram, aut extinctos carbones, aut alia quædam huiusmodi edunt. Si vero clausum fuerit os ceruicis vteri, ac duritiem quoq; habeat, affectum aliquem in vtero esse portendit. oportet itaq; speculari obstetricem, ad q̇ partem vel declinet, vel retrahatur. nam in ea parte affectam vteri sedem esse coniiciendum est. Atq; in quibusdam fœminis eius partis dolor cum grauitate, nonnihil significare potest. quinetiā in coxam dolor transit, ac crus ipsum, qđ e regione ē, per incessum claudicat. Quod si longiori tempore supprimantur menstrua, nullamq; medicus mulieri vacuationem promoueat, tumor aliquis præter naturam in ilibus interdum exoritur, ostendens nimirum ex internis partibus quampiam esse inflammatam. Nonnullis panus

in extrema ilium parte excitatur. veluti viris quoq; eodem in loco nonnunquam oriri solet, qui vbi supputatus aliquando fuerit, secari debet. Atq; hanc partem siue membrum suppuratum dissectumq; vidimus, interdum ignorantibus medicis inexpertis quid inciderent, interdum vero intelligentibus quoq;. Atq; omnia mēbra ita suppurata facile curantur. vteri vero sectiones maiori cum difficultate conglutinantur. Huiusmodi accidētia sequi suppressa menstrua consueuerunt, ac præterea lumborum, & colli, & sincipitis dolor, qui etiam oculorum fundamenta infestat. item febres ardentes & vrinæ nigricantes, cum rubra quadam sanie, perinde ac si aque ex qua nuper mactatæ carnes ablutæ fuerunt, fuliginem quis miscuisset quibusdam vrina, aut difficulter reddit, aut omnino supprimitur. Quum ergo horum aliquod in muliere conspexeris vterum veluti radicem ipsorum coniicere oportet. Quod si per alium quempiam corporis locum sanguis effluxerit, aut inflammatio, aut erysipelas excitatur, an menstrua purgentur interrogare debes. si qui-

dem nihil horum accidere solet integre purgatis. Igitur quibus menstruorum cohibetur purgatio, iis huiusmodi plerunque eueniunt accidentia. Quum vero immodice vacuantur, sequitur color fœdus, pedes molli tumore attolluntur, corporis robur prosternitur, vitiatur ciborum tum cõcoctio, tum cupiditas. Atque in totum omnia quotquot immoderatam sanguinis vacuationem siue ex hæmorrhoide, siue alio quopiam sanguinis fluore euenientem, sequi consueuerunt, accidentia huiusmodi fœminas infestant. Sed accidit interdum fœminis, muliebre vocatum profluuiũ, vel vtero haudquaq̃ affecto, quũ videlicet vniuersum corpus peripsum expurgatur, quemadmodum interdum per renes quoque euacuatur. id vero potissimũ fit, si mulier laxis sit carnibus, & pituitosa. Huiusmodi mulieres intacto quidem vtero, sed vniuerso corpori adhibitis remediis sanauimus. Atque id quod excernitur, nõnũq̃ rubra sanies est, interdũ aquosa, aut subpallida. Quod si purus fuerit sanguis, qualis ex dissecta vena profluit, diligenter animaduertere oportet, num

erosio sit in vtero. ea vero magna ex parte in ceruice potius, q̃ alibi contingere solet, discerniturq; per excretam saniem, si fuerit profunda. Si vero circa os ceruicis constiterit, non solum per hanc, sed p tactum quoq; cognosci potest. Atq; prægnantes quoq; quum ora venarum in ceruice aperiuntur, sanguinem excernunt: Ergo si mulieri vtero graui, mammæ subito extenuantur, abortus sequitur. Atq; geminos ferens, si altera mamma extenuet, alterum amittit. & omnino si dextera mamma extenuata est, marem: si sinistra, fœminam amittit. Quippe fœtus, qui mares sũt parte vteri dextra continentur, vt fœminæ magis sinistra. Atq; raro aliter euenire compertũ est, adeo vt in animalibus quoque, q̃ suapte natura geminos ferre solent, itidem accidere videamus vt in capris, ouibus, atq; aliis quadrupedibus nõ paucis videre est. Si mulier prompte quidem conceperit, deinde secundo, aut tertio, aut quarto impregnantionis mense, fœtum, eiecerit: circa vteri acetabula humorem pituitosum abundare, atque iccirco venarum, arteriarumq; eius lo-

ci, ad ora vasorum in vterum descendentium, nexum debiliorem reddi coniiciendum est, vt fœtum ob grauitatem ferre nequeat, sed facile abrumpatur.

COMMEN. VIII.

SVO de vteri afflictionibus colloquio hac in litera cardines imponere insudat, & complura rimatur: principaliter geminas scisicitatur quæstiones, vt cur vulua aliqua tempestate sursum: aliqua vero in latus deplicari excogitetur: hoc obstetrices etiam testantes. ¶ Secunda quare ipsa suo in loco residente, fœminę hystericis ab accidentibus discrutiantur. ¶ (equidem) agitatis Hippocratis imperio debitum pensitat vt arte in aforistica particula sexta com. 39. autumat: ꝙ omnis conuulsio aut ex redundantia, vel attenuatione germinat: qua de re affluentia corpora in latum profundumq; extendit: sed longitudinem abreuiat: quare quanto breuiora moliuntur: tanto magis eorum ad originem retrahūtur: sic igitur de vtero instituere per opus est: quū enim cruor ad vterum defluere assuetus, eius in concauitate haud transcendit: eo ꝙ grossius extat vel quia venarum ora obstructa rep-

periuntur ad ora venarum vel interiora sui pe
netrare nec valens:quo in eis permanente &
astructo, locus extenditur. vt vicina concaui-
tas repletur, & ex consensu eius vulua protra
hitur: quamobrem si repletio vniformis rep-
peritur, & cohibitio pariter machinabitur: si
autem vno in latere magis q̄ in altero viget,
cō similiter & ipsa ad illud latus mouetur ma
gis tamen versus superius: procedit tamen vul
uæ suspensio æqualis siue inæqualis ex conuul
sione de repletione venarum & cathenatio-
num vteri: quæ in supremo eius existunt: siue
abundantia apostemans, vel non conspicia-
tur: quoniam mensalium affluentiam conse-
ctatur: iccirco medici hac in perturbatione ca
lorifica accelerantes adminicula, in fame ope
rantur: quum potius euacuantia exquirantur.
¶ (Non ergo) vuluam minime vti animal
turgere, sed malle plenitudinis impulsu retra
hi promit. ¶ (quod) vteri aliquem ad locū
deflexionem nec ipsam esse perturbatam de-
uelat: circa quod nonnulli criminantur medi
ci: eo q̄ aliqua corporis imparte contortio ex
cogitatur: & ipsi esse affectam promulgant: &
Hippocratis voto hoc comprobat: cuius asser
ta licet complura extent: tamen quæ nostro
expediunt proposito, prædicare haud retrata
bo. Hippocrates sentit, quibus caput coxæ re

tro exierit: in sinuo pedes eorum retroplicari non posse, nec ad locum quo exitus efficitur, nec vbi genu inclinatur, concatenationem aũt inguinis & genu, minime releuare poterit: & in genu nulla reppéritur contristatio: quare sicut concatenationem genu suo motu naturali moueri non posse, & si contristationem non nisi coxæ societate cohibeat: pari passu de eis quæ vtero contigunt, intendit: ipsa suo de loco non mouente, sed quum extenditur, alias propter sedes copulatas, attrahitur. ¶ (igitur) tria denunciat, & q̃ vteri declinatio, mensalium refugientiam consequitur. ¶ Et vniuersalis vteri accidentium causa: haud vulua, sed mestruorum exundantia sancitur. ¶ Ac etiam matricis vexationes citra mensalium desistentiam viduas dilaniantes ex seminis coharctatione prodeunt.

¶ (cæterum) q̃ pro affluentiæ, qualitatisq; succi ratione in vtero inclusæ, absurda innascuntur accidentia: nam si refragatiua causa adeo gelida existit: vt pruinam vniuerso eroget corpori: tunc in tantum mulier rigescit: vt neq; spiratio, neq; pulsus innotescere possit. Quod si acris, vel crassa extat, conuulsiones solicitat: Si atræ bilis naturam sapit, tristitiã commouebit: sicuti animi destitutiones: ventriculi extensiones: refrigerationes, ingnieta

tes, aliasq; contristationes consectari vidẽt: Et quum his quid per stomachum sentit, absoluit: quia os ventriculi. ¶ (porro) mensales pressas, quibus dignoscantur coniecturis bifariam purgat: primo ex Hippocratis vestigiis in aphorismis annotatis: quum clamat si mulier neq; ꝓgnans &c. & lac habet mẽstruorũ compescentiam portendit, & si lac nec inspicitur, mensales cohibitæ, aliis deteguntur suspitionibus videlicet ex totius corporis põderositate, appetitus escarum prosternatione, & intempestiua horripilatione, excubiis, sincopi: matricis aliquod ad latus deplicatione, in dorso & collo acerbitate, febribus causonicis, lotio tenebroso, vel ruffo. ¶ (quod si) cõceptionem ab vteri afflictione intus noscere hortatur: si inæqualitas, idest angustia citra rigorẽ insurgit. & extraneorum, abhominabiliumq; alimentorum abhominationem, cupiditatemq; cingit: obstetrici vesicæ collũ palpare impera: nam si absq; duritie coarctatum excogitatur, concepit. & cum hoc eo tempore escas euomunt, terram, extintosq; carbones deuorant. si os vuluæ quum immitie inuenit, vuluam perpeti denũciat: quoniam in ea aliquod ꝓternaturã congestum esse portendit. ¶ (Atq;) partem vuluæ affectam ex obstetricis cõfessu monet: nã ipsa quã ad partẽ vulua

reuocatur, ꝓfiteri poteſt q̄m vbi retrahit, eo in loco vuluā obluctari cēſeri ꝑ opus ē. ¶ Sed in his rationabilis emergit dubitatio. quum in ſupra ṗcurſis de Galeni cōpoſitione annotauimus ꝙ vteri conuulſio minime in ea contraſtationem eſſe, atteſtatur: hic aūt aduerſum ſentire elucet: quum conſpirat ꝙ vbi vteri retractio ibi affectus. ¶ Pro huius euidētia accēdere cogitur, ꝙ de ſede perturbari, bifariā ſermocinari facultatem habemus vel ꝑ eſſentiā ꝫ aut per conſenſum, tūc fertur, ꝙ quando vulua cōuulſionē patitur, ꝑturbatione ꝑ conſenſum perturbatur, ſcilicet propter venarum vteri repletionem, non autem ꝑ eſſentiam, & ſic eam perturbari & nō perturbari inſinuare poſſumus: appendit etiam princeps ꝙ quædā fœmine eo in loco acerbitatem cū grauitate vſq; ad fœmur ſalientem ſentiunt, claudicant cū pede quoq; tortioni oppoſito: ex quibus intortione vuluam affici, ſantiendum. ¶ (quod) apoſtema in vtero innatum eſſe docet, ſi meſtrua macronoxiori denegantur tempore: ac medicus aliquam excitare euacuationem, minime ſtuduit, & in ilibus aliqua imminet præternaturam croſſicies, vteri in interioribus apoſtema cōgeſtum eſſe decernit: quum tumor ille ṗternām ex ſanguine in vulua coartato ortū habere indicat. ¶ (nōnullis) apoſtematū

suppuratorum,& quibusdam in particulis incisorum,ab eis quæ in vulua regenerantur,sanationis leuitatem detegit:quoniam apostemata aliis insedibus innata, & suppurata, si incidantur futiliter curantur, si vero in vulua machinantur:tunc eius incisiones cum labore consolidantur:eo q̄ vteri caro mollis friuoleq; deprauabilis repperitur. ¶ (huiusmodi) synthomata quæ reluctatas cõsequuntur mensales diuelit: vt infemoribus,collo,capitisq; craneo,oculorum base acerbitas, acuta febris,locium tenebroso, veneto, eruginosoq; colore & quandoq; quasi loturæ carnis deturpatum,& aliquibus vrina compescitur: quum ergo horum aliquod in muliere cernitur : vterum esse horum origenem suspicari oportet. ¶ (quod si) quodam sciscitatur incertum,vt si mensalis cruor non per vuluam sed aliam per regionem purgetur. an sanguis ille in vtero detentus aliqua praua solicitare possit accidentia:fatur porro,q̄ perquirere impellitur,aut ille sanguis vndecumq; repellitur, decenter,iusteq; abigitur:& eo tempore de vteri occursura iactura minime pauendum: si languide excluditur: de erysipila,flegmone aliisq; in vulua germinandis,coniicere persuasum habetur. quum vero immoderate, proteruecq; liberatur. coloris deturpatio, pe-

dum tumor, vniuersi corporis robur dissipat, concoctio, escarumq; auiditas abolentur: nec non & alia cruoris profluuium compaginantia consequuntur: vti de emorrhoidali affluxu fluxu sedet animo. ¶ (sed accidit) quando huiuscemodi cruoris effrenis per vuluam explicatio proba, quandoue improba statuitur, diluit, vbi complura promit principaliter q̃ assertus fluxus quandoq; ad compendium, corporisq; mundificationem instituitur, vti iugiter corpus per renes depuratur. vulua de iactura haud oblaniata. ¶ Secundo q̃ delicatis, quiete fungentibus, teneris, pituitosisq; p̃cipue vsu euenit: quum in his præsertim superuacua contrahuntur pituitosa. ¶ Tertio q̃ hæc per toti corpori subministrata leuamina, & nec probe vuluam in pristinum reddiguntur.

¶ Quarto (atq;) eius quod per vuluam fugatur absurditatem denudat: nam quandoq; rubea sanies, interdum aquosa, aut sub pallida, aliquando purus cruor vt inferius intimabit, quoniam deiectum succi prædominantis colore perpetuo deformatur, vt Rasis. ix. continentis & Hippocrates quinta parte aphoristica com. xxxvi. conspirant, mulieri menses decolores. Et primo in libro de mulieribus, nã si color vti lotura carnis vel rubor magis vulgatur: cruorem si ad album pituitosum san-

guinem imperare si autem ad liuidũ atræ bilis notabilem indicat p̃sentiam ¶ Præterea pro assertæ conclusionis nitentia vt puta q̃ mensalis violentus fluxus, vulua nihil afflictionis cingente, quia natura vniuersum corpus per vuluam sicut per renes mundificat, attendere per opus est: q̃ hoc p̃cipue de binis verificatur cõclusionib⁹. ¶ Prima si cum consueta mensalis sanguinis euacuatiõe capitis acerbitas, aut vertigo siue cordis tremor construantur, nam si ad periodicam, effrenemq; sanguinis mensalis euacuationem vertigo, capitisq; crudelitas, & cordis tremor decrescunt: proba statuitur euacuatio, quoniam per eum euaporatio quæ ad superiora ascendebat, deflectitur.
¶ Secunda conclusio extat: si fœminæ cruentosa a febre cum deprauatione vel sine inmoderatum sanguinis succedat profluuium: præcipue die in cretica, nec ad virium lapsum contrahens: rectitudo præsagitur: quoniam causæ excitantis febrẽ submotionẽ indicat. ¶ (q̃d si) hic haud certum absoluit vt si sanguis ex vtero, vti sanguis ex vena incisa serpit, quorsum explicatur, aperit: nam intueri impellitur ne in vulua erosio innascatur: quod perpetim in vuluæ collo potius q̃ alia in sede molitur: & tunc indignatio eximia conuocatur: attamen vtrum erosio alta in parte vigeat, hoc excre-
tam

tam per saniem diiudicatur. quia minori tenenebrositate dehonestatur: si in vtero extet: nec antedictum per vestigium dũtaxat, immo etiam per tactũ innotescit. ¶ (atq;) ambiguo debitum pensitat princeps: vt cruor qui ab vtero gerentibus liberatur: quorsum emanet promit ꝙ sanguis identidem ex ꝑgnantium vulua egreditur: quum venæ eius in colo cõtexte emphractantur. ¶ (ergo si) aborsum ex mãmarũ inspectione intus noscere monet: nam si mãmæ exiguæ machinãt, aborsum statuũt: vnde binos in vtero cohibentes fœtus, si altera imminuitur, alterum deserit: si ambæ, ambos destituit: quare si sinistra, fœminam, si dextera masculum abortit: quod Galenus quinta in commentatione aphoristica cõm. liii. exarauit, ꝙ mãmæ quidem gracilentes omnino præcedunt fœtuum corruptionẽ, & hi minime earum extenuatione non præcedente deprauari queunt, quoniam mammæ tenues sanguinis defectum qui in venis est, vtero mammisq; cõmunibus significat, sicut duræ multitudinem. ¶ (quippe) sedium musculorũ, fœminarumq; abhorrentiam diffundit: nam mares parte in dextra. tãq̃ sede magis ignea, fœminæ in sinistra potius colligantur: & per raro aliter excogitatur: vti in animalibus ratione priuatis non dubiũ est. ¶ (si mulier) aborsus

in tertio, aut quarto mense causam pādit: quoniam fœmina si raptim cōceperit, assertaq; in tempestate aborsum solicitauerit: tūc gemina & pulsantium & non pulsantium venarum mollitiem, pituitosi succi redundantiā concitatam, & fœtus grauedinem esse in causa, ꝓfiteri testatur: qua de re ipsum imbecillitatē tollerare nequeuntes, disrumpuntur, aborsusq; germinat.

Ex his hæc reseco memoratu digna.

¶ Vuluæ venarū affluentia: vuluam ipsam taliter extendit: vt modo sursum, & quandoq; in latus conuelli elucet.

¶ Vti humanitas mestruorum exuberantia: vnanimem vteri coarctationem cōmouet: parifilo inæqualis vt potius in vno q̄ in alio latere, eximiorem in vna q̄ in alia retractionem producere assueuit.

¶ Quum vteri vexationem plenitudinis impulsu pullulari excogitē: eius pro dissipatione adminicula profecto euacuantia cunctis aliis ꝓponenda esse, rationabiliter censeo.

¶ Vterum in fœminis exundantiæ robore contrahi, & haud vt animal turgere denūciat.

¶ Vulua quū torquetur, & eā affici & non affifici iactat.

¶ Matricis obliquatio mensalium purgationum orbationem consequi frequentat.

¶ Accidentium vteri causam, haud ipsam, sed mensalium copiam esse sancit.

¶ Vuluæ accidentia citra mensalium relegatione̅, ex seminis inclusione, ꝓdere co̅iicit.

¶ Vti iniqui succi in vtero locati proprietas extat, ita accidentia parit: vt si gelidus, vniuerso in corpore geliditatem suggerat, si melancholicus tristitiam aliaq; melancholiæ co̅uocata accidentia excitare, testatur.

¶ Per stomachum his in sermonibus os ventriculi percipere committit.

¶ Vniuersi corporis grauedo, fastidium appete̅tiæ destitutio, inæqualis horror, mensales esse sedete̅tas præsagiunt:

¶ Angustia absq; rigore, abhominatio, extraneorum abhominabiliumq; eduliorũ rapacitas, vteri absq; duritie clausura, alimentorum vomitio, mensales denegatæ, fœminam concepisse portendunt.

¶ Vuluæ constipatio cũ asperitate adiũcta co̅tristatione̅ in ea co̅densatã esse, ꝓmulgat.

¶ In ilibus tumor p̄ternaturã imminens, macronoxia mestruorũ suppressione p̄cedente, in internis vuluæ apostema co̅gestũ esse, indicat:

¶ Vteri apostemata suppurata, & incisa curationis laborem p̄dicere autumat.

¶ In fœmoribꝰ, colo, capitis craneo, oculorũq; base crudelitatem, acutam febrem, lotium te

nebroso, alienoq́ colore deformatum, eiusq́ quandoq́ orbationem, mensales relegatas cō sociari denuntiat.

¶ Sicut sanguinis mensalis probam purgationē cuncta occursura a iactura tueri videtur: pari passu ablata, aut diminuta, abhorrētes afflictiones vt flegmonem, herisipilam cancrumq́ atq́ alia gignere potest.

¶ Ex cruoris exitus excessu, hæc corporis deturpatus color, pedum tumor, virium corporis lapsus, concoctionis, escarumq́ desiderii prosternatio, necnon & cætera cōsequi apparēt.

¶ Vulua minime affecta, mensalis sanguinis profluuium quādoq́ probum p̄sagium, quādoq́ iniquum enunciare refert.

¶ In menstrualis sanguinis effrenitate q̄ natura vniuersum corpus per vuluam expurgat: vti p̄ renes persuasum habetur: ipse profecto pituitosis fœminis laxasq́ carnes cingentibus præcipue accidere assueuit, quem ex sedulitate toti impartita corpori, sanari fidem interponit.

¶ Cruor vti cruor ex venæ sectione per vuluam liberatus, sæuaq́ cum dolentia amissus, in vtero erosionem & crebro in eius ceruice portendere testatur.

¶ In vtero gerentibus sanguinis explicationem, ex venarum in vteri colo apertione innasci testimonium reddit.

¶ Mammarũ gracilentia futurũ ꝓtendit aborſũ.
¶ Sicuti mares potius in dextera, pariſilo fœminas iugiter in ſiniſtra reſidere ꝓfitetur.
¶ In tertio aut quarto menſe molitum aborſum, expituitæ in venis vuluæ affluentia, congeſtũ eſſe, claudit.

De colis affectibus.

QVemadmodum ab excrementis quæ p anum deiiciuntur, pauca admodũ ſuper vicinarum partium affectibus indicia accipi poſſunt, vtpote quæ magna ex parte, & inteſtinorum, & vẽtriculi, & ſplenis, & iecinoris, atq; nonnunq̃ humorum in vniuerſo corpore exuperantium, notæ ſunt: Sic eodem modo pauca per colem educta excrementa, proprium ipſius affectum portendunt, ſed complura veſicæ, renum, hepatis, ſplenis, pulmonis, thoracis, atq; humorum in vniuerſo corpore, diſpoſitiones ſignificant. Verum huiuſmodi ſigna per alia, quæ vnicuiq; parti affectæ ſubſeruire diximus, indicia diſtinguuntur. Igitur affecti colis hæc erunt indicia. Nam vlcus manifeſte deprehenditur a dolore ipſum infeſtante, atq; ſi aliqd ex iis per vrinas excernatur, quæ in vlce-

re solent resi dere. Id vero ab eo qđ ex vesi
ca secernitur, ita discerni potest. Nã ipsũ
in primo protinus exitu apparens, vrinã
præuenire consueuit: qđ vero a vesica e-
greditur, vrinæ admixtum videtur. quin-
etiam assidue inter meiendum mordicus
dolent pudendorũ vlcera, præcipue quũ
vel crustula, vel sordibus solutis, pura fue
rint. Sed longe euidentius ipsius inflãma
tiones, ac reliquæ huiusmodi dispositio-
nes vel sine indiciis dignoscuntur. Verũ
de gonorrhœa, & priapismo diffuse age-
re satius fuerit. Ergo gonorrhœa, est semi-
nis excretio inuita, quam inuoluntariam
quoq; nominare licet. Sed significantius
dixeris, seminis assiduã excretionem cole
haudquaq̃ extenso. Priapismus vero est,
quum coles & in longitudine & circulo
totus augetur, nullo stimulante ad libidi-
nem aut desiderio, aut acquisito calore,
vt quibusdã accidere cõsueuit, qui supi-
ni decumbunt. At breuiori quoq; compẽ
dio dicere potes, permanente colis aut
auctionem, aut tumorem. deducta vero de
nominatio est a priapo. Nam quasi ei
suapte natura huiusmodi coles esset, ita

cũ fixerunt, atq; pictura descripserunt hõ-
mines. Gonorrhœæ autẽ nomen plane cõ-
positum est ex gonys, quod semen geni-
tale, & rein, qđ fluere significat. Etenim
semen modo, gony, modo sonos nomi-
nari solet. Porro quẽadmodũ omnia cor-
poris nostri excrementa, duobus modis
vacuantur, interdũ enim a continentibus
ipsa corporibus excernũtur, interdũ spõ-
te profluunt, eo ꝙ ob imbecillitatem ab
ipsis corporibus contineri non possunt;
ita de semine quoq; dicendũ est. Nam in
omnibus huiusmodi vt excernere tempe-
stiue, ita continere naturæ officium est.
Verum secretio quidem fit aperto fluxio-
nis meatu, ac reliquo conceptaculi spa-
tio, & contracto, & ad apertum iam mea-
tum quicquid in continente spatio con-
tinetur, impellente. Retentio vero fit,
quum clausus permanet meatus, & con-
tẽtum a continente haudquaquam im-
pellitur, sed contra per contractionem
comprehenditur, & retinetur. Hoc mo-
do contenti in cauis instrumentis humo
res, in his qui integra valetudine de-
gũt, naturaliter, & excernũt, & retinẽt. In

illis aũt qui præter naturam se habent, retentio quidem ob excretiuæ virtutis imbecillitatem, excretio vero ob dispositionẽ aliquam, quæ haud secus, q̃ naturalis ipsa excretoria vis, partes mouere possit. Id quod in seminariis vasis videre licet, vbi aliquis vel comitiali morbo, vel conuulsione violenter irruente fuerit correptus. Cæterum videmus alias quoq; partes vt manus, aut pedes, aut digitos conuelli modo simul cum vniuersi corporis conuulsione modo ipsis solis affectis. Proinde haudquaq̃ absurdum fuerit, in seminariis vasis, & quidem solis, aliquando eiusmodi dispositionem excitari· quemadmodum & gonorrhœam, quæ vrinæ, q̃ quis inuitus emittit, proportione respondet, quum contentrice videlicet facultatem resolui contigerit.

COMMEN. VIIII.

QVVM de vteri vexationibus suam purgauerit orationem, in præsentiarum de colis tã q̃ partium adinuicem se consequentium specula ri nititur. Et complura suo in sermone percũ-

ctatur: principaliter filum disseminat: vti quidem super vacua quæ rectum per intestinum liberantur, consociarum partium, vt intestinorum ventriculi, lienis, iecoris, perturbationem, ac succorum toto in corpore redundantium vestigia extant: parifilo excrementa per colem delata, familiarem ipsius afflictionem statuunt, & vt identidem vesicæ, renum, iecoris lienis, thoracis, pulmonis ac succorum toto incorpore redundantium qualitatem indicant. ¶ horum autem ratio a Galeno primo de crisi prædicatur, quoniam cuiuscumq; sedis corporis super uacuum euiusdem dispositionē diiudicat: vt egestio quum ventris inferiori superfluitas ascribitur, si inea chilositas vulgatur, ventriculi defectum: si lotura carnis iecoris: si biliosa, vel atrabilis eorundem succorum in corpore redundantiam indicat sed vrina eius instrumentorum, ac locorum in quibus gignitur dispositionem portendit: nam vnum quodq; super illud significat, aquo impressionem lactat: sed hoc aiecore, venis, renibus, poris vrititibus, vessica alietatē inescat igit̄ &c. Consimiliter etiam de sputo testatur: quum spiritualium instrumentorum detegit dispositionem: nam exeuntia vt præcursis in libris ot sus fuit princeps vnum de sedem portendentibus oblaniatam promulgata fuere. ¶ (igitur)

obluctati veretri suspitiones binas denudat: vt si vlcus in penis innascitur & ex acerbitate ipsum angente:& ex sanie cum locio liberata agnosci potest, nam saniei exitus ante vrinæ missionem cum indignatione eum vrente, colem ab vlcere esse detentum denuntiat: appendit dolorem, quoniam saniei per penis emanatio, quum aliis ex locis serpi excogitatur, minime veretrum habere vlcus efficaciter cōstituere elucet. ℭ (id vero) vlcus veretri a vesicæ ex geminis intus noscere hortatur: vt ex saniei fine: nam in penis vlcere sanies vrinæ explicationem antecedit: sed in vesica pocius aduersum molitur. ℭ Secundo irritatiua in crudelitate: eo ꝙ in veretri vlcere vrinæ transitum tristis mordicatiuaq; sensatio consequitur & hoc in vrinæ viis solucionis cōtinuitatis impulsu: & præcipue quum crustula aliqua diuulsa fuerit: sed in vesicæ vlceratione nequaq̄ talis repperitur: videlicet ꝙ incursus vrinæ tempore dolor sentiatur. ℭ (verū) de priapismo, gonorrhœaq; certamē exorditur, & complura dissemi nat: auspicaliter eorum essentiam pandit: gonorrhœa ꝑfecto seminis inuoluntaria absq; veretri tensione purgatio adiudicatur: ℭ Adiecit binas partes & inuoluntariam, & penis mollitiem: quoniam per has innaturalis seminis euacuatio a

naturali abhorret sed priapismus eximia tensionis erectio, in longitudinem, rotunditatemq; magnificatio, nulla concubitus auiditate, vel calore vigente, vti in supine iacentibus ascribitur. ¶ Secundo quorsum nomen priapismus impositum extitit, refert, ꝙ quodam a græco, qui pes nuncupabatur, pictus autem erat in muro quum veretro eundem ad modum quem habebat. ¶ Tertio gonorrhœ appellationem vnde inescata fuit: vt in litera persuasum habetur. ¶ Quarto assertæ vexationis causas aperit: ꝙ vti aliis de corporis resecatis conijcitur, ꝙ bifariam abiguntur: aut a partibus ea cingentibus: vel naturaliter defluunt: quum particulæ ea cohibentes, defectionis impulsu destituunt: pari passu de semine fari per opus est: quia aut a loco in quo condensatur, reppellitur: aut quoniam per se liberatur, quum ab eo premi nequeat. ¶ (nam) naturæ actionem absoluit. quæ excludenda, excludere, & compescenda iuste compescere, naturæ partes adaptãtur: nec his ex atiatus princeps, qua tẽpestate expultrix, retẽtiuaq; laborãt, intimat: qm̃ fugatio foraminibꝰ emphractatis, ac altero receptaculi spatio retractato, & amplũ ad meatũ qcqd cõtinẽte ĩ spacio locat, repellẽte machinaẗ: sed retẽtio quũ foramina dẽsata

extant:nullūq̃ acōtinente motū vendicāt expulsiuum, sed prorsus aduersum scilicet contractiuū, molitur. ¶ ꝓ horū vehemētiori intētia animū adhibere oportet, ꝙ absterrendi appetitus germinat: vel multitudine premente, aut qualitate mordicante: & vti lactatiua peculiare lactat, pariter expultrix alienū pellit, vt ipsemet Galenus primo de potentiis naturalibus attendit. ¶ Secūdo naturalē cōtinētiam, expulsionēq̃ apreternaturā dissociat, quum ad præsens ꝓmulgata naturalis intitulatur: altera innaturalis: & in his qui præternaturam vitā colūt, excogitatur, nā retētiua nec laborat, nisi expultrix deseratur: nec hec insudat: nisi illa mollificetur: quam quibusdā incontristationibus vt comitiali, ac cōuulsione figurat: quoniam hæ afflitiones sæue aliquē dilacerātes: seminaria vasa semen deponūt, & hoc cotentiue detrimēto: exquibus inuoluntariā seminis submotionē seminariis vasis impartiendā esse claudit, gonorrhœāq̃ perhiberi: cuius cōtentiuæ imbecillitas causa instituitur, vt de dissuria certū habetur, verū ꝓ horū euidentia actende, ꝙ gonorrhœa ex instrumentorum spermatis destitutione, aut cōuulsione germinat, vti perturbatione in comitiali vsu euenit, musculus enim vesicæ, rectiq; intestini quando cōuellitur, egestio-

nis, vrinæq́; exclusiones detinet, ideo penes comitialis accessionem minime semen, sed post insultus quietem deiicitur. c 2 haud prætereat quod locorũ spermatis cõuulsio est expulsio, lacerti aũt rectũ circũdantis intestinum retentiua, & hac de causa affectu incomitiali qui cõuulsio ponit vniuersalis semen repellit, egestio vero & vrina cohibent.

Ex his hæc subtrahuntur indagata

¶ Superuacua p aluũ, coleq́; repulsa, absurdorũ corporis locorũ perturbationes, necnõ & succorũ in corpore affluentiã statuere promulgat.

¶ Acerbitas incole, saniei q́; explicatio, vlcus in eo congestum esse portendunt.

¶ Hæc gemina vt crudelitas, sanies, vlcus veretri a vesicæ vlcere diiudicandi semitam subministrare sentit.

¶ Inuitum seminis egressum, citra colis tensionem gonorrhoeam esse clamat: quam expultricis tono aut contentiuæ mollitie machinari coniicit.

¶ Extra volũtatis imperium penis erectio, nullo vendicato calore, aut ad libidinem inflammãte, priapismum esse sancit.

¶ Cuiuscumq́; excrementa bifariam aut a sedibus includentibus ea, aut contentiue destitutione abigi autumat.

¶ Coarctare coarctanda, repellere repellenda

vices naturę esse profitetur.

¶ Vti fugatio meatuū emphratationē, paripassu retentio aduersum implorare iactat:

¶ Quum hæ binæ facultates vt expulsiua, retentiuaq; naturaliter se gerūt: earum fuguntur ationibus: sed si præternaturam: tunc expulsiua insistit: quum contentiua deseritur: & contentiua, quum expultrix languescit.

Igitur gonorrhœa instrumētorū seminis affectio est, nō pudēdorū, q̄ seminis genitalis via sunt, qua excernat̄. Priapismus vero planè colis est accidēs. At fieri pōt, vt nullo p̄cipuo, p̄prioq; ip̄m affectu infestāte, ad arterias referat̄, vtpote q̄ solæ interdū hm̄ōi habeant p̄ternaturā dispositionem, quali videlicet affici cōsueuerūt, quū naturaliter totus coles intēdit̄. Atq; a spiritu in tumorē ip̄m attolli, manifeste patet, iis q̄ celeritatē eius, & quū itumescit, & quū iterū residet, p̄pēdūt: q̄ ppe nullus humor tā subitā in alterutrā partē mutationē efficere posset. His sic se habētib⁹, quū in corporū dissectione, magnæ videātur arteriæ in pudēdū (exiguā scilicet particulā) irruere, sitq; coles essētia talis, qualē in nul-

la alia pte videre est, vtpote cuius corpus neruosum sit, ac omniquaq; fistulosũ, excepta ea parte, q̃ glãdẽ vocãt, quid aliud excogitauerit quis, q̃ q̃ a vaporoso spiritu, ab arteriis affluente, p extẽsiones in tumorẽ attollat? Ideoq; glandẽ æqualẽ semper habere magnitudinẽ, q̃ fistulosus in ipsam neruus nõ ingreditur. Ergo quid causæ est, quũ libidinis impetu quis stimulat, aut vbi ob supinũ decubitũ, calfacti sunt lumbi, vt coles extendatur? Nẽpe hac inuẽta, facile priapismi quoq; dispositionẽ inuenire nos posse speramus. Q̃d vero princeps causa sit plenitudo, vel arteriarum, vel nerui fistulosi, aut ẽt vtriusq;, quum ex priore conditione mutantur, palam constat. At vero vtriusq; magis, aut si etiam amborum, deinceps consideremus hinc sermonis nostri sumpto exordio. Natura corporis partes fingens, perficiensq; fecit vt ipsæ citra doctrinã proprias actiones aggrederentur; cuius rei exactissimum aliquando fecimus periculum, hedum alendo, sed ita alendo, vt matrẽ quæ ipsum in vtero gestauerat, nunq̃ vidisset. Quum enim grauidas capras

dissecarem, dissectorum q̃stionibus, quibus fœtus in vtero formationem speculã- tur, ꝓmotus, inueni elegantem quẽdam hedum, quem a matre absolutum, ita pro meo more abstuli, vt ipsam haudquaq̃ videret. Atq; in domum quãdã, vbi multæ pelues erant, deposui: quarum aliæ vini, aliæ olei, aliæ mellis, aliæ lactis, aut alteri' cuiuspiam humoris erant plenæ, aderãtq; fructus non pauci, tum Cereales, tum ab arboribus decerpti. Hunc itaq; hedum cõspeximus, in primis quidem pedibus incedentem, perinde ac si audiuisset sibi in cessus gratia crura fuisse concessa. deinde excussit q̃ a matre contraxerat humiditatẽ postea pede latus scalpere, ac deinde singula vasa olfacere vidimus. percepto itaq; singulorum odore, lac tandem absorbuit. Quibus visis omnes exclamauimus, Hippocratem vere dixisse, animalium naturas esse indoctas. Sic ergo hedum hunc educando, non solum lac, sed multa insuper alia q̃ forte offerebantur, comedisse vidimus. At quia non longe aberat vernale æquinoctium, quum eriperetur hedus a matre, exactis duobus deinde mensibus,

tenellos

tenellos ei tum fruticum, tum aliarum plã tarum ramulos, obtuli. quorum omnium quum experiretur odorem, alios quidem contempsit, alios vero gustauit, atq; sic ad adultarum caprarum cibos conuersus est. Sed hoc fortasse non adeo magnum videtur. At longe maiori admiratione dignum est, quod posteaquam, & folia, & teneros ramusculos deuorauerat, paulo post ruminare cœpit. Quod rursus omnes quotquot aderant videntes, exclamauerunt, cum magna facultatum admiratione q̃ animalibus natura insunt. Quamuis enim magnum videbatur, ꝙ impellente fame, per os, atque dentes cibum assumere, multo tum vehementius admirati sumus, ꝙ cibũ in ventriculo iam contentum, in primis quidem ad os subleuando reduceret, deinde multo tempore mandendo tereret, postremo rursus ipsum deuoraret. idq; non in eundem, sed in alium ventriculum.

Vulgares aũt huiusmodi naturæ munera despiciunt, nihil nisi peregrina spectacula admirantes. Nã quis nõ miraretꝰ ꝙ medici in secãdis corporibus peritissimi q̃rere

solent a qua causa articulus hic extendit.
subiiciamus vero exempli gratia coxæ ar-
ticulum; aut a qua causa incuruatur, aut
quid est quod ipsum in vtramque partem in trās
uersum abducit, aut quid ipsum vtroque
circunuoluit, quum interim hedus, sin-
gulos articulos, ad quamcunque motionem
libitum fuerit, possit excitare, quemadmo
dum homines ipsi, quis a quo musculo
motus efficiatur, non intelligāt. Porro de
linguæ motione, nam hanc pro exemplo
inducimus, quis non mirabitur, si disse-
ctores inter ipsos, non solum de musculo-
rum numero, sed de ipsorum etiam actio-
ne pugnantes viderit, ac infantes quoque
quomodo natura voce, aut aliud huius-
modi munus imitari docuerit. quomodo
etiam linguam moueant, aut quibus mu-
sculis vocem eandem efficiant. similiter et
de omni reliquorum animalium, tum vo-
ce, tum respiratione. Atque (vt summatim
dicamus) miraberis fortasse omnium quæ
a voluntate & consilio pendent actionū
instrumenta per se docta esse. de quibus
quidem actionibus, licet acris inter dis-
sectores sit pugna, quomodo fiant, &

quibus instrumentis, nihilominus omnia animalia, simul atq; genita sunt, & spirát, & vocem reddunt.

COMMEN. X.

Præassumptam orationem ad huc percurrere insudat: vbi principaliter assertas perturbationes cui sedi erogandas esse denudat: nam gonorrhœa vasorum seminis & minime veretri vexatio conijcitur: sed priapismus penis accidens fertur, eo q nec aliqua in eo conducta iactura moliri potest: & iccirco veridice arteriis impartiendus: quum tunc prodat: quando ipse id præternaturam elaborant, quod in naturali temperie excitare assueuerant. ¶ Qua de re pro horum nitentia animum adhibere p opus est, q gonorrhœa dicitur agoni græce quod est semen latine, vel quod est genus; vel germen, & rhœa quod est fluxus idest seminis fluxus, vel generis fluxus, quia hac in affli ctione ex corpore genus egreditur humanum scilicet materia generis humani quæ sperma adiudicatur. ¶ Secundo q hæc sæuissima exponitur passio, quam vniuersi corporis destitutio, fastidium, immobilitasq; consequũtur: & si de ea studiosisma nec habeatur seduli-

tas, q̃ plures vitæ finẽ imponũt. ¶ Ter. ꝙ pria
pism⁹ a satyriasi abhorret: qm̃ in hoc vsus coi
tus confert, ipsumq́ mulget, venere autem
confecta, penis detenditur, sed priapismus
coitu haud placatur: sed ante concubitum &
post virga erecta permanet: & hoc, priapism⁹
ad curandum laboriosius elucet. ¶ Quarto
priapismus etiam pueris largitur, quum ipsi
causas eum solicitantes amplectantur: verum
vlla absq́ suauitate, libidineq́ eis condona-
tur. ¶ (atqui) spiritum halitosum veretrum
intumorem erigentem priapismi causam es-
se promit. vt euidentissima ex coniectura se-
det animo: quod quum tumidum innotescit,
raptim mollificatur: hoc autem in succorum
aliquo vt ita in opinate refugiat, excogitari
nequit. ¶ (his) veretri substantiam, necnõ
& præcursam repetit causam, ꝙ vt ex disse-
ctione certum habetur, ad colem eximiæ de-
currunt arteriæ, cuius substantia nullæ alio-
rum corporis locorum substantiæ compara-
tur: neruosa, cauernosaq́ porro repperitur: ni
si eo in loco qui glans perhibetur: qua propter
eas nihil aliud nisi halitosus spiritus deferri
santiendum, quo penis in magnitudinem cre
scit. ¶ (ergo) incerto debitum pensitat prin
ceps, vt quorsum ex cõcupiscentiæ auiditate
quis cõmotus, aut decubitu supino in tantum

vt lũbi calescant: colis germinat extensio: ex cuius lumine quare priapismus emergit, subtiliter diiudicari potest: soluit q̄ precipua causa arteriarum, vel fistolosi nerui, aut vtriusq; plenitudo suspicatur, quũ cõsueta a dispotione deflectuntur. sed quæ harũ potius: percunctãda sit fidẽ interponit. ¶ (Natura) naturam citra doctrinam distribuere, per lineamentũ, Hippocratisq; rationem illustrat: quæ fulgentiæ suasu conticesco: iccirco lege.

Ex his has decerpo normas.

¶ Gonorrhœã vasorũ & nec colis afflictionem esse, enunciat.

¶ Priapismus veretri accidens, & minime affectus predicatur.

¶ Halitosũ spiritũ, eximias p̄ colis arterias decurrẽtem, & nõ succũ, priapismũ excitare sentit.

¶ Veretri substantiã neruosam, cauernosamq; esse, præter locum qui glans fertur, autumat.

¶ Quum lumbi supino ex decubitu affluentem vendicant calorem, colis extensionem commoueri profitetur.

¶ Principalẽ extẽsiõis colis causã, arteriarũ, vel fistulosi nerui, aut vtriusq; plenitudinẽ ẽẽ, testat.

¶ Naturam in animantium corporibus absq; doctrinæ adminiculo, ei⁹ actionib⁹ fũgi iactat.

¶ Instrumenta quorum actionibus volũtatis imperium patrocinatur, docta esse promulgat.

Igitur nõ mirum esse debet, genitales partes, eas actiones quarum gratia a natura institæ sunt, protinus ab initio cognoscere. Etenim vterus, quum semen genitale cõceperit, donec perfectus fuerit fœtus, exacte clausus permanet, perfecto vero fœtu plurimum aperitur, ac deinde sic apertus excludit. Populares autem hæc propter crebrum euentum, & contemnunt, & despiciunt, vtpote qui nihil quod re vera sit admirabile, sed ea duntaxat quæ raro vident, admirari consueuerunt. Quid.n. in rerum natura potest esse admirabilius, ꝙ quod nouem perpetuis mensibus clauditur os vteri, adeo exacte, vt ne specilli quidem acumen admittat, perfecto autem fœtu, vsq; adeo distenditur, vt totum animal per ipsum egredi possit. Non igitur dubites pudendorum facultatem per se doctã esse, vt fistulosum hoc, neruosumq; corpus, vbi ad coitum insurgit animal, a naturali facultate, quæ ipsum potest attollere, protinus distendatur. Cuius rei simile & in corde, & arteria plane videre est, nisi ꝙ horum motus perpetuus est, eo ꝙ semper necessaria sit nobis eorum actio:

fistulosus vero neruus, non semper moue tur, sed quum vsus requirit. Quum ergo sic fuerit extensus, sequitur ex arteriis spiritus, quemadmodum pulmo thoracem ob eam quam habet ad motum ipsius sequelam. Verum posses fortasse replentis fistulosum neruum spiritus vim, quum ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoq; referre, q̃q̃ multo satius est, vt huiusmodi actionem ad neruum, non ad arterias refe ramus, quum præsertim actiones, ex propria partium essentia, non ex earum positu prouenire, rationi consonum sit. Nam cor si in alia quapiam parte poneretur, nihilominus actionem suam obtineret. Nec aliter de iecinore quoq;, liene, ac reliquis omnibus sentiendum est. Quare vniuersi corporis arterias, eandem habere actionẽ probabile est. quippe eodem tempore omnes totius animalis arteriæ, inter sese similiter producũtur. Itaq; haud quaquam par esse videtur, vt arteriæ pudendis innatæ, aliã aliq̃ habeant facultatem præter eam quam antea in toto corpore habebãt. sed ampliora sunt ipsis, q̃ cæteris arteriis ora. & quidem optimo iure, ad celeritatem se-

quælæ ad id quod euacuatur sic præparata. Sēper enim natura qđ vnicuiq; actioni vtile est, vndiquaq; explere videtur. Cæterum nullam aliam insuper præcipuā habent actionis facultatem, quum ad pudendum peruenerint, licet calfactis lūbis, par sit, vt & arteriæ calidiores reddantur, & magis etiam pateāt ipsarum ora. quamobrem non exiguam tunc spiritus essentiam, in fistulosum neruum effundunt. q paulatim impletus colem extendit, ita vt tota ipsius essentia in fistuloso neruo cōsistere videatur. His itaq; cognitis ad priapismi dispositionem veniamus. Quippe ex iis quæ supra proposita sunt, constat, vel ob arteriarum ora immodice patentia vel vaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum, hunc fieri affectum. Sed vtrum potius pro causa sit habendum, inquirere oportet. Ego quidem ab vtrisq; ipsum fieri posse existimo, crebrius tamen arteriarum ora patentia sequi. quippe facilius est hæc distendi, quam flatuosum spiritum in neruo fistuloso generari. Ac me minime huiusmodi quidem nerui dispositionem semel vidisse, arteriarum

vero sæpenumero. Cuius rei coniectuꝛam feci, tum ex iis quæ præcesserunt accidentibus, tum ex modo curationis. In illo enim cuius assidue colis palpitatio præcesserat, causa erat spiritus flatuosus. ad quem quum omnem curationem conuertissem, hominem sanaui. Quibus vero supra modum arteriarum ora patebant, in iis nullum huiusmodi accidens præcedere solebat. Porro accidit cuidam, vt longo tempore præter consuetudinem, a concubitu abstineret, alteri vero vt mali succi alimentis acribusꝗ vteretur, alii etiam vt duobus mensibus præcinctus peregre proficisceretur, quũ antea nunquam cingi consueuisset.

Coiecimus itaque arteriarum ora nimis patefacta, illis quidem ob humorum vitia, & acrimoniam, his vero ob flatuosum spiritum, & sine ordine, & violenter vacuatum. Etenim medicamenta excitandæ tentiginis vim obtinentia, tum epota, tum etiam perinæo, id est fœmini, lumbisꝗ adhibita, calida omnino, atꝗ flatuosa sunt, quemadmodum cõtraria omnia, ventositatẽ nõ excitant,

& infrigidant potius, q̃ calfaciant. Sed aduerte ne obiter hunc sermonem percurras quippe de medicamentis, non de cibis loquutus sum, quoniam sunt quædã alimenta quæ ob id quod plurimum seminis pariunt, impetum ad libidinem excitare possunt. hæc ergo sermonem illum quem nuper dicebamus, probabiliorem reddere possunt, ꝗ a concubitu abstinentes, interdum priapismo vexari solent, siquidem accidit his qui plurimo semine abũdant, & præter consuetudinem a coitu abstinent, præsertim quum non studẽt, vt multa exercitatione, sanguinis abundãtia dissipetur: maxime vero iis qui a libidinis cogitatione nondum liberi euaserunt. veluti sunt quidam suapte natura casti, qui quum longo iam tempore huiusmodi continentia sese exercuerunt, libidinis imaginem concipiunt, ob spectacula, quæ illas mouere, ad memoriam reducere possunt. Nam quæ in horum hominum pudendis generatur dispositio, eorum dispositioni longe contraria est, qui nullo pacto libidinis cogitationi sunt obnoxii. Atq; fuit mihi amicus quidam, cui

præter eam q̃ antea habuerat consuetudinem, omnino a cõcubitu abstinẽti, adeo rigidus tumidusq; factus est penis, vt mihi accidens ipsum declarare cogeretur. Miror, inquit, qđ huic (athletã indicãs) ob continentiam rugosus, collapsusq; penis euaserit: mihi vero ex quo continentiam seruare studui, euenerit contrarium. Tum equidem illi consului, vt collectum iam genitale semen excerneret, postea vero & a narrationibus, & spectaculis, meditationibus libidinem suscitare potentib⁹ summopere caueret. At cantores, & athletæ, qui iam inde ab initio, nullã vitæ partem venereis illecebris contaminauerunt nullam admittentes huiusmodi vel cogitationem, vel imaginationem, iis pudenda & exilia, & rugosa, veluti senibus, fieri consueuerunt. Nam præter ea, quæ accidere solent iis, qui protinus a prima iuuẽtute, immodice libidini sese permiserunt, id etiam euenit, vt horum locorum vasa, amplius patentia, maiorem ad se sanguinis copiam alliciant, & coeundi cupiditas magis increscat, ea videlicet ratione, quam in cæteris quoque facultatibus vi-

dere est, & quæ a Platone etiam notata est quum inquit. Ignauia quidem exoluit, p̄prii autem officii exercitatio, robur augere solet. Sic mammæ quoq; in iis quæ nō dum impregnatæ fuerunt, contractæ permanent, in aliis vero a partu infantulos lactantibus, vastissimæ redduntur, atq; ita magnæ permanent lac emittentes, donec puer fuerit ablactatus. tunc enim haud ita multo post a lactis generatione quiescũt. Igitur omnia hæc, si bene considerentur, ac præterea causæ, ob quas in singulis affectis partibus affectus ipse consistit, desiniantur, non inutilem ad curationis rationē ansam p̄bere poterũt. Atq nō est nũc tēpus, ea tractare q̄re adepto huius opis fine, om̄ni quoq; nr̄æ hic finē imponim⁹.

COMMEN. XI:

HOC postremo in colloquio in quo scientiæ locorum perturbatorum cardinem imponit: de genitalibus aliqua pro supra asser- torum perfetione sciscitatur. Et exordio vnũ intimat, q̄ genitales sedes quæ a natura cōstitutas obtinent actiones, si eas agnoscũt, nec mirũ esse p̄mulgat: quod bifariã illustrat,

& ex vteri figura, qm̄ quū vulua semen pro cō
ceptione in escauerit genitale: prorsus vsq; ad
fætus integritatē premit: tumq; vbi fœtus suā
vēdicauerit perfectionē, adeo emphractat, vt
ipse ab vtero liberet: vt affluentius naturali-
bus de potentiis disseruit: necnō inanes crimi
natur personas, q̄ quū cōceptio crebrius acci
dat, q̄uis mirabile naturæ sophisma existat:
vulgares respuūt. verū de his mirationem la
ctāt: quæ haud iugiter cōtigūt: verū quid in
natura adeo mirificū excogitari pōt, q̄ hoc, pu
ta q̄ spatio mensiū nouē sempiterno os vul-
uæ densatur: taliter intense vt ne acus acumē
ingredi tribuatur: fœtu aūt cōfecto, vsq; ꝑtra
hitur: vt per ipsum vniuersum explicari ani-
mal cōspiciatur: & ex his innuere apparet, q̄
genitalis particula suam dignoscit actionem:
quum certo elaborat tempore. ¶ Et circa hæc
animum adhibere oportet, q̄ os vuluæ vsq;
nonum ad mensem coarctatum detinetur,
fœtu nec ab aliquo refragato: sed si quid di-
spendii vel circa locos, aut aliquam membra-
nā, vel fœtum ipsum accidat: eius perfectione
ꝑrius desperata, nec amplius vteri nouem
mensium spatium cunctatur: sed retentiua
potentia raptim quiescit, & alteri quæ pri-
us ociebatur, moueri permittit: & iccirco prin
ceps ipse loco allegato clamat: ē aūt & hoc mi

rabile naturæ artificium quod viuente conce
ptu, valde exquisite vuluarum clauditur os: eo
vero mortuo statim ad aperitur. ¶ Secundo
(non) idem ex veretro comprobat: nam coles
suam diiudicare actionem haud impossibile cẽ
setur: quum animal ad coitum excitatur: fistu
losus neruus dilatatꝛ & inflatur: eo ꝙ in eo vir-
tus residet naturalis, per quam magnificatur,
vti in corde, arteriisq; certum habetur: q̃uis
in hoc vnanimes extent: tamen in aliis aduer
santur: quia cordis & arteriarum motus assi-
duus repperitur: sed penis non perpetuo com
mouetur: sed quum vsus conuocat. ¶ (quum)
spiritus concursum ad colis extensionem de-
tegit, ꝙ quum veretrũ extenditur, tunc ex ar-
teriis ad ipsum spiritus adiungitur: sicuti pul-
mo motum consectatur thoracis, ita ꝙ eius si
stolem, diastolem'q; pulmonis dilatatio & cõ-
pescentia consequuntur: pariter de spiritu ad
penis magnitudinẽ profiteri elucet. ¶ Et cir-
ca hæc rationabilis insurgit dubitatio, vtrum
pulmonis motus motum sequatꝛ thoracis, vel
contra, an motu distincti extant: porro Ga-
lenus nec dũtaxat hoc in loco: immo in libro
de respirationis vtilitate enarrat: ꝙ pulmonul
lum peculiarem in se cohibet motũ, & ꝙ eius
motus, thoracis in sequitur motum, necnon
thoracis motus qui naturalem cõsectatur mo-

tum, per rem musculosam quæ septum fertur transuersum molitur: & ꝙ magis familiaris res in huius motus comodo hæc existit operatio, quia nos videmus ꝙ in opinate quando thorax dilatatur, pulmo aere repletur, sicut in fabrorum follibus intuemur: quippe hoc testificatur, ꝙ quum vulnus ibi inductum fuerit & aer thoracem ingreditur, tūc pulmonis motus desiit, animalq́; succūbit. sed loqui posset, ꝙ pulmonis motus desistit, quum thorax sauciatus fuerit: Ex hoc quia pulmo gelidatur.
¶ Sed Auer. secundo colliget his expresse reluctatur, cuius potissima ratio taliter exaratur si pulmo motum nec propriū cohiberet: tunc motus eius haud neturalis, sed violentus ꝑdicandus: quia thoracis motu velit nolit moueretur, qđ violēto præsertim impartitur motui, cuius ratio minime militat, quoniam sicut in superiorum motibus, pariter in nostri corporis excogitatur, cernimus porro ꝙ septem spheræ octauæ spheræ motu commouētur, & tamen earum motus non violentus, sed naturalis & ordinatus censetur: iccirco Galeni sententia veridica profitenda, cuius rationes sic adaptantur, quoniam si pulmo motum includeret voluntarium, musculos quibus machinaretur, cingeret, modo pulmo musculos nō amplectitur. secundo si pulmo motum compe-

sceret proprium: tunc ipse moueretur, pecto-
re moueri propter vulnus, vel aliam causam
nequeunt, quod experimento renuit. ¶ Pro
assertorum coronide hoc de Aristotelis com-
positione secundo de animalibus annoto: quod
omne animal respirans pulmonem, bronchi-
on, ventriculum continet: animalia enim quæ
anhelant, vere per pulmonis brõchion anhe-
lant: quædam duntaxat per branchas vt aqua
tica anhelant: animal autem anulosum per sui
diaphramatis telam anhelat, hoc est per po
ros suarum rugarum quæ latenter repperiun
tur: & hanc ob causam mirabiliter sonat, quã-
do volat per aerẽ: venit profecto spiritus sub-
tilis per anulos suos ad parietes. Et per illum
modum etiam sentit odores: necnon in tali-
bus odoratus in corde perficitur. ¶ (verum)
quandam excitat ambiguitatem videlicet ca
uernosus veretri neruus vtrum spiritu ex vir-
tute ab arteriis distributa impleatur, quando
animal ad coitum imperiũ fecerit: vt quis for-
tasse coniicere posset. ¶ (quamq̃) eam exo-
luit: huiuscemodi actionem quæ est colis ner-
uum ex spiritu exatiare, ad neruum & non ad
arterias referre, hoc sentire honestius est. qđ
ex hoc comprobat medio, quoniam actiones
ex propria partium substantia, & nec eorum
positione prodeunt: nam si cor alio in loco q̃
sinistro

ſiniſtro ſituatum eſſet, neceſſario ibi ſuam ſub miniſtraret actionem, conſimiliter iecur, lien & alia. ⁋ (quare) idem in arteriis teſtificatur quoniam ipſæ eandem in cunctis corporis locis actionem operantur: puta vno tẽporis ſpatio, eodemq; motu vniuerſum per corpus dilatantur: & quæ ad veretrũ decurrunt: nec alterius operationis conſpiciũtur: tamen ora earum largiora in quam toto in corpore excogitantur: cuius cauſam expedit: nam ad hoc ut quæ euacuãda erunt, celeriter euacuentur: natura ea ita præparata cõſtituit, nam perpetuo natura quod vnicuiq; actioni oportunũ exiſtit, vndiq; explere inſiſtit. ⁋ Secũdo quia arteriæ quæ ad colem pergunt, nec aliam ſpecialem obtinent vim, niſi ꝙ lumbis calorificatis arteriæ calidiores moliuntur: & ora largiora efficiuntur: quibus taliter ſe gerẽtibus ſummam ſpiritus halitoſi copiam ipſæ fiſtuloſo gratificantur neruo: qui pauliſper impletus, colem extendit: vt utiq; tota eius ſubſtantia neruum ſecũdũ cauernoſum tẽdatur. ⁋ (his) priapiſmi diſpoſitionẽ nec ſingulariter repetit animo: primo cauſam, & modũ priapiſmi quoniã priapiſmus machinatur, quum arteriarum ueretri ora dilatantur, vel cum fumoſus ſpiritus in neruo creatur, & tenſionem ex vtroq; fieri, licet ore arteriarum frequẽtius di

latato molitur, quia habilius ora arteriarum aperiri quam in ipso neruo uētositatem generari existit: quod ex testimonio cōprobat: nā hanc perturbationem nerui errato semel, ex arteriarum dilatatione cōpluribus vicibus cōspexisse profitetur. ¶ Secūdo ex aliis vt ex accidētium præcessura, & curationis mō coniecturā uendicasse testatur, ut ex colis palpitatione spiritū halitosum esse in causa diiudicauit. ¶ Tertio de cā largitatis uenarum promulgat princeps, quendā eum tollerātē inspexi, quia eidem præcesserat ꝙ macronoxiū per tēporis spatium contra eius assuetū a coitu abstinuit. ¶ Et in alio hæc occurrit vexatio, eo ꝙ alimēta saccos calorificos, aridosq́ producētia deuorauerat. ¶ Ac in alio quia supra mediū corrigiam amplam per itinerum impetum non secūdum vsum in ligatione ligauerat, quare ex his per coniecturam agnouimus ꝙ eius venarum orificia ex caliditate ibi congesta, aperta existūt: in priori enim quoniam propter coitus denegationem copiosa seminis quantitas cōducta fuit, quare in eo sperma, uentositasq́ cum fortitudine cōmouentur, & priapismum quandoq́ inducant. ¶ In succedente vero ex succorum impulsu, quæ calefactionem & inflationem solicitant, vt eruca. ¶ In postrema quia ex venarū ligatura orificia idest earum

interiora siue concauitates dilatantur, necnon & semen ex calido liquefactum, in spiritum conflectitur vaporosum. ¶ (etenim) complura appendit: & ꝙ medicamenta quæ colis extensionem excitandi facultatē possident: siue sorbeantur, uel fœmori adiiciātur: calorificā, flatuosamq́; virtutem amplecti debent vt cicera, vua, ouorum vitelli. ¶ Verum attēde ꝙ caliditas pauca esse debet & humiditas exundans, quia si fortis inesset caliditas, humiditates tabescerent, & vaporosus dissiparetur spiritus: & penis extensio minime germinaret: sicuti aduersa ut frigida & sicca quæ inflationem minime pariunt, & potius gelidāt quam igneant. ¶ Secundo suū denudat sermonem uidelicet ꝙ de medicamentis & haud alimentis affatus fuit, & causam quippe promit, quoniam quædā extant edulia, quæ ob id quod plurimū gignunt seminis, animal ad coitus motū impellunt: unde hæc assertā orationem probabiliorem esse, intimare queunt. ¶ Tertio (ꝙ) qui a priapismo detineri consueuerūt: enarrat vti qui a cubitu relegati fuere, & hoc ex ratione supra constituta. ¶ Secundo qui semine redundant, & coitus consuetū abigētes a coitu enudantur: & tanto magis quum nullo in exercitationibus fungūtur studio ut sanguinis affluentia imminuatur. ¶ Alii huic ex

ponūtur:ut qui de coitus cupiditate nec exo-
luuntur:uelu ti qui diu suapte natura castitati
se assuefaciunt,qui quum haad paruo iam tē-
pore haiuscemodi utantur cōtinentia: libidi-
nem propter uisibilia quæ illam excitāt,ima-
ginantur,& recogitare instāt.¶ (atq;)ex qui-
bus penis magnificatur, attenuaturq; exponit
vt de sui cuiusdā familiaribus effigie deuelit,
cuius penis a coitus priuatione tumidus, rigi
dusq; euasit,aduersum aūt experimentum cla
mat,deinde q; præceptum ei cōmisit , pandit
quoniam in co macronoxia ex seminis sup-
pressione aliquo de futuro dispendio pauen
dum erat:iccirco binis insistere ei imperauit:
pura vt semen vbertim conductum,prorsus
fugaret. ¶ Secundo libidinem commouentia
refellendo,non his.s. visu,locatione , cogita-
tione coitu flāmam cōmoueri fatur . ¶ (at cā
tores)in quibus colis magnitudinem,uel par
uitatem vendicat,exponit:hoc aūt eis qui cu-
pidini nec nauant præcipue occurrit , veluti
athletæ illi qui exercitiis aut cantilenis fungū
tur:eo q; libidinis studium postponunt,qua-
re in his pudenda minuuntur vti in senibus
persuasum habetur. ac etiam in feminarū mā
mis sedet animo,cum lactāt plenæ,eximiæq;
conspiciuntur,si uero haud concipiunt,aduer
sum germinat;quod Platonis ratione munit:

ignauia quidẽ mollificat, peculiaris aũt muneris exercitatio robur astruere consueuit.
Ex his hæc decerpo theoremata.

¶ Genitales corporis sedes ad earum actiones dignoscendas, eruditas esse promulgat.

¶ Rudes naturæ mirabilia si iugiter cõtingũt despiciunt: si haud crebro maxima affici admiratione testatur.

¶ Vti naturalis facultas in corde, arteriisq́ sistolem, diastolemq́ excitat: pari via in veretro cum animal ad cõcubitum cõmouetur, moliri refert.

¶ Cum penis extenditur, ita spiritũ ex arteriis eũ cõsequi, uti pulmonẽ thoracem cõiicit.

¶ Fistulosi nerui repletionẽ ex spiritu potius ad neruum, quam ad arterias spectare profitetur.

¶ Actiones ex partium peculiari essentia, & minime eorum situ innasci enunciat, nam cor quacunq́ in parte situatur, perpetuo sua fungitur actione.

¶ Arterias vniuerso in corpore eandem subministrare actionem autumat.

¶ Quod vnicuiq́ actioni necessariũ existit, natura omni ex latere distribuere perquirit.

¶ Ex lumborũ calefactione arterias ad veretrum cõcurrentes calidiores. eorumq́ ora ampliora machinari profitetur, & ex his

fistulosus neruus compluribus exatiatur spiritibus, qui sensim satiatus, colem extendi impellit.

¶ Priapismũ ex oris arteriarũ dilatatione uel vaporoso ex spiritu in neruo congesto, ortum habere testimonium reddit.

¶ Priapismus licet ex assertis prodet causis, tamen ex oris arteriarum dilatatione perpetim accidere clamat.

¶ Medicamenta vaporosi spiritus productiua, supra fœmora accelerata, arteriarum dilatationem & per consequens penis extensionem solicitare iactat.

¶ Qui semine redundant, nulloq́ spermatis dissipatiuo fungentes auxilio, ac assueto a coitu recedentes, uel qui diu suapte natura castitatem obseruare insudant, & a libidinis cogitatu nunquam relegantur, hos a priapismo cruciari indicat.

¶ Visu, sermocinatione, imaginatione concubitu ignem excitari prædicat.

¶ Vti quies penis, mãmasq́ paruificat; paripassu laborẽ aduersum gignere ostentat.

¶ Inertiam quidem viriũ lapsum, exercitationem autem aduersum suppeditare plato testatur.

FINIS.

REGISTRVM.

✠✠✠✠✠✠ ABCDEFGHIKLM NOPQRSTVXYZabcdefg.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll.

Omnes ſunt quaterni preter gg ll qui ſunt duerni.

VENETIIS, EX OFFICINA
Stellæ Iordani Zilleti,
M D LVII.


INTER OMNES